
NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V.E. II
8
43 B
6
ROMA

BREVIS

EXPOSITIO LITTERÆ MAGISTRI SENTENT.


CVM QVÆSTIONIBVS, QVÆ circa ipſam moueri poſſunt, & Authoribus, qui de illis diſſerunt.

Authore P. IOAN. MARTINEZ DE RIPALDA Societatis IESV, pro eadem Societ. in Salmanticenſi Academia Theologiæ publicæ Profeſſore, & apud Supremum Fidei Senatum Cenſore.

EDITIO POSTREMA,
Ab ipſomet Authore recognita, & emendata.

Cui nunc demum neceſſarij Indices accedunt.





LVGDVNI,
Sumptibus Fratrum Aniſſoniorum, & Ioannis Poſuel.

M. DC. LXXVI.

CVM SVPERIORVM PERMISSV.



ILLVSTRISSIMO

DOMINO, D.

IOANNI DE ZIRIZA,

MARCHIONI DE

MONTEIASSO,

A CONSILIO ARMORVM PHILIPPI IV. Hispaniarum Regis, Riueræ, & Azanchal Iacobæo Commendatario,

S. P.



ASTRVM dum te, Marchio Illustrissime, allicio, ad ingenij fœtum prouoco. Natalitium, sub quo & feliciter, & cum vsura lucis oriatur. Viuet

tuo munere, ac beneficio tuo adoleſcet, & tuo Sole ductus, ac eductus radius ad orbem redit, *itque reditque viam.* Mihi tuum æs onus, honeſtum tamen impoſuit: vt diſſoluerem, nouum contraxi. Dirutus venio, ne obruar, ſoluo: ſed vti debitor: neque enim iuuat liberari, vbi vinciri decet. Quot me nomina tibi obſtringunt? Officij, decori, patrocinij. Vt ſuſpicias, tua te claritudo hortatur. Ampliſſimum eſt tueri eum, qui opem efflagitat. Ebullit ſanguinis ſplendor in venis, vt egeratur in ſupplices. Erubeſcit contentus, & gelat conſtrictus. Nobiliùs purpurat effuſus beneficè. Tu Regni Nauarræ lumen, tu columen. Quidni illuſtres? Quidni ſuſtentes lumine, patrocinio? Tu in ſpecula nobilitatis pharus virtutis. Quis officiat luci, ne ſplendeat?

Vt

Vt enim diſſimules, modeſtia per ſtricturas te prodet. At ipſe virtutum concurſus faciet, ne virtuti detrahas, licèt occulere coneris. Singularis te pietas flectet in tutelam; imò & iuſtitiæ munus erit patrocinium mihi, tuo potiùs, quàm meo: quòd tui ſim iuris. Meus Petrus de Sarria tibi deuinctus, & aliqua parte luminis aſperſus. Hoc vt perfundar, per te liceat, cui adhæreo. Erit hoc monumentum nominis, quod incidas magnificentiſſimo operi, Monialium Gynæceo, tuis, id eſt, Regia magnificentia dignis ſtructo. Vocales erunt lapides beneficio meo, quibus ego calamo voces inſpirem. At vbi Nomen tuum ſilet, quod diuinum intonat, ego inclamem, vt reſpondeat.

Memineris, Heros inclyte, quàm

tibi Curia aſſurrexerit; quàm tibi intenta curam tui egerit, ac te præſente nihil deſiderauerit. Philippo III. tu ſolus integer Senatus es viſus; Regi, quem Cœlites impensè ornarunt; quem fides, & religio ſuſcepit. Huius iudicio probatus, aſſenſu Curiæ in cœlum euectus. Nunquam ſibi auguſtior viſa, ac in te Catones, Seruilios, Scipiones, Marcellos venerata eſt.

Magiſter ſententiarum te quærit. Quo iudicio? ſuo. Quo ſenſu? meo. Tutus vt alibi ſit, certè in gremio tuo & defenſus, & decoratus. Ego illi ſtipatores addo. Tu clypeum obtendis. Quo ſtemmate inſignem? quo Nauarra exultat, quo triumphat. Hunc tu cœlo cælatum virtutibus maiorem attollis; & Atlas (& opus eſt Atlante) ſuſtines. Quin & cælas factis, & orbem inducis. Gladium ſi opus ſit diſtringere,

ſtringete, non pudeat ſtillantem hoſtium ſanguine. Adhuc tepet mucro, & pingueſcit acies. Hanc non obtundet litterarum amor, & in litteratos, noſtrámque Societatem ſtudium: læuigabit, & deterget, vt ſplendeat. Pulchrè oleæ Palma inſeritur; Martio ardori molle ſapientiæ oleum blanditur. Tantùm vereor, ne non aut audeat, aut poſſit ad tui ſolij altitudinem Opus aſcendere. Da manum, & leua. Sin amor alas addat, quibus aduolet: quas in lumine tuo incendis, & ſoluis, nemo detrahat. Certè nunquam acceſſi timidior, opus fuerit beneuolentiæ tuæ flatu, & auctu. Erit honeſtum tuæ amplitudini, imaginum fumo lucentium numero hanc addere, quam illæ nobilitent. Neque iam vti reliquis fumus è luce, ſed è fumo lux exiſtat; quòd alij ſplendorem colligant, quo

effulgeant, tu effundas, vt illustres Vale, & viue æternùm Patriæ, Societati nostræ, communíque bono. Vota hæc, maioráque, quæ pectori recondo, audiat Deus, quem continuò præcatur

Tuus obseruantissimus seruus,

IOANNES MARTINEZ DE RIPALDA.

AD

AD LECTOREM.


EN tibi, amice Lector, vtilius, quàm difficilius Opus impendimus; nec tamē adeò peruium, vt magno non steterit labore, Magistri mentem omninò exponere, ad scholasticúmque ritum breuiter, & dilucidè reuocare, quæ ille stylo obscuriori, & fusiori propalauit, vt doctiores quique post multum temporis, patientiæque iacturam experiuntur; ad hæc etiam varias quæstiones mouere, Scriptorésque cōgerere, quibus Magistri doctrina illustrari, & exornari queat. Elapso proximè anno enixè à me discipuli efflagitarunt, vt eis hac in Academia Salmātina diebus festiuis primum librum Magistri elucidatum darē, reliquósque deinceps eodē ordine percurrerē, tanquam eis prorsus aptißimos, & necessarios ad Beneficia ecclesiastica, Collegia, Cathedras, & Canonicatus præmisso examine obtinēdos: quippe subituris examen vigintiquatuor horarū spatio, vna ex distinctionibus Magistri sorte contingens enucleanda proponitur; & temporis angustiis, & doctrinæ illius, vel tenui, vel nullâ notitiâ, tribus maximè implicantur: primò, in litteræ sensu aperiendo: secūdò, in quæstionibus circa illā agitādis: tertiò, in Authoribus, qui aptiùs illas exornāt, inueniendis. Ab eis ergo tandē exoratus, vt ipsorum votis indulgerem, primum librū omninò perlegi;

litteram Magistri stylo succincto, & facili declarans, Quæstiones deinde excitans, Authores demũ aßignans. Arrisit noster labor plurimis, tótque ex illis eũ transcribendũ à me postulauêre, vt prælo dare, quàm omnium precibus acquiescere, faciliùs iudicauerim. Ergo typis mandatum discipulis potiùs, quàm Magistris ministro, commodum tamen vtrisque allaturus; discipulis sanè, vt quod proprio conatu nõ penitùs perciperent, auxilio nostro assequantur; Magistris verò, vt cùm se obtulerit occasio, hoc præ manibus habito labore, sine dispẽdio tẽporis in hisce insumendo, possint aliis opportunè vacare. Quòd si ad nullũ ex præscriptis scopum hoc Opus desideretur, sufficiet saltem ad eius commendationẽ, in compẽdiũ perspicuũ redegisse totam Magistri Theologiam; quam æquissimũ est, ab omni Theologo, quin ab eius retardetur difficultate: semel, & iterum legi, & intelligi; cùm à Sãctis Patribus omninò deprõpta, à celebrioribus vetustis Theologis explanata, ab vniuersa Ecclesia, omnibúsque Catholicis Academiis summo honore, & veneratione fuerit affecta. Sanè, si hoc obtineã, nõ quidẽ frustraneũ arbitrabor, huic vacauisse Operi, dũ ab scholarũ Academicarũ pẽso, hoc anno vacarẽ. Quòd si tibi nõ displiceat, Commentarios etiã in doctrinã Magistri edam in lucem, à quibus non valdè discrepo elaborandis. VALE.

ANNO



ANNOTATIONES *proœmiales.*

RIA in hoc Opere pollicemur, & damus; Explicationem litteræ Magiſtri; Quæſtiones, quæ circa illam moueri poſſunt; & Authores, qui de illis diſſerunt. Vt autem nonnulla eius habeatur ratio, & præoccupentur, quæ in eo improbari poſſunt, ſequentes in ſingula ſubiecta Annotationes præmittimus.

Annotationes circa explicationem litteræ.

PRimò, non Commentatorem Magiſtri, ſed ſyncerum ipſius doctrinæ ago enarratorem, proptereáque meum erga illam ſenſum prætermitto; aſſertáque nonnulla, quibus enodandis Interpretes diſcordant, ambigua, vt apud ipſum iacent, profero, quippe non mei, ſed Expoſitoris munus eſt mentem Authoris ad amuſſim aperire. Aliqua tamen loca obſcuriora ipſo contextu doctrina propalo; ſed nec latum vnguem ab eius mente, mea opinione, diſcedo.

2 Secundò, ſæpè claritatis ergò probationes concluſionum ad formam argumentariam reduco, vbi hæc in Magiſtro deſideratur: quapropter aliquas addidiſſe propoſitiones neceſſum fuit, quas explicitas ille non protulit; ſed quæ implicitè in aliis ab eo expreſſis continentur.

3 Tertiò,

3 Tertiò, breuitatis causâ, testimonia sanctorum Patrum verbatim non refero; sed eorum tantùm sententiam expromo. Quòd si aliquando verba ipsa transcribo, Magistri textui ea concordo, non verò ipsorum Patrum exemplaribus recentibus, in quibus, non me latet, diuersa verba, non tamen sententias reperiri.

4 Quartò, distinctionum titulos eosdem, quos Magister, oppono aptioribus aliis relictis, ne rudes, & ignari in æquiuoco haboreant, longè aliam esse distinctionem cogitantes, si aliam etiam inscriptionem offendant.

5 Quintò, etiam claritatis gratiâ, in distinctionis exponendæ ordine Magistri vestigiis omninò non insisto; sed eam in propositiones, conclusiones, corollaria, vel argumenta rescindo; & nonnunquam etiam aliqua antepono, & postpono, prout opus esse iudico, vt faciliùs; & clariùs totus Magistri sensus mente concipiatur.

6 Sextò, quamuis à Commentatoris munere longè absim, tamen notatiunculas præfigo distinctionibus nonnullis, in quibus Magister fert communiter repulsam. Queis id contendo, vt vel Magister vtcunque sustineatur, vel à quouis sine rubore deseratur.

Annotationes circa quæstiones.

IN primis quæstiones, quæ à me toto huius libelli decursu excitantur, non solùm ab assertionibus Magistri depromo, sed ab illius etiam corollariis, argumentorum

gumentorum ſolutione, doctrinæ fundamentis ex ſyllogiſmorum maiori propoſitione, minori, vel conſequentia, & denique dubiis occurrentibus, queis materia, quæ agitatur, omninò patet. Nec licentiorem me in huiuſmodi quæſtionibus mouendis iudices: nam & celebriores Interpretes Magiſtri, quos inter D. Thomas, exemplo præiuere, vt progreſſu libri conſideranti conſtabit. Et verè munus eſt Commentatoris (cui eas ſuppeditamus) omninò illuſtrare, tueri, & perpendere totam Magiſtri doctrinam; quod neutiquam præſtabit, ſi ex illis aliquam prætermittat. Moneo nihilominùs eum, à quo vnica dumtaxat quæſtio fuerit exornanda, conari debere ex proximioribus aſſerto principi diſtinctionis illam exagitare, niſi illæ, vel nullam, vel leuem Theologorum diſputationem ſubeant, vel ingentior difficultas non in præcipuis Magiſtri prolatis, ſed in aliis affinibus ſit conſtituta.

Deinde aliquas, quas priſci Interpretes non attigêre, excito quæſtiones. Etenim circa eandem Authoris doctrinam non eædem ab omnibus, ſed aliæ ab aliis ſolent diſputationes moueri, cùm à Theologia nouæ in dies pullulent controuerſiæ, quibus priores Theologi non incubuerunt. Quod vel ex eo liquet, quia in Commentariis D. Thomæ plura nunc Theologi recentes, quorum antiqui non meminêre, diſceptamus. Quibus etiam apud Magiſtrum locum damus, quia anſam eis præbet locuples ipſius doctrina, eíſque iſta non leuiter confirmabitur. Hinc facilè capies, non propterea incongruè aliquam quæſtionem aptari diſtinctioni, quia apud antiquos omninò deſideratur.

Præter

Præterea eandem quæstionem sæpè diuersis in distinctionibus propono. Tum, quia mos id apud Magistri, & D. Thomæ Commentatores obtinuit; exempli gratia; quæstio illa, *vtrùm habitus sit tota ratio agendi*, à nonnullis super primam partem S. Thomæ enodatur, dum luminis gloriæ virtutem expendunt, & actiuitatem; ab aliis super primam secundæ, dum habitus, & virtutes supernaturales in communi examinant; ab aliis super secundam secundæ de charitatis habitu disceptantibus, & sic de reliquis. Tum, quia eademmet quæstio competit doctrinæ plurium distinctionum illustrandæ, scilicet, vel conclusioni, vel probationibus, vel corollariis, aut argumentorum solutioni diuersarum distinctionum. Nec refert Magistri Interpretes eiusmodi quæstionem non agitauisse circa eam distinctionem, circa quam à nobis excitatur, cùm enim illi distinctiones omnes percurrant, alibique commodiùs eam pertractarint, non expedit, eam sæpiùs repetere, quantumuis non ineptè ibi posset dilucidari. Sic ille, qui disputauit super primam partem in quæstione duodecima, an habitus sit tota ratio agendi, eam non discutit super primam secundæ, licèt ibi liceret idem differere. Ergo, qui vnicæ tantùm distinctionis expositionem aggreditur, potest quæstionem, vel quæstiones, quas illi proximas iudicauerit, enodare, quasi nunquam eas alibi enodaturus.

Rursus aliqua interdum in quæstionem adduco, ideò duntaxat, quia antiqui circa eam distinctionem adduxerunt, quanuis extra rem mihi fortè videantur. Etenim animus est, plures candidatis ministrare controuersias,

trouerſias, ex quibus eligant, vnicuſque Interpres eos valebit à nota importunitatis liberare.

Item, nonnullas diſputationes prætermitto à vetuſtioribus explanatas, quippe earum aliquæ de voce potiùs ſunt quam de re, nuncque à Theologis, vt inutiles non explorantur: aliæ verò ſunt omninò philoſophicæ, nec doctrinæ diſtinctionis penitùs neceſſariæ.

Denique animaduertat is, qui diſtinctionem aliquam enucleat, ſe ad vnicam tantùm diſcutiendam quæſtionem non cogi, imò poſſe vnius horæ ſpatio plures explanare, dum diſtinctioni conueniat. Cùm enim integra illi diſtinctio ſorte contigerit, poteſt in eius campo pro libito diſcurrere, & vna iam explorata quæſtione, aliam ordiri, munerique ſuo prorſus ſatisfacere.

Annotationes circa Authores.

PRimò, Authores, quos in Quæſtionibus refero, in tres claſſes diſtribuo. Ad primam ſpectant Interpretes Magiſtri circa eam diſtinctionem, quam explano. Ad ſecundam D. Thomæ Expoſitores, qui eandem Angelici Præceptoris methodum ſectantur; proptereáque ſolum articulum, & quæſtionem ipſius exprimo, ne prolixus hàbear, ſi diſputationes etiam, ſectiones, vel capita ſuorum Interpretum minutim adiungam. Ad tertiam omnes illi, qui nec D. Thomæ, nec Magiſtri methodo, ac ordini in ſuis Operibus alligantur, quos propriis in locis annumero.

Secundò Authores, qui ſuum obiter ſenſum circa quæſtio

quæstionem protulêre, à me neutiquam referuntur; sed illi duntaxat, qui eam ex professo extricarunt, vt ipsi materiam candidatis suppeditent, qua suas disputationes illustrent. Atque adeò plus neotericis, quàm antiquis congerendis incumbo. Et quia recentiores clariùs & copiosiùs controuersias euiscerant, & quia ipsi antiquos afferunt, quos ego prætermitto.

Tertiò nonnullis quæstionibus nullum Scriptorem appono: sunt enim prorsus singulares, vel nostro æuo à recentioribus tantùm in manuscriptis in controuersiam adductæ, vel à me nunc primùm excogitatæ, examinéque Theologico, vt ratus sum, dignæ, quibus in exornandis, & dissertatione fœcundandis poterunt aliquorum ingenia sui specimen illustre præbere.



APPRO

APPROBATIO DOMINI DON IOANNIS DE ECHALAZ, *olim in maximo D. Bartholomæi togati, nunc Academiæ Salmantinæ in Theologia Magiſtri, Cathedræ Logicæ proprij Profeſſoris, in Alma Eccleſia ad conciones Canonici.*

EX decreto Domini Licentiati Ludouici de Saldaña, huius Almæ Eccleſiæ Salmanticenſis Canonici, & eiuſdem Diœceſis, (Epiſcopali Sede vacante) Vicarij Generalis; hanc Expoſitionem Magiſtri Sententiarum auidus legi, attentus percurri. O quam ſuum Authorem liber iſte delineat! feliciſſimum ingenium, vel in ſola alienæ mentis propalatione clareſcit; inter obſcura Magiſtri verba claritas, inter ardua facilitas, inter prolixa breuitas, mirum eſt, quàm fulgeant quàm radient, quam in ſuauitatem redigant aſperiora. Quæſtiones, quas excitat, eruditionem præferunt, acumen ſpirant, innatæ omninò videntur. Totam Theologiam breues paginæ continent; quàm equidem Author exponendo illuſtrat, indagando patefacit, exornando dilucidat. Non fidei vel iota abſonat; imò prolata Magiſtri, quæ apud aliquos non benè audiunt, ſyncera expoſitione à theologicis cenſuris vendicat. Ergo non tantùm Authori poteſt ſui laboris lux publica indulgeri, imo deberet exorari, vt illicò liber hic præla fatiget, ne communi vtilitate Theologi nouitij, & veterani priuentur; cùm illis nullus penè iam labor ad quælibet munia obeunda reſtet; his totius Magiſtri ſine labore peruia doctrina ſuppeditetur. Sic ſentio. Salmāticæ in Collegio Veteri D. Bartholomæi, Nonis Septembris, anno à nato Domino milleſimo ſexcenteſimo trigeſimoquarto.

Magiſter D. IOAN. DE ECHALAZ.

APPROBATIO REVERENDI admodum P.F. Ildefonsi de Herrera, in sacro Minimorum Ordine Prouinciæ Definitoris, Theologiæ Magistri, studiorúmque Regentis.

GRauem, ac breuem (rarenter hæc vnà, dos vnicuique contingit) discussionem distinctionum Magistri Sententiarum, à sapientissimo Patre Ioanne Martinez de Ripalda, Pompeiopolitano, è Societate Iesu, in Salmantina Academia Theologiæ Professore, summo studio, pari diligentia elaboratam, miro quoque modo dispositam & supremi Senatus iussu meo iudicio commissam, iterum, atque iterum, oculis, & mente lustraui. In qua ingenij aciem, acre studium, industriam, quam nauauit, peruigilémque sollicitudinem clarè ostentat, & religiosam pietatem Catholicæ fidei strictè consonam, breui papyro contentam palam eructat. Et quidem præceptum mihi hunc librum videndi iniunctum, quid aliud, quàm mihi inuidendi aliis ansam præbuit? Dum enim eum oculis mentis perlustro, me aliàs obscurum, facio perillustrem. Hoc interest deinceps (dicam ingenuè) inter Anthorem huius libri, & eiusdem me Censorem, quod inter splendorem, & lucem, cùm hæc certam originem habeat, hæc suam, ille niteat alieno. Studia sua illum clarum, & nobilem efficiunt; me illa approbantem, & declarasse probanda. Nomen Attici (*affirmat Seneca epist. 21.*) perire Ciceronis epistolæ non sinunt. *Quod Attico Seneca, hoc mihi huius libri Censori egomet promitto. Prodeat ergo in lucem talis labor, labor tantus, prodeat quamprimùm. Interim viuat Author. In hoc conuentu Matritensi Victoriano Ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula, die 8. mensis Nouembris, anno Domini 1634.*

F. ILDEFONSVS DE HERRERA, Prouinciæ Definitor, & studiorum Regens.

FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS Societatis IESV in Prouincia Castellæ.

EGo Ildefonsus del Caño, Præpositus Prouincialis Societatis Iesu in Prouincia Castellæ; potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre nostro Mutio Vitelleschi, Præposito Generali, facultatem facio, vt Tomus inscriptus: *Expositio breuis litteræ Magistri, cum quæstionibus, quæ circa ipsam moueri possunt, & Authoribus, qui de illis disserunt; Authore Patre Ioanne Martinez de Ripalda, è Societate Iesu, & pro eadem Societate in Salmanticensi Academia Theologiæ publico Professore*; & eiusdem Societatis grauium, doctorumque hominum iudicio approbatus, typis mandetur: in quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus Salmanticæ in Regio nostro Spiritus sancti Collegio, die decimasexta Aprilis, anno millesimo sexcentesimo trigesimoquinto.

Ildefonsus del Caño.

FACVLTAS R.P. PROVINCIALIS
Societatis IESV *in Prouincia Lugdunensi.*

IOANNES FILLÆVS, Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Lugdunensi, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Christianissimis Henrico III. 10. Maij, 1583. Henrico IV. 20. Decembris, 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante, 14. Februarij, 1611. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos absque Superiorum permissione imprimant, permittit GABRIELI BOISSAT, & Soc. Lugdunensibus Bibliopolis, vt Librum, qui inscribitur, *Breuis Expositio Litteræ Magistri Sententiarum, Authore P. Ioanne Martinez de Ripalda, eiusdem Societatis*, ad sex primos annos imprimere, ac liberè diuendere possint. Datum Roannæ, 20. Septembris, 1635.

IOANNES FILLÆVS.

CONSEN

CONSENSVS.


OPus, cui inſcriptio eſt, *Breuis Expoſitio Litteræ Magiſtri Sententiarum. Authore P. Ioanne Martinez de Ripalda, Societatis* IESV, mandari typis, & in lucem edi, ſumptibus GABRIELIS BOISSAT, & Soc. Bibliopolarum Lugdunenſium, ego Regius Aduocatus in Præfectura Lugdunenſi non impedio. Datum Lugduni die 16. Nouembris, 1635.

BOLLIOVD MERMET.

PERMISSIO.

LIbrum, qui inſcribitur, *Breuis Expoſitio Litteræ Magiſtri Sententiarum, Authore P. Ioanne Martinez de Ripalda, Societatis* IESV, à GABRIELE BOISSAT, & Soc. Bibliopolis Lugdunenſibus, in lucem edi permittimus. Datum Lugduni, die 19. Nouembris, 1635.

AVSTREM.



INDEX LIBRORVM, ET DISTINCTIONVM,

Quæ in hoc Volumine continentur.

LIBER. I.

De Mysterio Trinitatis.

11 Quòd

40. Quid

LIBER II.

De Angelis, & hominibus.

22. De

LIBER III.

De Incarnatione.

26. De

LIBER IV.

De Sacramentis, & ſignis ſacramentalibus.

FINIS.


LIBER



LIBER PRIMVS, DE MYSTERIO TRINITATIS.

Deus est primum Theologiæ subiectum; ideò primus hic liber in Deum vnum, & trinum cognoscendum incumbit.

DISTINCTIO I.



HÆc distinctio complectitur in genere omnia obiecta sacræ Scripturæ, atque Theologiæ, necnon rationem, quare prima notitia incipienda est à Trinitate personarum. Omnia obiecta sacræ Scripturæ, atque Theologiæ, aut sunt signa instituta ad significandum aliud, vt Sacramenta; aut sunt res absolutæ, quæ ad aliorum significationem non sunt institutæ, vt Deus, & homo. Signorum alia sunt merè speculatiua, quæ non agunt, quod significant, vt Sacramenta veteris legis; alia practica, quæ id agunt, quod significant, vt Sacramenta nouæ legis. Rerum verò aliæ sunt, quibus fruendum est, hoc est,

inhærendum, tanquam vltimo fini, & beatitudini noſtræ propter ſe ſolùm diligendæ, vt Trinitas perſonarum; aliæ, quibus vtendum eſt, hoc eſt, adhærendum tanquam mediis propter fruendum vltimum finem diligendis, vt omnia bona creata; aliæ, quæ bonis fruendis, atque vtendis fruuntur, atque vtuntur, vt creaturæ rationales.

2 Ex hac definitione fruendorum, & vtendorum colligit primò Magiſter, ſola Trinitate diuinarũ perſonarum eſſe nobis fruẽdum; perfectè quidem in patria; imperfectè verò in via. Nam ſola Trinitas eſt vltimus finis, & beatitudo animæ, cui propter ſe vltimò homo inhærere debet; perfectè quidem in patria per gaudium rei poſſeſſæ; imperfectè verò in via per eius ſpem, aut etiam per gaudiũ charitatis, quamuis nõ perfectum, ac plenum. Colligit ſecundò, hominẽ, neque ſeipſo, neque aliis hominibus frui; ſed vti: nam nullus hominũ eſt finis vltimus ſufficiens beare animã. Colligit tertiò, Deum nõ frui hominibus: quia, licèt Deus operetur ad extra propter vtilitatem hominum, non verò propter homines tantùm, ſed propter ſuam bonitatem. Colligit quartò, virtutibus non eſſe propriè fruendum: nam, licèt virtutes poſſint appeti propter ſe; ſed non propter ſe vltimò, cum omnes illæ in Trinitatem fruendam, tanquam in vltimum finem referantur. Vbi innuitur duplex fruitio: altera ſtricta, de qua eſt totus ſermo huius diſtinctionis, videlicet, fruitio boni propter ſe vltimò: altera lata, videlicet, fruitio boni propter ſe abſtrahentis ab vltimo, & non vltimo. Colligit denique, ante omnia præmittendam Theologis conſiderationem Trinitatis: nam Trinitas eſt finis vltimus fruendus, cuius notio præire debet

notionem

notionem mediorum vtendorum in finem. Itaque Magister priùs disserit de rebus, quàm de signis. In hoc primo libro de Deo vno, & trino. In secundo de ipsius operibus secundùm esse naturæ. In tertio de ipsius operibus secundùm esse gratiæ, atque adeò de redemptione per Christum. In quarto denique de Sacramentis, seu signis significantibus gratiam.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An fruitio abstrahens à perfecta, & imperfecta consistat in actu intellectus, an in actu voluntatis? De quo hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 1. Scotus *q.* 3. Bonauent. *art.* 1. *q.* 2. Okamus, & Gabriel *q.* 2. Gregorius *q.* 2. Durandus *q.* 1. Item, P. Suarez 1. 2. *tract.* 1. *d.* 7. *sect.* 1. P. Tannerus 1. 2. *disp.* 1. *à n.* 26. P. Raynaud. *discip. mor. d.* 3. *n.* 227. Valentia 1. 2. *d.* 1. *q.* 6. *punct.* 1. P. Granad. 1. 2. *controuers.* 2. *tract.* 4. *d.* 3. P. Salas 1. 2. *tr.* 6. *d.* 1. *sect.* 8. & Interpretes S. Thomæ, Medina, Cutiel. Zumel, Lorca, P. Vazquez, Conrad. Montes. & alij *in* 1. 2. *q.* 11. *art.* 1. *&* 2.

Quæst. II. An beatitudo nostra consistat in visione, an in amore Dei? De quo hîc S. Thom. & Authores relati pro quæstione 1. Item, Caietanus, Conrad. Medina, Lorc. Cur. Montesin. P. Vazq. & alij cum S. Thom. 1. 2. *q.* 3. *art.* 4. Prætereà, P. Suar. 1. 2. *tr.* 1. *d.* 7. P. Granad. 1. 2. *controu.* 1. *tr.* 2. *d.* 3. & Ægid. de Præsent. *lib.* 4. *de beat. à q.* 8. *ad* 12. P. Valent. 1. 2. *disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 4. P. Raynaud. *discip. mor. d.* 1. *num.* 203. P. Salas *tract.* 2. *disp.* 2. *sect.* 5. P. Tannerus 1. 2. *dist.* 1. *quæst.* 2. *dub.* 3. cum aliis, quos ipsi referunt.

Quæst. III. An obiectum nostræ fruitionis, & beati

beatitudinis ſit ſolus Deus? De quo hîc S. Thom. *q.2.art.1.* Scot.*quæſt.1.* Bonauent.*art.3.quæſt.1.&* 2. Okam.& Gabr. *q.4.*Gregor.*q.3.*Durand.*q.2.*Philip. Fab.*diſp.*10.P.Suarez 1.2.*tract.1.diſput.5.ſect.1.&* 2. P.Granad. 1.2.*tract.2.diſp.1.*P.Raynaudus *diſcipl.morali, diſp.1. à num.*48. P.Tannerus 1.2.*d.1.quæſt.2. dub.1.*P.Valent. 1.2.*diſp.1.punct.1.*P.Salas 1.2.*tract.2. diſp.1.ſect.4.* Interpretes S. Thomæ nuper relati 1.2. *q.2.art.1.& ſequentibus.*

Quæſt. IV. An poſſimus frui eſſentia Dei, quin fruamur perſonis, aut vnâ perſonâ, quin fruamur aliâ? De quo hîc S.Thom. *quæſt.2. art.2.* Scot. *q.2.* Okam.& Gabriel *q.5.* Aureol. *q.1.art.2.*Philip.Fab. *d.11.*Item Bañez, Zumel. Gonçalez, Nazar. P.Molin. P.Vazq. P.Faſol. P.Arrub.& alij cum S.Thom.*in 1.p. quæſt.12.art.7.* & 8. Rurſus Sot. *in 4.d.49.quæſt.3. art.3.*P.Suar. *1.p.lib.2.de attrib.negat.cap* 23. P.Sal. 1.2.*q.3.tract.2.diſput.4.* & Ægid. de Præſent. *lib.5. de beat.q.14.*P.Tann. 1. *p.diſp.2.q.6.dub.7.* P.Herice *1.p.d.50.c.2.* P.Alarcon. *tract.1.diſp.4.c.2.* Lorca 1. 2.*diſp.13.* cum pluribus aliis, quos ipſi referunt.

Quæſt. V. An apprehenſio vltimi finis neceſſitet ad eius amorem? De quo hîc Scot.*quæſt.4.*Okam.& Gabr. *q.6.*Philip.Fab.*diſp.13.* Item, S.Thom.1. 2.*q.* 10.*art.1.&* 4.Bañez 1.*p.quæſt.82.art.2.dub.2.*P.Vazquez 1.2. *d.39. præſertim cap.4.&* 5. P.Ruiz *tom.de prouid.diſp.42.ſect.6.&* 7.P.Gran. *controu.2. tract.3. d.4.* P.Valent. 1.2.*diſp.2. q.5. punct.2.* P. Raynaud. *diſt.2.diſciplinæ moralis,n.173.& ſequentib.*P.Tanner. 1.2.*diſp.2.quæſt.2.dub.3.* P.Salas 1.2. *tract.5. diſp.4. ſect.2.&* 3.

Quæſt. VI. An detur actus voluntatis neuter, qui nec

nec sit amor finis, nec amor mediorum? De quo hic Gregorius *quæst*.1. Philip. Fab. *d*.12. cum suo Scoto. Item, P. Vazq. 1.2.*disp*.32.*cap*.3. P. Tannerus 1.2.*d*.1. *quæst*.2. *num*.28. P. Salas 1.2. *tract*.6. *disputat*.16. *à num*.108.

Quæst. VII. An vltimus finis possit esse duplex? De quo S. Thomas 1.2.*q*.1. *artic*.5. & cum eo Caiet. Medin. Conrad. Cur. Lorc. P. Vazq. & alij *ibidem*. Item, Ægid. de Præs. *lib*.1.*de beatit*.*q*.6.*art*.2. P. Suarez 1.2.*tract*.1.*d*.3.*sect*.2.3.*&* 4. P. Salas 1.2.*tr*.1. *d*.8. *à sect*.2. P. Gran. 1.2.*tract*.1.*d*.3. P. Valent. 1.2. *disp*.1.*q*. 1.*puncto* 6. P. Tanner. 1.2.*d*.1.*quæst*.1. *dub*.6. P. Raynaudus *disciplina morali, disputat*.1.*num*.33.*& sequentibus*.

Quæst. VIII. An Deus diligens creaturas operetur propter finem? De quo fusè Cur. 1.2.*q*.1.*art*.2.*dub*.1. & P. Salas 1.2.*tract*.1.*d*.4.*sect*.3.

Quæst. IX. An Deus diligat hominem propter bonitatem creatam, an solùm propter diuinam? De quo P. Ruiz *de volunt*.*d*.3. P. Herice 1.*p*.*d*.18.*à cap*.2. Aluiz *de volunt*.*d*.8.*sect*.2. P. Vazq. 1.*p*.*d*.86.*cap*.2. P. Alarcon 1.*p*.*tract*.3.*d*.2.*c*.3. & communiter recentiores *tract*.*de voluntate*.

Quæst. X. An Deus in patria diligatur amore stricto distincto à gaudio? De quo fusè P. Ruiz *de volunt*. *d*.52.*sect*.1.*&* 2. P. Herice 1.*p*.*d*.13.*à cap*.2. Aluiz 1.*part*.*tract*.2.*d*.4.*sect*.3. P. Alarcon. 1. *p*. *tract*.3. *disp*.7.*c*.1.

Quæst. postrema. An Deus possit se ipsum diligere propter creaturas? De quo fusè P. Herice 1.*p*.*d*.15. P. Alarcon. 1 *p*.*tract*.3.*disp*.2.*c*.3.*n*.18.*&* 19.

DISTINCTIO II.

De mysterio Trinitatis, & unitatis.

IN hac distinctione prima propositio est: Nihil priùs, ac firmiùs de Deo credendum est, quam esse vnum in natura, & trinum in personis, quarum alia sit Pater, alia Filius, alia Spiritus sanctus. Nam omnes Ecclesiæ Patres, qui de hoc mysterio disseruerunt, nihil priùs, ac firmiùs, quàm istam veritatem conantur persuadere.

2 Secunda propositio est: Hæc veritas non potest innotescere euidenter lumine naturali. Quod probat testimoniis Augustini, Item; quia nullum est mysterium, in quo faciliùs erretur, magisque prætervolet omnia principia, quibus lumẽ rationis innititur.

3 Tertia propositio: Tamen hæc veritas potest persuaderi lumine fidei. Quia tam in veteri, quàm in nouo Testamento sunt plura testimonia, quorum alia vnitatem Dei, alia pluralitatem, & Trinitatem personarum testantur. Quod ostendit erudita collectione eorum.

4 Vnde colligit duo: alterum est, non posse lumine naturali euidenter ostendi repugnare hoc mysterium; sed posse satisfieri argumentis naturalibus oppugnantibus ipsum: quia lumen fidei, licèt sit supra rationem naturalem, non tamen contra illam; atque adeò, cùm hæc veritas sit conformis fidei, non est contra lumen naturale rationis. Alterum est, inter diuinas personas non esse solitudinem, cùm sit consortium;

sortium; neque diuersitatem, cùm sit vnitas naturæ; neque singularitatem, cùm sit pluralitas: sed esse similitudinem, cùm sit distinctio coniuncta cum vnitate.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Deum esse, sit per se notum? De quo hîc Scot.*q.*24.Fab.*disp.*14.Gregor.*q.*1.*art.*1.Item cùm S.Thoma 1.*p.q.*2.*art.*1.Caiet Bañez, Gonzalez, Nazar.P.Molina, Arrub.Vazquez, Fasol.Item, P. Gillius 1.*p.lib.*1.*tract.*8.*cap.*3. P. Tannerus 1.*p.d.*2.*quæst.*1. *dub.*2.P.Suarez 1.*p.lib.*1.*cap.*1.*num.*7.*& in Metap.d.*26. P.Granad.1.*p.contr.*1.*tr.*1.*disp.*1.*sect.*1.*&* 2.

Quæst. II. An Trinitas possit ratione naturali euidenter ostendi? De quo S.Thomas 1.*p.q.*32.*art.*1. & cum eo Interpretes recentiores, Bañez, Zumel, Nazar.Aluiz, Torres, P.Molina, P.Vazquez, P.Arrubal, & alij.Item, P.Suarez 1.*tom.in* 3.*p.d.*27.*sect.*1.P. Ruiz *de Trinitate,d.*41.*&* 42. Granad.*de Trinit.tr.*6. Zuñiga *de Trinit.d.*7.*dub.*3. P. Tannerus 1.*p.disp.*4. *q.*1.*dub.*2.P.Valentia 1.*p.disp.*2.*q.*6.*punct*,1.P.Alarcon 1.*p.tract.*5.*disp.*1.*c.*4.*&* 5.

Quæst. III. An natura diuina sit vna? De quo hîc S.Thom.*q.*1.Scot.*q.*3.Dur.*q.*1. Okam.*q.*10. Rursus D.Thomas 1.*p.q.*11.*art.*3. & cum eo Bañez, Zum. Nazar. Molin. Vazq.Fasol.Arrubal, & alij.Item, P. Valentia 1.*p. disp.*1.*q.*11.*punct.*2. P. Suar.1.*p.lib.*1. *cap.*6.*& in Metaph. disp.*30.*sect.*10.*disp.*29.*sect.*2. *&* 3. P.Tannerus 1.*p.disp.*2.*q.*5.*dub.*3.

Quæst. IV. In quo consistat natura Dei omnibus personis communis? De quo P.Suarez 1.*p.tr.*3.*lib.* 1.*cap.*6.Arrubal.1.*p.dist.*28.*cap.*3. Fasol.1.*p.q.*4.*dub.*

 7.*&* 8.

DISTINCTIO II.

De mysterio Trinitatis, & unitatis.

IN hac distinctione prima propositio est: Nihil priùs, ac firmiùs de Deo credendum est, quam esse vnum in natura, & trinum in personis, quarum alia sit Pater, alia Filius, alia Spiritus sanctus. Nam omnes Ecclesiæ Patres, qui de hoc mysterio disseruerunt, nihil priùs, ac firmiùs, quàm istam veritatem conantur persuadere.

2 Secunda propositio est: Hæc veritas non potest innotescere euidenter lumine naturali. Quod probat testimoniis Augustini, Item; quia nullum est mysterium, in quo faciliùs erretur, magisque prætervolet omnia principia, quibus lumẽ rationis innititur.

3 Tertia propositio: Tamen hæc veritas potest persuaderi lumine fidei. Quia tam in veteri, quàm in nouo Testamento sunt plura testimonia, quorum alia vnitatem Dei, alia pluralitatem, & Trinitatem personarum testantur. Quod ostendit erudita collectione eorum.

4 Vnde colligit duo: alterum est, non posse lumine naturali euidenter ostendi repugnare hoc mysterium; sed posse satisfieri argumentis naturalibus oppugnantibus ipsum: quia lumen fidei, licèt sit supra rationem naturalem, non tamen contra illam; atque adeò, cùm hæc veritas sit conformis fidei, non est contra lumen naturale rationis. Alterum est, inter diuinas personas non esse solitudinem, cùm sit consortium;

ſortium ; neque diuerſitátem , cùm ſit vnitas naturæ; neque ſingularitatem, cùm ſit pluralitas : ſed eſſe ſimilitudinem, cùm ſit diſtinctio coniuncta cum vnitate.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An Deum eſſe, ſit per ſe notum? De quo hîc Scot. *q.* 24. Fab. *diſp.* 14. Gregor. *q.* 1. *art.* 1. Item cùm S. Thoma 1. *p. q.* 2. *art.* 1. Caiet. Bañez, Gonzalez, Nazar. P. Molina, Arrub. Vazquez, Faſol. Item, P. Gillius 1. *p. lib.* 1. *tract.* 8. *cap.* 3. P. Tannerus 1. *p. d.* 2. *quæſt.* 1. *dub.* 2. P. Suarez 1. *p. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 7. *& in Metap. d.* 26. P. Granad. 1. *p. contr.* 1. *tr.* 1. *diſp.* 1. *ſect.* 1. *&* 2.

Quæſt. II. An Trinitas poſſit ratione naturali euidenter oſtendi? De quo S. Thomas 1. *p. q.* 32. *art.* 1. & cum eo Interpretes recentiores, Bañez, Zumel, Nazar. Aluiz, Torres, P. Molina, P. Vazquez, P. Arrubal, & alij. Item, P. Suarez 1. *tom. in* 3. *p. d.* 27. *ſect.* 1. P. Ruiz *de Trinitate, d.* 41. *&* 42. Granad. *de Trinit. tr.* 6. Zuñiga *de Trinit. d.* 7. *dub.* 3. P. Tannerus 1. *p. diſp.* 4. *q.* 1. *dub.* 2. P. Valentia 1. *p. diſp.* 2. *q.* 6. *punct.* 1. P. Alarcon 1. *p. tract.* 5. *diſp.* 1. *c.* 4. *&* 5.

Quæſt. III. An natura diuina ſit vna? De quo hîc S. Thom. *q.* 1. Scot. *q.* 3. Dur. *q.* 1. Okam. *q.* 10. Rurſus D. Thomas 1. *p. q.* 11. *art.* 3. & cum eo Bañez, Zum. Nazar. Molin. Vazq. Faſol. Arrubal, & alij. Item, P. Valentia 1. *p. diſp.* 1. *q.* 11. *punct.* 2. P. Suar. 1. *p. lib.* 1. *cap.* 6. *& in Metaph. diſp.* 30. *ſect.* 10. *diſp.* 29. *ſect.* 2. *&* 3. P. Tannerus 1. *p. diſp.* 2. *q.* 5. *dub.* 3.

Quæſt. IV. In quo conſiſtat natura Dei omnibus perſonis communis? De quo P. Suarez 1. *p. tr.* 3. *lib.* 1. *cap.* 6. Arrubal. 1. *p. diſt.* 28. *cap.* 3. Faſol. 1. *p. q.* 4. *dub.* 7. *&* 8.

7.*&* 8. Gillius 1.*p.lib.* 2.*tr.*1.*cap.*12. Herice 1.*p.diſp.* 3. Zuñiga *de Trinit.d.* 2. *dub.* 10.*memb.*6.7.*&* 8. P. Tannerus 1.*p.diſp.*2.*q.*1.*dub.*5. P.Granadus 1.*p.controu.* 1.*tract.* 2.*diſp.*2.& *controu.* 2.*tr.*1.*diſp.*3.P. Alarcon 1. *p.tract* 2.*diſp.*1.*c.*5.*&* *tract.*5. *diſp.* 2. Gonzalez 1.*p.* *diſp.*36. P.Ruiz *tom.de ſcientia, diſp.*8. Aluiz *tract.* 1. *diſp.*2.*ſect.*5.*&* 6.

Quæſt. V. An vnitas naturæ poſſit componi cum Trinitate? De quo hîc Okam. *q.*11.Scot.*q.*4.Capr. *q.*3. & Interpretes Diui Thomæ ſuprà relati *in* 1.*p.q.* 28.*art.* 3. P.Suarez 1.*p.lib.*4.*de Trinit.cap.*2. *&* 3. & omnium latiſſimè Ruiz *de Trinitate,d.* 15. Alarcon 1. *p.tr.*5. *diſp.*1.*c.*6. P. Granad. *de Trin.tr.* 1. *diſp.*4. P. Tannerus 1.*p.diſp.*4.*q.*1.*dub.*4. P.Valentia 1.*p.diſp.*2. *q.*4.*puncto* 4.

Quæſt. VI. An attributa diuina, & relationes diſtinguantur inter ſe ratione ratiocinata? De quo hîc S.Thomas *art.* 2.Durand.*q.*2. Okam. *quæſt.* 1. Item, fusè Faſol. 1.*p.q.*4.*art.*2.*dub.*13.Ruiz *de Trinit.d.*12. Zuñiga *de Trinit.d.* 3. Suarez *lib.*4.*de Trinit.c.*5. P. Tannerus 1.*p.d.*2.*q.*2.*dub.*3.*&* *ſequentibus,* *&* *diſp.*4. *q.*3.*dub.*2.P.Gran.1.*p.controu.*1.*tract.*2.*diſp.*6.*&* 7.*&* *controu.*5.*tract.*3.*diſp.*4. P.Alarcon 1.*p.tr.*5.*diſput.*2. *c.*7. *&* *ſequentib.* P.Albertinus 7.*princ.coroll.*1.*dub.*2. *&* 3.Aluiz *tr.*4.*diſp.*3.*ſect.*9. *&* *diſp.*10.*ſect.*6. & alij quos ipſi referunt.

Quæſt. VII. An attributa, relationes, & natura diuina diſtinguantur inter ſe ex natura rei? De quo hîc S.Thomas *art.*3.Scot.*q.*7.Okam.*q.*2. Fab. *diſp.* 20. Item, cum S. Thoma 1.*p.q.*28.*art.*1. *&* 2. Caiet.Torres, Bañez, Zumel, Nazar. Molin. Vazq & cæteri Interpretes. Præterea Ægidius *de beat. tom.* 1.

*lib.*5.

lib.5.*q*.5.*art*.3.Gillius 1.*p*,*lib*.2.*tr*.5.*à*.*cap*.5.Fasol.*suprà dub*.12. & 13. Zuñiga *suprà dub*.5. Suar. *suprà cap*.4.Valentia 1.*p*.*d*.....*q*.2.*p*.3. Albertinus *tom*.17. *princ*.*corol*.1.*dub*.1.*tom*.2.*pred*.*substantia*, *disp*.1.*q*.5. Granad.1.*p*.*contr*.1.*tr*.2.*d*.5.& *contr*.5.*tr*.3.*d*.3.Alarcon 1.*p*.*tr*.5.*d*.2.*à cap*.6. Tannerus 1.*p*.*d*.2.*q*:3. *d*.2. & *d*.4.*q*.3.*dub*.2. Aluiz *tr*.4.*d*.2.*sect*.7.

Quæst. VIII. An sint duæ tantùm productiones? De quo hîc Scot.*q*.7.& Fab.*d*.16.& 17. Item, cùm S.Thoma 1.*p*.*q*.27.*art*.3.& 5. Interpretes sæpiùs relati,& omnium latissimè Ruiz *de Trinitate*,*d*.3.Tannerus 1.*p*.*disp*.4.*q*.2. *dub*.1. Zuñiga *de Trinit*. *disp*.2. *dub*.15.Suar.*lib*.1.*cap*.9.Valentia 1.*p*.*d*.2.*q*.1.*punct*.2. Grenad.1.*p*. *contr*.5.*tr*.2. *disp*.6. Alarcon 1.*p*.*tr*.5. *disp*.6.*cap*.4.

Quæst. IX. An sint in Deo tres perfectiones relatiuæ, sicut tres personæ? De quo Interpretes relati S.Thomæ 1.*p*.*q*.28.*art*.3.& 4.& hîc Faber cum Scoto *d*.22. Zuñiga *de Trinit*.*d*.5.*dub*.12. Suar. *lib*.3.*de Trinit*.*cap*.9. Ruiz *de Trinit*.*disp*.28.& 30. Gran.1.*p*. *contr*.5.*tr*.3.*disp*.5. Tannerus 1.*p*.*disp*.4.*q*.3.*dub*.4. Alarcon 1.*p*.*tr*.5.*disp*.3.*cap*.3.& 4.Albertinus *tom*.2. *pred*.*relat*.*corol*.1.*q*.2.Aluiz *tr*.4.*d*.10.*sect*.4.

Quæst.X. An tres existentiæ relativæ?De quo hîc Fab.cum Scot. *d*.26.*cap*.1. Zuñiga *sup*.*dub*.11. Suar. *cap*.5. Albertinus *tom*.2.*pred*.*relat*.*corol*.1.*q*.1.Alarcon 1.*p*.*tr*.5.*disp*.5.*cap*.4. Gran.1.*p*.*cont*.5.*tr*.5.*disp*.1. *sect*.3. Tannerus 1.*p*.*disp*.4.*q*.3.*dub* 4.*n*.10. & *seqq*. Ruiz *de Trinitate*, *disp*.25. Aluiz *tr*.4.*d*.10.*sect*.3. Rursus Interpretes S.Thomæ, Zumel, Nazar. Mol. Vasq.Arrubal. & alij 1.*p*.*q*.28.*art*.4.

Quæst. XI. An detur natura subsistens, seu abso-

luta ſubſiſtentia communis tribus perſonis? De quo hîc Fab.cum Scot. *d.*26. P.Suar. *tom.*1.*in* 3.*p.d.*11. *ſect.*3.*&* i.*p.tr.*3.*lib.*4.*cap.*11.Vazq.1.*p.d.*125.Ruiz *de Trinit.d.*34.*à ſect.*5.Zuñiga *de Trinit.d.*5.*dub.*10. *memb.*1. Tannerus 1.*p. diſp.*4.*q.*1.*dub.*6. Gran.1.*p. controu.*5.*tr.*4.*diſp*5. Alarcon.1.*p.tr.*5.*diſp.*4.*c.*4. Albertinus *tom.*2.*prædicamento ſubſtantiæ,corol.*11.Aluiz *tr.*4.*d.*4.*ſect.*5.

Quæſt. XII. An detur perſonalitas communis? De quo P.Suarez *lib.*4.*de Trinit.cap.*14. Ruiz *d.*32. Zuniga *ſuprà dub.*7. Aluiz 1.*p.tr.*4.*diſp.*4.*ſect.*4. & Interpretes D.Thomæ 1.*p.q.*29. *&* 30.*art.*4.

Quæſt. XIII. An perſonæ diuinæ diſtinguantur,ſeu conſtituantur relationibus? De quo hîc Fab. cum Scot.*d.*23. Suar. *lib.*7. *de Trinit.c.*6.*&* 7. Ruiz *d.*87. Zuñiga *d.*15.*dub.*5.*memb.*3. P.Tannerus 1.*p. diſp.*4.*q.*3.*dub.*6. P.Valentia 1.*p.d.*2.*q.*14.*punct.*2. *&* 3. Granadus 1.*p.controu.*5.*tr.*12.*d.*1.2.*&* 3.Alarcon 1.*p.tr.*5.*d.*4.*c.*6.*& ſeq.* Albertinus *tom.*2.*prædic. relat.corol.*10.*dub.*1. Aluiz *tr.*4.*d.*11.*ſect.*3. *& ſeqq.* Rurſus Caiet.Bannez, Zumel. Nazar. vterque Torres,Mol.Vazq.Arrubal,& alij Interpretes D.Thomæ 1.*p.q.*40.*art.*2.

Quæſt. XIV. An inter diuinas perſonas detur relatio ſimilitudinis? De quo Suarez *lib.*4. *de Trinit. cap.*15. Ruiz *d.*103. Zuñiga *d.*17.*dub.*2. *&* 3. Granad.1.*p.contr.*5.*tract.*14.*d.*1. Pater Tannerus 1.*p. d.*4.*quæſt.*1.*dub.*8.Aluiz *tract.*4.*d.*13.*ſect.*2. Item,Interpretes S. Thomæ nuper relati 1. *part. quæſt.* 42. *art.*1.

DISTIN

DISTINCTIO III.

Quomodo per creaturam potuerit cognosci Creator?

PRæmisit Magister dist. præcedenti, potuisse cognosci ex reuelatione, & non potuisse cognosci lumine naturæ à priori. Nunc, an possit cognosci ex creaturis, & à posteriori: primò, quoad ea, quæ pertinent ad vnitatem: secundò, quoad ea, quæ pertinent ad Trinitatem.

2 Prima assertio est: Potest homo cognoscere Deum ex creaturis quoad attributa vnitatis. Primò ex Paulo Rom. 1. *Inuisibilia Dei à creatura mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciũtur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas.* Nam per *creaturã mundi* intelligitur homo, participans aliquid omnis creaturæ corporeæ, & incorporeæ. *Inuisibilia* verò Dei intelliguntur eius attributa, quæ significantur pluraliter, non quia realiter distinguantur inter se; sed, quia per ordinem ad creaturas, in quibus relucet multiplicata eorum perfectio, ad modum plurium apprehenduntur. Secundò, probatur facta inductione per quatuor attributa Dei. Primò enim cognoscitur eius potentia: quia non potest non esse potentissimus, qui fecit ex nihilo mundum, quem nulla creatura facere potest. Secundò, eius immutabilitas: quia non potest non esse immobilissimus, à quo omnia mobilia mouentur. Tertiò, summa bonitas. Quartò, summa pulchritudo: quia ab eo sunt omnia, quæ sunt præstantissima,

tiſſima, & pulcherrima inter creaturas. Similiter poſſunt aliæ perfectiones inueſtigari, vt æternitas ex perpetuitate creaturarum, ſapientia ex earum diſpoſitione, & ſic cæteræ perfectiones.

3 Aſſertio ſecunda: Aliquod Trinitatis veſtigium apparet in creaturis, quamuis ſecluſa reuelatione non poſſit eſſe certa notitia. Primò, quia in vnaquaque ſubſtantia datur origo omnium proprietatum, quæ refert Patrem: deinde, forma, ſeu pulchritudo ipſius, quæ refert Filium, rurſus appetitus, ſeu inclinatio in proprium bonum, quæ refert Spiritum ſanctum. Secundò, in mente humana potentiæ, & earum actus referunt Trinitatem. Potentiæ quidem: quia memoria, intellectus, & voluntas ſunt tres diſtinctæ, ſicut tres perſonæ: ſunt ad aliud, ſicut illæ: ſunt æquales quoad capacitatem, & extenſionem obiectorum, ſicut illæ. Rurſus ſunt vnum quoad eandem ſubſtantiam; non quòd ſubſtantiæ ſint, ſed quod ſimul ſubſtantialiter exiſtant, hoc eſt, indiviſæ inter ſe, & à ſubſtantia, cùm non poſſint abeſſe, & adeſſe, ſicut reliqua accidentia ſeparabilia. Tamen hæc ſimilitudo non eſt adæquata; ſed cum duplici diſſimilitudine coniuncta. Prima eſt, quia tres potentiæ non ſunt vnus homo, ſicut tres perſonæ vnus Deus. Secunda, quia tres potentiæ non ſunt tres perſonæ, ſicut Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Actus denique repræſentans Trinitatem, quia mens eſt principium intelligendi, ſicut Pater; intellectio eſt principium amoris, ſicut Filius; & amor procedit ab vtroque, ſicut Spiritus ſanctus.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Deum esse sit per se notum? De quo hîc S.Thomas *q.* 1. *art.* 2. & alij *apud distinctionem secundam*, *q.* 1.

Quæst. II. An Trinitas possit ratione naturali euidenter ostendi; De quo hîc S. Thomas *q.* 1 *art.* 4. Okam.*q.* 4.Bonau.*art.* 3.*q.* 3.& alij *apud distinctionem secundam*, *q.nostra* 2.

Quæst. III. An attributa Dei sint ratione ratiocinata plura? De quo hîc Okamus *q.* 3. & alij *apud distinctionem secundam*, *q.6*.

Quæst. IV. An attributa Dei sint ex natura rei plura, seu distincta; De quo *apud distinctionem secundam*, *q.7*.

Quæst. V. An potentiæ animæ distinguantur realiter ab eius substantia; De quo hîc Durandus *q.* 2. 3.*&* 4.Item, Auersa *q.*47.*de anima*,*sect.* 1. P.Suar. *d.*18.*Metaph.sect.* 3. *&* *lib.*2. *de anima*,*à cap.* 1. Ruuius 2.*de anima*, *tr.de potentiis*,*cap.* 3.*quæst.* 1.Conimbricenses, & alij Interpretes Aristotelis 2. *de anima*, *cap.* 3. *&* 4.

Quæst. VI. An Deus possit cognosci ex creaturis per cognitionem supernaturalem; De quo nos *disp.* 20.*de ente supernaturali à sect.* 12.*ad* 17.Item,*disp.*63. *sect.*4. *&* 5.

Quæst. VII. An in omni creatura sit vestigium Trinitatis? De quo hîc omnes Interpretes Magistri.

DISTIN

DISTINCTIO IV.

An Deus genuerit se?

NEgat Magister. Primò, quia ait Augustinus, errare, qui putant, Deum genuisse se. Secundò; quia inter principium generans, & terminum genitum requiritur distinctio realis.

2 Obiicit primò: Deus genuit Deum; tum, quia in symbolo dicitur, *Deum de Deo, lumen de lumine*: tum, quia Deus Pater genuit Deum Filium. At non genuit alium Deum, cùm Deus sit tantùm vnus. Ergo genuit Deum se. Negat consequentiam: quia aliqua distinctio necessaria est inter principium generans, & terminum genitum. At non adæquata quoad Deitatem; sed sufficit inadæquata quoad personalitatem.

3 Obiicit secundò: Deus Pater genuit Deum. At non Deum, qui non est Pater: nam Deus non est, qui non sit Pater. Ergo genuit Deum Patrem, atque adeò se ipsum. Respondet: Deus Pater genuit Deum, qui non est Pater quoad personalitatem; non verò genuit Deum, qui non est Pater quoad Deitatem. Vnde hæc propositio: Deus Pater genuit Deum, qui est Deus Pater, absolutè est neganda: hæc verò; Genuit Deum, qui non est Deus Pater, est distinguenda.

4 Obiicit tertiò: quia Augustinus ait, Deum genuisse alterum se. Respondet, genuisse alterum se quoad personalitatem, non alterum quoad Deitatem, ideóque alterum omninò sibi æqualem. Hinc colligit, sicut Deus prædicatur de tribus personis, ita tres perso

personas prædicari de Deo. Nam, sicut Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt vnus Deus; ita vnus Deus est Pater Filius, & Spiritus sanctus. Quod confirmat ex Augustino sæpiùs dicente, Deum esse Trinitatem, atque adeò esse tres personas.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Deus supponat pro persona, an pro natura? De quo hîc Bonau. *quæst* 4. Durand. *quæst*. 2. Greg. *quæst*. 4. Okam. & Gabr. *quæst*. 1. Interpretes D. Thomæ 1. *p. quæst*. 39. *art*. 4. *&* *in* 3. *p. q*. 16. *art*. 6. *&* 7. Item, P. Suar. 1. *p. lib*. 4. *de Trinit. cap*. 14. *&* *tom*. 1. *in* 3. *p. disp*. 11. *sect*. 5. & P. Vazq. *tom*. 1. *in* 3. *p. d*. 64. & fusè Ruiz *de Trinit. d*. 78. Granadus 1. *p. controuers*. 5. *tr*. 1. *d*. 2. Alarcon 1. *p. tr*. 5. *d*. 4. *cap*. 5. Valentia 1. *p. d*. 2. *quæst*. 13. *puncto* 3. Zuñiga *de Trinit. d*. 14. *dub*. 1. *memb*. 1.

Quæst. II. An sit in Deo aliqua productio? De quo hîc Greg. *q*. 1. & Interpretes D. Thomæ, Caiet. Bañez, Zum. vterque Torres, Mol. Vazq. Arrub. 1. *p. q*. 27. *art*. 1. Valentia 1. *p. d*. 2. *q*. 1. *puncto* 1. Zuñiga *de Trinit. d*. 2. *dub*. 1. & Ruiz *disp*. 1. P. Tanner. 1. *p. d*. 4. *quæst*. 2. *dub*. 1. Suar. *de Trinit. lib*. 1. *cap*. 4. Aluiz 1. *p. tr*. 4. *d*. 1. *sect*. 2. Gran. 1. *p. contr*. 5. *tr*. 2. *d*. 1. Alarcon 1. *p. tr*. 5. *d*. 6. *cap*. 1. *&* 4.

Quæst. III. An sint in Deo duæ tantùm productiones? De quo hîc Greg. *q*. 2. & nos *apud distinctionem* 2. *q*. 8.

Quæst. IV. An requiratur distinctio realis inter principium producens, & terminum productum? De quo P. Suarez *tom*. 3. *in* 3. *p. d*. 50. *sect*. 4. P. Vazquez *ibidem*

*ibidem,d.*181.*cap.*7. & alij,quos ipſi referunt.

Quæſt. V. An principium generans conſtituatur Deitate, an relatione? De quo Interpretes D. Thom. Caiet. Bañez, Zum. vterque Torres, Mol. Vazq. Arrub. 1.*p.q.*41.*art.*5. Suar. *lib.*6.*de Trin.c.*5.Zuñiga *d.*16.*dub.*6. Ruiz *d.*100. P. Valent. 1.*p.d.*2.*q.*15. *pun.*2. Tan.1.*p.d.*4.*q.*2.*dub.*5.Gran.1.*p.contr.*5.*tr.*13. *d.*3.Aluiz.*tr.*4.*d.*1.*ſect.*9.Alarc.1.*part.*5.*d.*6.*c.*2.Alb. *tom.*2.*præd.relat.corol.*12.*dub.*1.

Quæſt. VI. An terminus genitus ſit natura diuinna, an perſona Verbi aut Spiritus ſancti? De quo ſuperiores Interpretes D.Thomæ 1.*p.q.*27.*art.*4. Item, Valent.1.*p.d.*2.*q.*1.*pun.*4. Suar. *lib.*9. *de Trin.c.*1. Zuñiga *d.*2.*dub.*20. Ruiz.*à d.*4.*ad* 8. Tann.1.*p.d.*4. *q.*2.*dub.*7.& 8. Gran.1.*p.contr.*5.*tr.*2.*d.*5. Alarc.1. *p.tr.*5.*d.*8.*c.*11. & 12. Aluiz *tr.*4.*d.*2.*ſect.*2.& 3. Albertinus *tom.*2.*præd.relat.corol.* 14.*dub.*2.

Quæſt. VII. An Deitas ſit vna? De quo *apud. diſtinctionem ſecundam,q.*3.

Quæſt. VIII. An Deus generet Deum, & alium Deum? De quo hîc omnes Interpretes Magiſtri. Et Interpretes relati S.Thomæ 1.2.*q.*39.*art.*4. & fusè P.Didacus Ruiz *de Trin.d.*79.Suar.*lib.*6.*c.*7.Granad. 1.*p.controu.*5.*tr.*11.*diſp.*2. Valent.1.*p.diſp.*2.*q.*13.*p.*3.

DISTINCTIO V.

An Pater, ſiue eſſentia genuit ipſam eſſentiam, vel ipſa eſſentia genuit Filium?

DVas quæſtiones complectitur. Prima eſt: An Pater, aut eſſentia generet ipſam eſſentiam?

tiam? Et sequitur partem negantem. Primò, quia essentia non opponitur relatiuè cum Patre. Opponeretur autem, si generaretur à Patre. Secundò, quia nulla res seipsam gignere potest. Gigneret autem seipsam, si Pater gigneret essentiam. Tertiò, quia Pater non constituitur in suo esse per terminum genitum, cum terminus potiùs accipiat esse à principio producente, quàm principium producens à termino. Pater autem constituitur in suo esse per essentiam diuinam.

2 Obiicit Augustinum aientem, Patrem genuisse idem, quod ipse est. Essentia autem est idem, quod Pater. Respondet: Pater genuit idem, quod ipse est, non adæquatè, sed inadæquatè; nempe, Verbum quoad solam personalitatem productum, & quoad Deitatem identificatum.

3 Secunda quæstio est: An assentia genuit Filium; Etiam negat: quia essentia non est distincta à Filio. Generans autem, & genitum distincta sunt.

4. Obiicit primò Augustinum dicentem, sapientiam esse de sapientia, essentiam de essentia, substantiam de substantia. Respondet: Hæc non sunt intelligenda in sensu formali, sed identico, & materiali; hoc est, Filium, qui est sapientia, essentia, & substantia Dei, esse à Patre, qui est eiusdem sapientiæ, essentiæ, atque substantiæ.

5 Secundò obiicit Hilarium dicentem, nihil esse in Filio, nisi natum. In Filio autem essentia est. Ergo nata, & genita est. Respondet: Sensus Hilarij est, nihil esse in Filio, quod non sit per natiuitatem acceptum, vt ostenderet, etiam quoad essentialia aliquod discrimen Filij à Patre, qui ea non habet accepta ab alio, sicut Filius.

6 Ex dictis ad hæc argumenta colligit duo. Primò, Filium non esse ex nihilo, neque ex materia; cùm sit de substantia Patris, quæ aliquid est, & non materia, aut subiectum Filij, seu Filiationis. Secundò, solum verbum esse naturâ Filium: quia solum Verbum suapte origine habet eandem naturam, atque substantiam cum Patre, vt ait Hilarius.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An inter principium producens & terminum productum requiratur distinctio realis? De quo *dist*.4.*q*.4.

Quæst. II. An principium generans constituatur aliquo absoluto, an etiam relatiuo? De quo *dist*.4.*q*.5.

Quæst. III. An solum Verbum, an etiam Spiritus sanctus sit naturâ genitus, & Filius? De quo *dist*.4.*q*.6.

Quæst. IV. An Filius, seu Verbum, procedat immediatè per naturam Patris, etiam supposita distinctione naturæ ab intellectu? De quo Interpretes S. Thomæ, Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Mol. Vazq. Arrub. & alij 1.*p*.*q*.27.*art*.1. Item, Aluiz *tr*. *de Trin*. *d*.1.*sect*.7. Ruiz *d*.2. Zuñiga *d*.2.*dub*.2. Valent.*d*.2.*q*.1.*punct*.3. Suar.*lib*.1.*c*.5. Gran.*tr*.2.*d*.2. P. Tanner. *d*.4.*q*.2.*dub*.2. Aluiz *tr*.4.*d*.1.*sect*.4. Alarc.1.*p*.*tr*.5.*d*.8.*c*.1. Albertinus *tom*.2.*pred*.*relat*.*corol*.11.*dub*.1.

Quæst. V. An absolutè verum sit, naturam diuinam generare? De quo hic S. Thom. Bonau. Dur. Okam. & alij Interpretes Magistri. Item, Caiet. Bañez Zum. Naz. Mol. Vazq. Arrub. & alij Interpretes D. Thom.1.*p*.*q*.39.*art*.5. Suar. *lib*.6.*de Trin*.*c*.7. Zuñig. *d*.2.*dub*.10.*memb*.18. Ruiz *d*.80. Valent.1.*p*.*d*.2.*q*.13. *punct*.3.

punct. 3. Gran. 1.*p.controu.* 5 *tr.* 11.*d.* 3. Alarcon 1.*p.* *tr.* 5.*d.* 2.*c.* 14.

Quæst. VI. An Pater, siue natura se gerat tanquam principium materiale, & subiectum generationis immanentis Filij? De quo hîc S. Thom. *quæst.* 2.*artic.* 1. Bonau. *art.* 1.*q.* 2. Gregor. *q.* 2. *&* 3. Scot. *q.* 2. Aureol. *art.* 1. Item Suarez *lib.* 6. *de Trinit. cap.* 6. Zuñiga *d.* 16. *dub.* 3. Ruiz *d.* 97. Alarcon. 1.*p.tr.* 5.*d.* 6.*cap.* 5. *num.* 9. Valentia 1.*p.d.* 2.*q.* 15.*p.* 3. Gran. 1.*p.controu.* 5. *n.* 13. Aluiz *tract.* 4.*d.* 12.*sect.* 4. Albertinus *tom.* 2.*præd.relat.corol.* 12.*dubit.* 4.*n.* 9.

Quæst. VII. An generatio actiua, & passiua realiter distinguantur? De quo hîc Aureolus *art.* 3. Item, In- Interpretes D. Thomæ 1.*p.q.* 40.*art.* 2. & Suarez *lib.* 6. *de Trin. c.* 2. Ruiz *d.* 84.*sect.* 2. 3. *&* 4. Zuñiga *d.* 2. *dub.* 14. Aluiz *tract.* 4.*d.* 1.*sect.* 2. Granad. 1.*part.controu.* 5.*tr.* 2.*d.* 3.*sect.* 1. Alarcon 1.*p.tract.* 5.*d.* 6.*c.* 4. Albertinus *tom.* 2.*præd.quant.corol.* 12.*dub.* 2.

Quæst. VIII. An natura diuina, licèt non sit terminus formalis productus, sit terminus formalis communicatus? De quo hîc Greg. *quæst.* 4. Aureol. *art.* 4. Bonau. *art.* 2.*q.* 2. Item, Suar. *lib.* 6. *de Trinit. c.* 6. Ruiz *d.* 80.*sect.* 4. Granad. 1.*p.controu.* 5. *tract.* 2. *d.* 3.*sect.* 6. Alarcon. 1.*p.tr.* 5.*d.* 6.*c.* 6. Aluiz *tr.* 4.*d.* 12.*sect.* 7.

DISTINCTIO VI.

An Pater voluntate genuerit Filium; an necessitate?

INtelligit Magister de voluntate præcedente; tanquam principio; & de necessitate contra nolitio-

nem cogente. Quare negat, tum genuisse Patrem voluntate, tum genuisse necessitate. Voluntate quidem quia principium Verbi non est voluntas; sed, teste Orosio, sapientia; & Augustino teste, natura, seu substantia Patris. Necessitate verò: quia in Deo summè spontaneo, atque perfecto nulla est coactio.

2 Obiicit primò: In Deo voluntas est naturâ. Ergo, si Pater genuit naturâ, genuit voluntate. Negat consequentiam: quia ea, quæ realiter sunt idem, admittunt distinctionem virtualem, & rationis, qua possunt illis conuenire opposita prædicata; vt voluntas, & scientia sunt realiter idem; tamen de scientia dicitur præscire mala, & non dicitur de voluntate amare mala.

3 Obiicit secundò: Pater non genuit nolens, quia aliàs esset miser. Ergo genuit volens, atque adeò voluntate. Instat argumentum: Pater non est Deus nolens, cùm non sit miser. Ergo volens, atque adeò est Deus voluntate, tanquam principio Deitatis. Deinde respondet: Pater genuit volens, non voluntate antecedenti generationem, tanquam principio generandi, sed voluntate comitanti, quæ non est generationis principium.

4 Vnde reiicit Eunomium Hæreticum, dicentem, Verbum Dei esse Filium voluntatis liberæ Patris, quæ non fuit ab æterno, sed accedens in tempore: tum, quia aliàs Deus esset mutabilis per accedentem voluntatem: tum, quia ait Hieronymus, Verbum semper fuisse cum Patre, & nullam, vt esset, voluntatem Patris præcessisse.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An generatio sit in Deo contingens, an necessaria? De quo hîc S.Thomas *q.1.art.1.* Bonau. *art.1.q.1.*Durand.*q.1.*Greg.*q.2.*Interpretes D.Thomæ, Caiet, Bañez, Zumel, Nazar. Mol. Vazq. Arrubal, & alij *1.p.q.41.art.2.*Item, Suar. *lib.6.cap.3.&* 4.& Ruiz *disp.92.* Valent. *1.p.disp.2.q.15.p.4.*Tanner. *1.p.disp.4.q.2.dub.6.*Aluiz *tract.4.disp.12.sect.2.*Alarcon *1.p.tract.5.disp.6.c.8.* Zuñiga *de Trinit.disp.16.dub.1.* Granad. *1.p.controu.5.tract.13.disp.2.*Vbi, an verbi processio sit ex cognitione contingenti futurorum? De quo Interpretes D.Thomæ *1.p.q.34.art.3.* Ruiz *disp.63.* Valentia *disp.2.q.8.puncto 2.* Zuñiga *disp.9.dub.7.*Suar.*lib.9.cap.7.* Aluiz *d.8.sect.7.*Tannerus *1.p.disp.4.q.4.dub.3.*Alarcon *1.p.tr.5.d.8.c.9.* Granad.*1.p.controu.5.tract.9.d.7.*

Quæst. II. An voluntas, an natura sit immediatum principium Verbi? De quo hîc S. Thomas *q.1. art.2.* Bonau. *art.1. quæst.2.* Durand. *quæst.2.* Scot. *quæst.1.*Gregor.*quæst.1.& 3.* Okam. & Gabriël *q.1.* Alij *apud distinctionem 5.q.4.*

Quæst. III. An aliqua volitio præcedat in Patre ante Verbum? De quo hîc Bonau.*art.3.q.2.*Scot.*q.1.* Okam.& Gabr.*q.1.*Greg.*q.4.*Aureol.*art.2.& 3.*Fab. *disp.34.* Interpretes D.Thomæ *1.p.q.41.art.2.*Suar. *lib.6.de Trinit.c.4.*Ruiz *d.93.& 94.*Zuñiga *disp.16. dub.1.& 2.*Valentia *1.p.disp.2.q.15.p.*.Tannerus *1.p.disp.4.q.2.dub.6.* Alarcon *1.p.tr.5.d.6. c.8.* Gran. *1.p.controu.5.tr.13.d.1.*Aluiz *tr.4.d.12.sect.2.*

Quæst.IV. An Verbum accipiat, tanquam Filius,

naturam potius, quàm Spiritus sanctus, quia non est per voluntatem, sed per intellectum? De quo hic Duran. q. 2. Aureol. art. 1. Alij *apud distinctionem q. 6.*

Quæst. V. An voluntas distinguatur à natura diuina? De quo Interpretes D. Thomæ 1. *p. q.* 19. *art.* 1. Ruiz *de voluntate, d.* 1. *sect.* 3. Herice 1. *p. d.* 12. *c.* 2. & 3. Alarcon 1. *p. tr.* 3. *d.* 1. *c.* 6. Aluiz *tract.* 1. *d.* 2. *sect.* 6. Alij *apud distinctionem secundam, q.* 4.

Quæst. VI. An Deo possit accedere de nouo aliqua volitio libera? De quo Interpretes D. Thom. 1. *p. q.* 19. *art.* 7. Aluiz *tr.* 1. *d.* 7. *sect.* 1. & 2. Her. 1. *p. d.* 10. *cap.* 1. & 2. Alarcon 1. *p. tract.* 3. *d.* 1. *c.* 5.

DISTINCTIO VII.

An Pater potuerit, vel voluerit gignere Filium?

Conclusio est affirmans: nam Pater generat Filium. Ergo potest generare; cùm ab actu ad potentiam bona sit consequentia. Item, Pater generat Filium. Ergo vult generare, cùm Pater velit, quidquid est in se, & agit circa Filium. Vbi nota duo. Alterum, posse istud non esse aliquid; sed ad aliquid; hoc est, non esse absolutum, sed relatiuum. Alterum, posse, & velle istud, non esse ante generationem actualem, sed duratione coniunctum cum illa, cùm Pater ab æterno genuerit Filium.

2 Obiicit primò: Pater non potest, neque vult aliquid, quod non possit, neque velit Filius. Sed Filius non potest, neque vult generare: quia Filius non potest, neque vult generare se ipsum, cùm generatio versetur

versetur inter distincta realiter; neque Patrem, cùm Pater sit ingenitus; neque Spiritum sanctum, cùm Spiritus sanctus non sit natus, & Filius; neque aliam personam; tum, quia non est alia; tum, quia alia persona genita generaret aliam, & alia aliam in infinitum. Ergo Pater non potest, neque vult generare Filium. In primis instat argumentum: Pater potest, & vult esse Pater; & Filius non potest, neque vult esse Pater; cùm Pater, & Filius distinguantur proprietatibus generationis, & natiuitatis. Ergo aliquid potest, & vult Pater, quod non potest, & vult Filius. Deinde, respondet, non posse Patrem, neque velle aliquid absolutum, quod non conueniat Filio: secùs verò aliquid relatiuum: at posse generare, esse relatiuum.

3 Secundò, obiicit Augustinum, qui contra Maximinum Hæreticum, asserentem, Patrem esse potentiorem Filio, quia Pater potest generare, quod non potest Filius, sic ait: *Neque enim non potuit, sed non oportuit.* Ergo potuit Filius generare, licèt non oportuerit. Explicat Augustinum. Aliud est, non posse generare ex impotentia, & limitatione essendi; aliud non posse ex proprietate personali cum infinitate essendi. Voluit igitur Augustinus, non posse Filium generare, non esse ex impotentia, & limitatione essendi, quæ denotat imperfectionem; sed ex proprietate personali, cum qua potest esse infinitas essendi, & in qua infinitate, idem est non oportere, ac non posse, cùm ea infinitas non possit coniungi cum aliqua dedecentia.

4 Tertiò obiicit: Pater naturâ est potens generare. Sed natura conuenit Filio. Ergo etiam posse generare. Respondet: Eadem natura tribuit Patri posse

generare, & Filio posse generari; atque adeò eadem potentia abstrahens ab actiua, & passiua est in Patre, & in Filio, cùm sit eadem natura, quamuis ratione proprietatis personalis vtriusque determinetur natura, vel ad generare, vel ad generari.

5 Obiicit quartò: Eadem potentia est in Patre, & in Filio, Ergo etiam idem posse. Respondet: Eadem est potentia, quoad esse absolutum, non verò quoad esse relatiuum. Item, eadem potentia potest esse in Filio, quæ est in Patre, quamvis in Filio non exerceat generationem actiuam, sed tantùm passiuam ratione proprietatis personalis vtriusque.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An potentia generandi constituatur aliquo absoluto, an etiam relatiuo? De quo hîc S. Thomas, Scot. Okam, Gabr. & Gregor. *quæst.* 1. Durand, *quæst.* 2. & alij *apud dist.* 4. *quæst.* 5.

Quæst. II. An absolutum, quod constituit potentiam generandi, sit immediatè natura, an intellectus, aut voluntas? De quo hîc Okam, & Gabriel, *quæst.* 2. Aureol, *art.* 1. Alij *apud distinct.* 5. *q.* 4.

Quæst. III. An personæ diuinæ constituantur origine, an relatione? De quo relati *apud distinctionem* 2. *quæst.* 13.

Quæst. IV. An aliqua volitio præcedat in Patre generationem Filij? De quo relati *apud distinctionem* 6. *quæst.* 3.

Quæst. V. An Spiritus sanctus sit Filius? De quo hîc S. Thomas *q.* 1. *art.* 2. & alij *apud distinctionem* 4. *quæst.* 6.

Quæst.

Quæst. VI. An generatio actiua sit in Patre distincta realiter à passiua Filij? De quo hic Gregor. *q.*4. Alij *apud dist.*5.*quæst.*7.

DISTINCTIO VIII.

De veritate, & proprietate, de incommutabilitate, & simplicitate essentiæ Dei.

QVia per generationem diuinam, de qua Magister præcedentibus disserit, communicatur essentia; tria nunc de illa exponit: primò, veritatem, & proprietatem essentiæ: secundò, immutabilitatem: tertiò, simplicitatem.

Primò igitur statuit, Deo verissimè, ac propriissimè conuenire essentiam. Nam essentia, teste Augustino, dicitur ab essendo, siue ab eo, quod est. At nulli rei, cum maiori proprietate, ac veritate conuenit esse, quàm Deo. Ergo nulli cum maiori proprietate, ac veritate conuenit essentia. Probatur minor primò: quia Deus dixit de se Moysi: *Ego sum, qui sum.* quasi comparatione Dei creaturæ non sint. Secundò, quia, teste Hieronymo, Deo sic competit semper, ac necessariò esse, vt in eo præteritum, ac futurum non sit.

2 Huic probationi obiicit, sæpè in Scripturis inueniri dictum de Deo, fuisse ab æterno, & futurum esse in æternum. Respondet cum Augustino: Id intelligi debet de fuisse, ac fore extrinseco, non intrinseco, hoc est, per comparationem ad nostra tempora præterita, & futura, per ordinem ad quæ significant

locutiones humanæ; non verò per comparationem ad durationem intrinsecam æternitatis diuinæ, quæ absque motu intrinseco, & successiuo constituit Deum semper præsentem, atque adeò fuisse, & fore Dei non est accipiendum, quasi nunc, & semper non sit.

3 Secundò statuit, solius Dei esse immutabilitatem. Primò, authoritate Augustini. Secundò, quia, cùm Deus semper idem sit, nec aliter vnquam sit quoad esse intrinsecum, quàm anteà erat, propriè mutari non potest. Aliunde creaturæ mutantur loco, tempore, peccato, affectu, cognitione, & aliis accidentibus, quorum mutatio in Deum non cadit.

4 Tertiò statuit, Dei solius esse summam simplicitatem. Primò authoritate Augustini, & Hilarij. Secundò; quia in Deo non est compositiò accidentis, & subiecti; neque materiæ, & formæ; neque partium integralium; neque alicuius perfectionis, seu formæ distinctæ ab habente illam. In creaturis autem, tam corporeis, quàm spiritualibus, aliqua harum compositionum inuenitur, vt inductione illarum probat.

5 Vnde colligit primò, prædicamenta dialectica esse extranea Deo: quia accidentia sub eis comprehensa à Deo aliena sunt, vt facta cum Augustino inductione per omnia ostẽdit. Secundò, Deo non conuenire propriè rationem substantiæ eo genere proprietatis, quo conuenit creaturis: quia non substat accidentibus, quibus substat creatura, à quo substantia dicta est. Tertiò, nihil esse in Deo, quod non sit Deus; neque in eo id, quod habet, ab eo, quod habetur, distingui; aliàs enim excluderetur simplicitas. Quartò, multiplicitatem personarum in Deo apprehendendam

hendendam sine compositione: quia earum distinctio, seu multiplicitas, non est partium componentium vnum tertium, sed proprietatum identificatarum cum tertio.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Quænam sit essentia Dei? De quo hîc S.Th.*q*.1. Okam. & Gab.*q*.5. & alij *apud dist*.2.*q*.4.

Quæst. II. An existentia Dei possit ratione præscindi ab eius essentia? De quo hîc Aureol. *art*.4. Interpretes D.Thomæ, Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Ripa, Gonçales; Molina, Vazquez, Arrubal, Fasolus, & alij 1.*p.q*.3.*art*.4. Item, P.Suar. 1.*p.lib*.1. *de essentia Dei, c*.2. Valent. 1.*p.d*.1.*q*.3.*punct*.4. Granad. 1.*p.tr*.2.*controu*.1.*d*.2. Tann. 1.*d*.2.*q*.1.*dub*.5.

Quæst. III. An essentia, & existentia differant in re creata? De quo hîc Aureol. *art*.1.*&* 2. Durand. *q*.2. Capreol. *q*.1. Interpretes D.Thomæ 1.*p.q*.3. *artic*.4. Caiet. *de ente, & essentia, cap*.4. Suar. 2.*tom. Metaph.d*. 31. Valent. 1.*p.d*.1.*q*.3.*p*.4. Albertinus *tom*.2.*prædic. substantia, d*.2.*q*.1.*&* 2. Fonseca *lib*.4. *Metaph. cap*.2. *quæst*.4. Auersa *tom*.1.*Phys. pag*.219. Hurtado *disp*.8. *sect*.4. *Metaph.* Arriaga *disp*.11.*Metaph.* Molina 1.*p. q*.3.*art*.4.*d*.2. & communiter recentiores apud Physicam, & Metaphysicam.

Quæst. IV. An Deus sit præsens simul in æternitate omnibus futuris? De quo hîc S.Thomas *quæst*.2. & eius Interpretes, Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Gonçalez, Molina, Vazquez, Fasol. & Arrubal 1.*p.q*.14. Item, Nauarretus *controuers*.52. Aluarez *lib*.2. *de auxiliis, d*.8.*&* 9. Suarez *lib*.1. *de scientia, c*.7.*&* 8. Ruiz de

*de ſcientia,diſp.*28. Gillius *lib.*2.*de eſſentia Dei,tract.* 10.*à cap.*15.*vſque ad vltimum,* Herice *d.*6.*cap.*4.Granad.*tract.*4.*de ſcientia,d.*3. Tanner.1.*p.d.*2. *quaſt.*8. *dub.*6. Alarcon.2.*p.tract.*2.*d.*2.*c.*8.Albertinus *tom.*1. *principio* 4.*corol.*2.*quaſt.*2. *à num.*13. Aluiz *tract.*1. *diſput.*6.*ſect.*4. Valentia 1.*p.diſp.*1. *quaſt.*14. *puncto* 5.§.1.

Quæſt.V. An inter attributa, relationes, & eſſentiam Dei detur aliqua diſtinctio rationis, aut ex natura rei? De quo hîc Aureol.*p.*3.Scot.*q.*4.& alij *apud diſtinct.*2.*q.*6.*&* 7.

Quæſt. VI. An detur in Deo compoſitio rationis? De quo hîc Aureol. *p.*4. Interpretes D.Thomæ 1.*p.* *quaſt.*2.*art.*7. Suar. *lib.*1.*de eſſentia Dei, c.*4. *& diſp.* 30.*Metaph.ſect.*4.*à num.*28.Vazquez 1.*p.* *d.*21.*c.*3. Granad.1.*p.tract.*2.*d.*3.Tanner.1.*p.d.*2.*quaſt.*3.*dub.*1. *num.*9. Zuñiga *de Trinitate*, *d.*15. *dub.*3. Faſol.1.*p.* *q.*3.*art.*7.*dub.*4.

Quæſt. VII. An Deus ſit in aliquo genere? De quo hîc Gregorius *q.*3.Bonau.*art.*3.*quaſt.*4. S.Thomas *quaſt.*4.*art.*2.*&* 3.& eius Interpretes, Caietan. Bañez,Zumel,Nazar. Ripa,Gonçalez,Molina,Vazquez,Faſolus,Arrubal 1.*p.quaſt.*3.*art.*5.Valentia 1.*p.* *quaſt.*3. *puncto* 5. Tanner.1. *p.d.*2. *quaſt.*3. *dub.*1. *à num.*9. Granad.1.*p.controu.*1.*tract.*2.*d.*3.*num.*17. P. Suar.1.*p.lib.*1.*cap.*4.*num.*8. *& d.*30. *Metaph.ſect.*4. *num.*28.

Quæſt. VIII. An ſolius Dei ſit non poſſe mutari? De quo hîc S.Thom.*q.*4.Scot.*q.*4.Dur.& Greg. *q.*3.Okam.& Gab.*q.*7.Aureol.*p.*2.*art.*2.Interpretes S.Thomæ, Caiet.Bañez,Zumel,Nazar.Ripa,Gonçal. Molina,Vazquez,Faſol.& Arrubal.1.*p.q.*9.*art.*2.Valent.

lent.1.*p.d.*1.*q.*9.*p.*1.Tannerus 1.*p.disp.*2.*quæst.*5.*dub.* 1.Suarez 1.*p.lib.*2.*cap.*3. *num.*6.

Quæst. IX. An solius Dei sit non posse mutari per peccatum; De quo Caiet.Zumel,Nazar. Bañez, Ripa,Putea.Vazq.Mol.Arrub.Torres, & alij Interpretes D.Thom.1.*p.q.*63.Item, P.Suar.*lib.*3.*de Angelis*, *cap.*7. & *lib.*2. *cap.*3. Valent.1.*p.d.*4.*q.*14. *punct.*1.Sal.*tom.*1.*in* 1.2.*q.*3.*tr.*2. *d.*3. Granad.12. *controu.*2.*tr.*1.*d.*1.*sect.*2. Tanner.1.*p.d.*5.*q.*6.*dub.*3. *à n.*3.Alar.1.*p.tr.*1.*d.*2.*c.*9. & 10. Herice 1.*p.d.*48. *à n.*54. & alij, quos ipsi referunt.

DISTINCTIO IX.

De distinctione trium personarum.

SCopus huius distinctionis est, componere distinctionem personarum per processionem vnius ab alia cum coæternitate ipsarum. Quod tribus propositionibus sibi cohærentibus, comprehendit.

2 Prima est, personas diuinas esse distinctas personalitatibus, & indistinctas Deitate: quia Pater non est Filius; neque Pater, & Filius sunt Spiritus sanctus. Tamen omnes sunt vnus Deus.

3 Secunda est, personas diuinas esse coæternas, quin vna sit prior duratione, quàm alia, quia nulli potest deficere æternitas, cui non deficit Diuinitas, cuius propria est æternitas.

4 Tertia est, non obstare Filio processionem, & natiuitatem à Patre, vt sit coæternus Patri. Quod fusiùs

fuſiùs probat contra Arrium aſſerentem, Patrem fuiſſe duratione priorem Filio. Primò, quia Filius eſt Deus, ſicut Pater. Ergo etiam æternus, ſicut Pater. Secundò, quia Filius eſt ſapientia Patris: Pater autem nullam acquiſiuit tempore ſapientiam. Tertiò, quia aut prima perſona fuit ab æterno Pater, aut in tempore. Si ab æterno fuit Pater, etiam ab æterno fuit Filius, cùm Pater non poſſit eſſe abſque Filio. Si in tempore. Ergo Pater ſubiit in tempore aliquam mutationem intrinſecam, cùm Patri non ſit extrinſecum, ſed intrinſecum, eſſe Patrem. Quartò, quia producens, & productum poſſunt eſſe coæva, hoc eſt, eiuſdem durationis ſimultaneæ: nam Sol non eſt anterior luce, neque ignis ſplendore. Ergo perſona generans, & genita poſſunt eſſe in eadem duratione coæternæ. Quas probationes depromit Magiſter ex Auguſtino, Ambroſio, & Hieronymo.

5 Sed obiiciunt Arriani primò: Filius, qui naſcitur, principium habet. Ergo inceptionem ſupponentem tempus anterius? Reſpondet: Filius non habet principium inceptionis, ſed natiuitatis ſolius: quia ipſum naſci ſine inceptione eſt ſimul cum principio, vt quarta probatione præmiſimus.

6 Obiiciunt ſecundò. Filius fuit natus, vt eſſet. Ergo præceſſit non eſſe, à quo transferretur ad eſſe. Reſpondet. Filius diuinus natus eſt à principio neceſſario, & ſempiterno, & vt eſſet ſimul cum illo, atque adeò neceſſariò, & ſempiternè fuit. Quo differt à Filio creato, qui naſcitur à principio, quod non eſt neceſſariò, ac ſempiternè Pater, neque vt ſit ſemper cum illo.

7 At quærit primò, an hæc coæternitas Filij cum

Patre

Patre possit plenè, & euidenter ostendi? Negat cum Ambrosio: quia, sicut non potest generatio Filij plenè, & euidenter ostendi ratione naturali, ita nec eius coæternitas cum Patre.

8 Quærit secundò, an rectius dicatur Filius semper nasci, an semper natus? Gregorius ait, veriùs dici, Filium semper natum: Origenes, & Hilarius, semper nasci. Hos Patres sic componit. Dicitur Filius semper natus, vt ostendatur eius æternitas sine initio; semper nasci, vt ostendatur eius æternitas sine fine. At prior locutio vtenda est: tum, quia magis discedit ab Hæreticis Arrianis: tum, quia positiuè excludit natiuitatem imperfectam, & significat positiuè Filium perfectè, & omninò natum.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An sint tres æternitates, seu durationes æternæ in personis? De quo hîc Duran. *q.* 3. Aureol. *p.* 2. *art.* 3. Interpretes D. Thom. 1. *p. q.* 28. *art.* 4. Suar. *lib.* 3. *de Trinit. cap.* 11. Ruiz *de Trinit. d.* 28. Zuñig. *d.* 5. *dub.* 11. Granad. *tract.* 5. *d.* 1. *sect.* 4. Aluiz *tr.* 4. *d.* 10. *sect.* 5.

Quæst. II. An Filius coëxistat simul in æternitate omnibus futuris? De quo hîc Durand. *quæst.* 4. Aureol. *part.* 2. *articul.* 4. & alij *apud distinctionem* 8. *quæst.* 4.

Quæst. III. An generatio actiua sit aliquid intrinsecum Patri, distinctum realiter à passiua, ratione cuius mutaretur Pater intrinsecè, si esset temporalis? De quo *distinct.* 5. *q.* 7.

Quæst. IV. An personæ distinguantur personalitatibus,

tatibus, relationibus, aut originibus? De quo *diſt*.21. *quæſt*.13.

Quæſt. V. An poſſit euidenter demonſtrari proceſſio perſonarum? De quo hîc Aureol.*part*.1.*art*.4. & alij *diſt*.2.*q*.2.

Quæſt. VI. An Pater ſit prior natura, aut origine, quàm Filius? De quo hîc Aureolus *art*.3. & Baſol. *quæſt.vnica.* Interpretes D.Thomæ 1.*part*.*q*.33.*art*.1. Zuñiga *de Trinit.diſp*.2.*dub*.10.Ruiz *diſp*.49. Alniz *d*.3.*ſect*.3. Alarcon 1.*p*.*tr*.5.*d*.6.*c*.7. Valent. .*p*.*d*.2. *q*.17.*puncto* 4.Suar.*lib*.4.*cap*.15.Tanner.*d*.4.*quæſt*.1. *dub*.8.*num*.8.

DISTINCTIO X.

Quod Spiritus ſanctus ſit amor Patris, & Filij?

POſtquam egit de Patre & Filio, aggreditur agere de Spiritu ſancto, incipiens à nomine, quo nuncupatur, *amor*. Prima concluſio: Spiritus ſanctus propriè dicitur amor, atque adeò eſt in Deo amor notionalis, & perſonalis, tertiæ perſonæ proprius. Primò, quia ab Auguſtino Spiritus ſanctus dicitur charitas, quòd ab amore mutuo Patris, & Filij procedat. Secundò, quia à Ioanne dicitur eſſe dilectio in Deo, qui ſit Deus ex Deo. At hæc dilectio, quæ eſt Deus ex Deo, non ſignificatur eſſe Pater, cùm Pater non ſit ex Deo; neque Filius, cùm mox addat Ioannes: *Quia de ſuo Spiritu dedit nobis*. Ergo hæc dilectio eſt Spiritus ſanctus. Neque obſtat, quòd à Ioanne Deus abſolutè

ſumptus

sumptus dicatur, *charitas*: nam etiam sapientia est absoluta, & communis; tamen notionaliter dicitur, & appropriatur Verbo; sicut alia nomina pluribus communia appropriantur particularibus, vt legis nomine interdum significantur omnia præcepta diuina, interdum sola lex Moysis.

2 Secunda conclusio: Spiritus sanctus est amor substantialis, quo Pater æternus, & Filius diuinus inuicem se diligunt. Nam Hieronymus, & Augustinus eum vocant amorem amborum; aliunde est amor eiusdem substantiæ, atque æqualitatis cum Patre, & Filio. Vndè rectè etiam Spiritus sanctus dicitur, *vnio*, *charitas*, & fortè etiam *amicitia* vtriusque. Quæ voces in solum amorem cadunt. Item propterea vox, *Spiritus sanctus*, quoad rem significatam communis tribus personis adaptatur tertiæ personæ: quia, asserente Augustino, amor communis congruè vsurpat sibi vocem communem.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Spiritus sanctus procedat: vt amor? De quo hîc S. Thomas *art.* 1. & eius Interpretes, Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Molina, Vazq. Arrubal, Bartholom. & Ludouicus de Torres 1. *p. q.* 37. *art.* 1. Item, Suar. *lib.* 11. *de Trin. c.* 1. Ruiz *d.* 78. Granad. *tr.* 10. *d.* 8. Zuñiga *d.* 12. *dub.* 1. Tann. *d.* 4. *q.* 4. *dub.* 4. *n.* 5. Val. 1. *p. d.* 2. *q.* 11. *pun.* 1. Alarcon 1. *p. tr.* 5. *d.* 9. *c.* 6.

Quæst. II. An Spiritus sanctus procedat ex amore Patris, & Filij, & totius Trinitatis? De quo Interpretes D. Thomæ *vbi suprà.* Item, Suar. *lib.* 11. *de Trinit. cap.* 2. *&* 3. Ruiz *disp.* 61. Granad. *tract.* 10. *disp.* 9.

Zuñiga *disp.* 12.*dub.* 2. P.Tanner. *disp.* 4.*q.* 4.*dub.* 3. Alarcon 1.*p. tr.* 5.*d.* 8.*cap.* 7.*&* 8.Aluiz *tr.* 4.*d.* 8.*sect.* 4.*&* 5.Albertinus *tom.* 2.*prædic.relat.corol.* 14.*dubit.* 1. Valent. 1.*p.d.* 2.*q.* 8.*puncto* 2.

Quæst. III. An Spiritus sanctus sit amor, quo Pater, & Filius se mutuò diligunt, ita vt ab Spiritu sancto constituantur diligentes? De quo hîc S. Thomas *art.* 2. Aureol.*part.* 1.*art.* 2. Interpretes D.Thomæ, Caiet.Bañez, Zumel, Nazar. Torres, Molina, Vazq.& Arrubal 1.*p.quæst.* 37.*art.* 2. Item Suar. *lib.* 11. *de Trin.* Valent. *d.* 2. *q.* 11. *punct.* 2. Ruiz *d.* 74. Gran. *tr.* 10.*d.* 10.Tanner. *d.* 4.*q.* 4.*dub.* 8.Aluiz *tr.* 4. *d.* 9.*sect.* 7.

Quæst. IV. An processio Spiritus sancti ex amore Patris,& Filij sit libera? De quo hîc Scotus,& Greg. *q.* 1.Gabr.& Okam. *quæst.* 2. Aureol.*art.* 5. & Faber fusè *disp.* 37. Item,Interpretes D.Thomæ *quæst.* 1.relati *in* 1.*p.quæst.* 41.*art.* 2.Suarez *lib.* 6. *de Trinit.c.* 4. & Ruiz *disp.* 92.Alij *distinct.* 6.*quæst.* 1.

Quæst. V. An Spiritus sanctus procedat vt amor creaturarum possibilium, & existentium, ex amore ipsarum? De quo Interpretes D.Thom.1.*p.q.* 37.*art.* 3. Item,Suar.*lib.* 11.*de Trin.cap.* 2.Zuñiga *disp.* 9.*dub.* 7. *memb.* 4.*&* *d.* 12.*dub.* 3.Gran.*tr.* 10.*disp.* 9.Ruiz *d.* 13. *sect.* 5.*&* *d.* 73.*sect.* 2.*n.* 8.Item,relati *q.* 2.

Quæst.VI. An Spiritus sanctus procedat immediatè per voluntatem, an immediatè per naturam diuinam? De quo hîc Gabr.Okam.Scot.& Greg.*q.* 1.& alij *distinct.* 5.*q.* 4.*&* *distinct.* 6.*q.* 2.

Quæst. VII. An principium Spiritus sancti sit sola voluntas absque aliquo relatiuo? De quo *disp.* 2. *q.* 13.

Quæst.

Quæst. VIII. An Spiritus sanctus non sit Filius, quòd procedat, vt amor? De quo *dist. 4. q. 6.*

Quæst. IX. An tantùm sint tres personæ in diuinis; De quo hîc S. Thomas *art. 5.* Dur. *q. 2.* & alij *dist. 2. q. 8.*

DISTINCTIO XI.

Quod Spiritus sanctus procedit à Patre, & Filio.

ID probat, quia sacra Eloquia Spiritum sanctum interdum significant esse Spiritum Patris, interdum Spiritum Filij, interdum missum à Patre, interdum missum à Filio. At Spiritus sanctus procedit ab eo, cuius est Spiritus, & à quo est missus. Ergo non solùm procedit à Patre, sed etiam à Filio.

2 Huic doctrinæ refragantur Græci negantes procedere Spiritum sanctum à Filio. Primò, quia in Euangelio dicitur: *Spiritus qui à Patre procedit*, nulla facta mentione Filij. Secundò, quia in symbolo Nicæni Concilij Spiritus sanctus proponitur *procedens ex Patre, & cum Patre, & Filio coadorandus*; & in fine subiungitur anathema in eos, qui *aliud docuerint.*

3 Respondet: In Euangelio, & in Symbolo Nicæno, cùm dicitur Spiritus sanctus procedere à Patre, non negatur procedere etiam à Filio; atque adeò Latini addentes in symbolo à Patre, Filióque procedere, non docent oppositum Euangelio, aut Symbolo Nicæno. Neque Concilium anathematizat eos, qui explicant, aut addunt doctrinam Catholicam? sed eos, qui contrarium quidpiam docent: quod intelligitur

per *aliud docere.* Idque confirmat Magister authoritate Græcorum Patrum, Athanasij, Didymi, Cyrilli, & Chrysostomi, qui huic veritati assentiuntur.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Spiritus sanctus procedat à Patre, & Filio? De quo hîc S.Th.Scot. Dur. Okam. & Gab. *q.* 1.Bonau.& Aureol.*art.*1.Interpretes D.Thom.Caiet.Bañez, Zumel.Nazar.Mol.Vasq.Arrubal, & Aluiz *in* 1.*p.quæst.* 36.*art.*2.Item, Suarez *lib.*10.*de Trin.cap.* 1. Valent. *quæst.*10.*punct.*2. Zuñiga *disp.*11. *dub.*2. Granad.*tract.*10.*d.*2.Ruiz *d.*67.Tannerus 1.*p.d.*4.*q.* 4.*dub.*5.Alarcón 1.*p.tr.*5.*d.*9.*cap.*1.Albertinus *tom.* 2.*prædic.relat.corol.*15.*dub.*1.

Quæst. II. An Spiritus sanctus procedat à Patre, & Filio, in quantum suppositis distinctis? De quo hic S.Thomas *q.*1.*art.*2. Bonauent. *q.*2. *art.*1. Durand. *q.*3. Gregor. *quæst.*2. Faber *disp.*41.*c.*2.*&* 3. Interpretes D.Thomæ proximè relati *in* 1.*p.quæst.*36.*art.* 4. Item, Suarez *lib.*10.*de Trinit.cap.*6. Ruiz *disp.*71. Zuñiga *disp.*11.*dub.*4.Granad.*tract.*10.*disp.*4.Tannerus 1.*p.disp.*4.*quæst.*4.*dub.*7.Albertinus *tom.*2.*prædic. relat.corol.*15.*dub.*1. Alarcon 1.*p. tract.*5.*disp.*9.*c.*4. Aluiz *tract.*4.*disp.*9.*sect.*4.

Quæst. III. An Pater, & Filius sint vnus Spirator, vnumque principium Spiritus sancti? De quo hîc S.Thomas *quæst.*1. *art.*3. Faber cum Scoto *disp.*41. *cap.*4. Interpretes D.Thomæ *quæst.*1. relati *in* 1.*p.q.* 36.*art.*4. Item Suar. *lib.*10.*de Trinit. cap.*5. Valent. *quæst.*10.*punct.*5.Ruiz *disp.*70.Zuñiga *disp.*11.*dub.*6. Granad.*tr.*10.*d.*5. Tanner. 1.*p.d.*4.*q.*4.*dub.*7. Alarcon

con.1.*pract.*5.*d.*9.*cap.*4. Aluiz *tract.*4.*d.*9.*sect.*5.

Quæst. IV. An si Spiritus sanctus non procederet à Filio, distingueretur ab illo? De quo hîc Scot. Durand. Okam. & Gabr. *quæst.*2. Greg. *q.*1. Aureol. *art.*2. Fab. *disp.*38. Interpretes relati *in* 1.*p.D.Thomæ quæst.*36.*art.*2. Item, Suar. *lib.*10.*de Trin.cap.*2. Ruiz *disp.*68. Valent. *q.*10.*punct.*3. Zuñiga *d.*11.*dub.*3. Gran. *tr.*10.*d.*7. Tan. 1.*p.d.*4.*q.*4.*dub.*6. Albertinus *tom.*2. *prædic. relat. corol.*15. *dub.*2. Alarcon 1.*p.tr.*5.*d.*9. *cap.*3. Aluiz *tr.*4.*d.*9.*sect.*6.

Quæst. V. An spiratio actiua sit intrinseca Patri & Filio, distincta realiter à passiua? De quo hîc Aureol. *art.*3. Alij *apud dist.*5.*q.*7.

DISTINCTIO. XII.

Vtrum Spiritus sanctus priùs, vel pleniùs procedat à Patre, quàm à Filio?

DVas proponit quæstiones. Prima est, an Spiritus sanctus priùs, scilicet, duratione, procedat à Patre, quàm à Filio. Secunda, an pleniùs, hoc est, potiùs, aut magis per se, & principaliùs procedat à Patre, quàm à Filio. In vtraque negat.

2 Prima ergo conclusio est: Non procedit priùs à Patre, quàm à Filio. Nam, vt habet Augustinus, processio Spiritus sancti est æterna, sicut Filij. Inter æterna autem non est vnum prius duratione, quàm aliud. Quo satisfacit Hæreticis inquirentibus, an Spiritus sanctus processerit à Patre, ante, aut post genitum Fi-

lium, Quia duratione, neque ante, neque poſt natum Filum; ſed ſimul cum illo, & ab illo proceſſit, ſicut Filius proceſſit à Patre coæternus, & ſimultaneus duratione cum illo.

3 Secunda concluſio: Non procedit pleniùs, aut magis à Patre, quàm à Filio. Quia, ſicut eſt æqualis æternitas; ita eſt æqualis perſeitas, & neceſſitas vtriuſque ad proceſſionem Spiritus ſancti.

4 Objicit primò: quia Auguſtinus ait, Spiritum ſanctum procedere à Patre *principaliter*. Secundò Hieronymus, procedere à Patre *propriè*. Tertiò Hilarius, mitti à Patre per Filium. Reſpondet: His locutionibus ſignificant Patres diſcrimen, quo Pater, & Filius habent virtutem producendi Spiritum ſanctum; nimirum, Patrem habere illam à ſe ipſo, quin acceptam ab alio; Filium verò habere illam acceptam à Patre: quid quid enim eſt in Filio, eſt acceptum per generationem à Patre. Cæterum, virtus accepta in Filio æqualiter eſt requiſita per ſe ad productionem Spiritus ſancti, ac virtus non accepta in Patre.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An generatio Filij præcedat aliquo modo proceſſionem Spiritus ſancti? De quo hîc D. Thomas *q.* 1. *art.* 1. Durand. *q.* 1. Bonauent. *art.* 1. *q.* 1. *&* 4. Interpretes D. Thomæ *q.* 36. *art.* 3. Ruiz *de Trinit. d.* 79. *&* *d.* 106. Zuñiga *d.* 11. *dub.* 5. Alij *apud diſt.* 9. *q.* 6.

Quæſt. II. An ſint tres æternitates, ſeu durationes æternæ in diuinis perſonis? De quo *diſtinct.* 9. *quæſt.* 1.

Quæſt. III. An principaliùs, aut perfectiùs procedat

cedat à Patre, quàm à Filio? De quo hîc S.Thomas *quæst*.1.*art*.2. Durand.*q*.2.Bonauent.*art*.11.*q*.2. Interpretes D.Thomæ 1.*p*.*quæst*.36.*art*.3.Item Granad. *tract*.10.*d*.3.Ruiz *d*.69. Suarez *de Trinitate*, *lib*.10. *c*.3.*n*.8.Alarcon 1.*p*.*tract*.5.*d*.9.*cap*.2.Zuñiga *de Trinitate*,*d*.11.*dub*.5.

Quæst.IV.An procedat à Patre per Filium?De quo hîc S. Thom. *q*.1.*art*.3. Bonauent. *art*.1. *q*.3. Durand.*q*.3.Interpretes D.Thom. Caiet.Bañez,Zumel, Nazar. Molina,Vazquez,Arrubal, & alij 1.*p*. *q*.36. *art*.3.Valent.*de Trinitate*,*q*.10.*puncto* 4.Granad.*tr*.10. *d*.3.Tanner 1.*p*.*disp*.4.*quæst*.4. *dub*.5. Alarcon 1.*p*.*tr*. 5.*d*.9.*cap*.2.Aluiz *tract*.4.*d*.9.*sect*.2.Suarez *de Trinitate*,*lib*.10.*c*.2.

Quæst.V.An procedat à Patre,& Filio,vt à suppositis distinctis? De quo hîc Scot.*q*.2.Occam.& Gab. *q*.2.Aureolus *art*.3.Alij *apud dist*.11.*q*.2.

Quæst.VI. An Pater,& Filius sint vnus Spirator, vnúmque principium Spiritus sancti? De quo hîc Occam.& Gabriel *q*.1.Aureol.*art*.4.Alij *apud dist*.11. *quæst*.3.

DISTINCTIO XIII.

Quare Spiritus sanctus, cùm sit de substantia Patris,non dicatur genitus, vel Filius; sed tantùm procedens?

TRia quærit. Primò, cur Spiritus sanctus non sit Filius, & genitus? Secundò, cur dicatur proce-

dens potiùs, quàm Filius. Tertiò, an dicendus sit ingenitus?

2 Prima conclusio: Spiritus sanctus, quamuis sit de substantia Patris, non est genitus, nec Filius Patris. Nam, si esset Filius Patris, etiam esset Filius Filij, cùm à Filio quoque procedat. Atqui Filius Filij dici non potest: nam nullus est Filius duorum patrum; sed duorum, quorum alter sit pater, & altera mater. Ergo Spiritus sanctus non est Filius Patris. Sic Augustinus.

3 Secunda conclusio: Dicitur procedere: quoniam, licèt Filius, etiam Ioann. 16. dicatur procedere ex Patre; tamen, quia procedit natus, & Filius, quod non habet Spiritus sanctus, vt significetur hoc discrimen, Spiritus sanctus dicitur procedens, & Filius dicitur genitus, & natus. Addit tamen, hoc discrimen, quoad rem, & plenam notitiam, esse penitus inscrutabile, & inexplicabile.

4 Tertia conclusio: *Ingenitus* bifariam potest accipi. Primo, prout importat negationem omnis processionis. Secundò, prout importat negationem solius generationis. In prima significatione non dicitur Spiritus sanctus ingenitus, sed solus Pater; & ea ratione negatur à D. Augustino Spiritus sanctus ingenitus. In secunda potest admitti ingenitus: & sic vsurpatur à D. Hieronymo.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An sit in Deo processio? De quo hîc S. Thomas, Bonau. & Dur. q. 1. Alij *apud dist.* 4. q. 1.

Quæst. II. An processio in Deo sit tantùm vna?

De

De quo hîc S.Thom.*q.1.art.2.* Alij *dist.2.q.8.*

Quæst. III. An processio Spiritus sancti sit generatio? De quo hîc S. Thomas *art.3.* Scot. Greg. Okam.& Gabr.*q.1.*Dur.& Bonau.*q.2.* Aureol.*art.1.* Fab. *dist.4.* Alij *dist.4.q.6.*

Quæst. IV. An Spiritus sanctus sit ingenitus? De quo hîc Bonau.*art.1.q.4.*Dur.*q.3.*Fab.*d.49.c.1.* Interpretes D.Th.Caiet. Bañez, Zum.Naz.Mol.Vazq. Arr.Aluiz,& alij *in 1.p.q.33.art.4.* Item, Suar.*lib.8. de Trin.c.2.*Val.*q.6.punct.4.*Ruiz *d.52.& 53.*Zuñiga *d.8.dub.2.* Gran. *tr.8.d.4.* Tann.*1.p.d.4.q.4.1. à n.8.* Alarcon *1.p.tr.5.d.5.c.7.* Aluiz *1.p.tr.4.d.7.* Albert. *tom.2. prædic.relat.corol.13.dub.1.*

Quæst. V. An generatio,& spiratio actiua realiter aut ex natura rei distinguantur? De quo hîc Aureol. *art.3.*Scot.*q.1.*Dur.*q.2.*Fab.*d.39.*Alij *dist.2.q.7.*

Quæst. VI. An processio, & generatio in diuinis possint ratione naturali ostendi? De quo *dist.2.q.2.*

DISTINCTIO XIV.

Quod gemina est processio Spiritus sancti.

DVplicem hîc difficultatem explicat. Primam, an præter processionem æternam Spiritus sancti, quam ex præcedentibus supponit, detur processio temporalis? Secundam, an processio temporalis non solùm sit à Patre, sed etiam à Filio, sicut æterna.

2 Prima conclusio: Præter processionem æter-

nam Spiritus sancti, concedenda est temporalis. Quod probat: quia Spiritus sanctus donatur, & mittitur temporaliter iustis. Ergo temporaliter procedit. Antecedens constat ex nouo Testamento, vbi duplex donatio visibilis Spiritus sancti expressa est, altera tempore Resurrectionis, cùm insufflans in Discipulos Christus dixit: *Accipite Spiritum sanctum*, altera post Resurrectionem, cùm die Pentecostes super Discipulos venit. Consequentia probatur: quia donatio & missio Spiritus sancti est quædam processio. Ergo donatio, & missio temporalis, est processio temporalis. Hic discursus est Augustini, & Bedæ.

3 Secunda conclusio: Etiam processio temporalis Spiritus sancti est à Filio. Probatur authoritate Augustini dicentis, Spiritum sanctum ad sanctificandas animas non solùm procedere, & mitti à Patre; sed etiam à Filio. Processio autem, & missio Spiritus sancti ad sanctificandas animas temporalis Est. Ergo processio temporalis est etiam à Filio. Secundò, quia, si donatio, & missio est temporalis processio. Ergo Spiritus sanctus procedit temporaliter ab eo, à quo mittitur, & donatur. At Spiritus sanctus donatus, & missus fuit Apostolis à Filio, vt exprimit sacer Textus. Ergo processit temporaliter, non solùm à Patre, sed etiam à Filio.

4 Si autem respondeas cum aliquibus, Spiritum sanctum non donari quoad suam personam, & substantiam; sed tantùm quoad donum creatum gratiæ sanctificantis; atque ita non esse duplicem processionem personalem Spiritus sancti à Filio: impugnat primò: quia, docente Augustino, ipse Spiritus sanctus datur iustis. Gratia autem creata nõ est ipse Spiritus sanctus.

Secundò,

Secundò, quia, docente Ambrosio, vnus & idem Spiritus datur omnibus Apostolis, Prophetis, & iustis. At omnibus non datur vna, & eadem gratia creata. Tertiò, quia, etiam docente Augustino, cum, secundùm Apostolum, charitas diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, datur nobis donũ æquale Deo. At donum creatum gratiæ non est æquale Deo.

5 Ex dictis colligit primò, à nulla creatura, quantumuis sanctissima, donari Spiritum sanctum. Nam Spiritus sanctus procedit ab eo, à quo donatur. At à nulla creatura procedit. Ergo à nulla donatur. Colligit secundó, nec donari posse: quia, sicut Spiritus sanctus non procedit actu à creatura; ita nec procedere potest. Quare docuit Augustinus, Christum effudisse Spiritum sanctum, quia Deus est.

6 Sed obiicit Apostolum de se dicentem, tribuisse Galatis Spiritum sanctum. Respondet: Id dixit Apostolus, tanquàm minister Christi, non tanquàm author, & principalis donator, & missor.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An processio Spiritus sancti sit temporalis? De quo hîc S.Th. Dur. Okam. & Gab. *q*.1. Aureol. *art*.1. Interpretes multoties relati *in* 1.*p*. D.Th. *q*.43.*art*.2. Item, P.Suar. *lib*.12.*de Trin*.*c*.4.*&* 6. Ruiz *d*.108.*à sect*.7. Gran. *tr*.15.*d*.1. Zuñiga *d*.18.*dub*.2. Valent. 1.*p*.*d*.2.*q*.17.*p*.5, Alarcon. 1.*p*.*tr*.5.*d*.9.*c*.8. Tanner. 1.*p*.*d*.4.*q*.4.*dub*.9.

Quæst. II. An aliqua ratione processio temporalis distinguatur ab æterna? De quo hîc S.Th. *q*.1. Aur. *ar*.2, Dur. *q*.2. Okam. & Gab. *q*.1. Interpretes D.Thomæ

tatibus, relationibus, aut originibus? De quo *diſt.* 21. *quæſt.* 13.

Quæſt. V. An poſſit euidenter demonſtrari proceſſio perſonarum? De quo hîc Aureol. *part.* 1. *art.* 4. & alij *diſt.* 2. *q.* 2.

Quæſt. VI. An Pater ſit prior natura, aut origine, quàm Filius? De quo hîc Aureolus *art.* 3. & Baſol. *quæſt. vnica.* Interpretes D. Thomæ 1. *part. q.* 33. *art.* 1. Zuñiga *de Trinit. diſp.* 2. *dub.* 10. Ruiz *diſp.* 49. Aluiz *d.* 3. *ſect.* 3. Alarcon 1. *p. tr.* 5. *d.* 6. *c.* 7. Valent. *p. d.* 2. *q.* 17. *puncto* 4. Suar. *lib.* 4. *cap.* 15. Tanner. *d.* 4. *quæſt.* 1. *dub.* 8. *num.* 8.

DISTINCTIO X.

Quod Spiritus ſanctus ſit amor Patris, & Filij?

POſtquam egit de Patre & Filio, aggreditur agere de Spiritu ſancto, incipiens à nomine, quo nuncupatur, *amor.* Prima concluſio: Spiritus ſanctus propriè dicitur amor, atque adeò eſt in Deo amor notionalis, & perſonalis, tertiæ perſonæ proprius. Primò, quia ab Auguſtino Spiritus ſanctus dicitur charitas, quòd ab amore mutuo Patris, & Filij procedat. Secundò, quia à Ioanne dicitur eſſe dilectio in Deo, qui ſit Deus ex Deo. At hæc dilectio, quæ eſt Deus ex Deo, non ſignificatur eſſe Pater, cùm Pater non ſit ex Deo; neque Filius, cùm mox addat Ioannes: *Quia de ſuo Spiritu dedit nobis.* Ergo hæc dilectio eſt Spiritus ſanctus. Neque obſtat, quòd à Ioanne Deus abſolutè

ſumptus

sumptus dicatur, *charitas*: nam etiam sapientia est absoluta, & communis; tamen notionaliter dicitur, & appropriatur Verbo; sicut alia nomina pluribus communia appropriantur particularibus, vt legis nomine interdum significantur omnia præcepta diuina, interdum sola lex Moysis.

2 Secunda conclusio: Spiritus sanctus est amor substantialis, quo Pater æternus, & Filius diuinus inuicem se diligunt. Nam Hieronymus, & Augustinus eum vocant amorem amborum; aliunde est amor eiusdem substantiæ, atque æqualitatis cum Patre, & Filio. Vndè rectè etiam Spiritus sanctus dicitur, *vnio*, *charitas*, & fortè etiam *amicitia* vtriusque. Quæ voces in solum amorem cadunt. Item propterea vox, *Spiritus sanctus*, quoad rem significatam communis tribus personis adaptatur tertiæ personæ: quia, asserente Augustino, amor communis congruè vsurpat sibi vocem communem.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Spiritus sanctus procedat: vt amor? De quo hîc S. Thomas *art.* 1. & eius Interpretes, Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Molina, Vazq. Arrubal, Bartholom. & Ludouicus de Torres 1. *p.q.* 37. *art.* 1. Item, Suar. *lib.* 11. *de Trin.c.* 1. Ruiz *d.* 78. Granad. *tr.* 10. *d.* 8. Zuñiga *d.* 12. *dub.* 1. Tann. *d.* 4. *q.* 4. *dub.* 4. *n.* 5. Val. 1. *p.d.* 2. *q.* 11. *pun.* 1. Alarcon 1. *p.tr.* 5. *d.* 9. *c.* 6.

Quæst. II. An Spiritus sanctus procedat ex amore Patris, & Filij, & totius Trinitatis? De quo Interpretes D. Thomæ *vbi suprà*. Item, Suar. *lib.* 11. *de Trinit. cap.* 2. & 3. Ruiz *disp.* 61. Granad. *tract.* 10. *disp.* 9.

Zuñiga *diſp.*12.*dub.*2. P.Tanner. *diſp.*4.*q.*4.*dub.*3. Alarcon 1.*p. tr.*5.*d.*8.*cap.*7.*&* 8.Aluiz *tr.*4.*d.*8.*ſect.* 4.*&* 5. Albertinus *tom.* 2.*prædic.relat.corol.*14.*dubit.*1. Valent.1.*p.d.*2.*q.*8.*puncto* 2.

Quæſt. III. An Spiritus ſanctus ſit amor, quo Pater, & Filius ſe mutuò diligunt, itavt ab Spiritu ſancto conſtituantur diligentes? De quo hîc S. Thomas *art.*2. Aureol.*part.*1.*art.*2. Interpretes D.Thomæ, Caiet.Bañez, Zumel, Nazar. Torres, Molina, Vazq.& Arrubal 1.*p.quæſt.*37.*art.*2. Item Suar. *lib.* 11. *de Trin.* Valent. *d.*2. *q.*11. *punct.*2. Ruiz *d.*74. Gran. *tr.*10.*d.*10.Tanner. *d.*4.*q.*4.*dub.*8.Aluiz *tr.*4. *d.*9.*ſect.*7.

Quæſt. IV. An proceſſio Spiritus ſancti ex amore Patris,& Filij ſit libera? De quo hîc Scotus,& Greg. *q.*1.Gabr.& Okam. *quæſt.*2. Aureol. *art.*5. & Faber fusè *diſp.*37. Item,Interpretes D.Thomæ *quæſt.*1.relati *in* 1.*p.quæſt.*41.*art.*2.Suarez *lib.*6. *de Trinit.c.*4. & Ruiz *diſp.*92.Alij *diſtinct.*6.*quæſt.*1.

Quæſt. V. An Spiritus ſanctus procedat vt amor creaturarum poſſibilium, & exiſtentium, ex amore ipſarum? De quo Interpretes D.Thom.1.*p.q.*37.*art.*1. Item,Suar.*lib.*11.*de Trin.cap.*2.Zuñiga *diſp.*9.*dub.*7. *memb.*4.*&* *d.*12.*dub.*3.Gran.*tr.*10.*diſp.*9.Ruiz *d.*13. *ſect.*5.*&* *d.*73.*ſect.*2.*n.*8.Item,relati *q.*2.

Quæſt.VI. An Spiritus ſanctus procedat immediatè per voluntatem, an immediatè per naturam diuinam? De quo hîc Gabr.Okam.Scot.& Greg.*q.*1.& alij *diſtinct.*5.*q.*4.*&* *diſtinct.*6.*q.*2.

Quæſt. VII. An principium Spiritus ſancti ſit ſola voluntas abſque aliquo relatiuo? De quo *diſp.*2. *q.*13.

Quæſt.

Quæst. VIII. An Spiritus sanctus non sit Filius, quòd procedat, vt amor? De quo *dist. 4. q. 6.*

Quæst. IX. An tantùm sint tres personæ in diuinis; De quo hîc S. Thomas *art. 5.* Dur. *q. 2.* & alij *dist. 2. q. 8.*

DISTINCTIO XI.

Quod Spiritus sanctus procedit à Patre, & Filio.

ID probat, quia sacra Eloquia Spiritum sanctum interdum significant esse Spiritum Patris, interdum Spiritum Filij, interdum missum à Patre, interdum missum à Filio. At Spiritus sanctus procedit ab eo, cuius est Spiritus, & à quo est missus. Ergo non solùm procedit à Patre, sed etiam à Filio.

2 Huic doctrinæ refragantur Græci negantes procedere Spiritum sanctum à Filio. Primò, quia in Euangelio dicitur: *Spiritus qui à Patre procedit*, nulla facta mentione Filij. Secundò, quia in symbolo Nicæni Concilij Spiritus sanctus proponitur *procedens ex Patre, & cum Patre, & Filio coadorandus*; & in fine subiungitur anathema in eos, qui *aliud docuerint.*

3 Respondet: In Euangelio, & in Symbolo Nicæno, cùm dicitur Spiritus sanctus procedere à Patre, non negatur procedere etiam à Filio; atque adeò Latini addentes in symbolo à Patre, Filióque procedere, non docent oppositum Euangelio, aut Symbolo Nicæno. Neque Concilium anathematizat eos, qui explicant, aut addunt doctrinam Catholicam: sed eos, qui contrarium quidpiam docent: quod intelligitur

per *aliud docere*. Idque confirmat Magiſter authoritate Græcorum Patrum, Athanaſij, Didymi, Cyrilli, & Chryſoſtomi, qui huic veritati aſſentiuntur.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An Spiritus ſanctus procedat à Patre, & Filio? De quo hîc S.Th.Scot. Dur. Okam. & Gab. *q.*1.Bonau.& Aureol.*art.*1.Interpretes D.Thom.Caiet.Bañez,Zumel.Nazar.Mol.Vaſq.Arrubal,& Aluiz *in* 1.*p.quæſt.*36.*art.*2.Item, Suarez *lib.*10.*de Trin.cap.*1. Valent. *quæſt.*10.*punct.*2. Zuñiga *diſp.*11. *dub.*2. Granad.*tract.*10.*d.*2.Ruiz *d.*67.Tannerus 1.*p.d.*4.*q.*4.*dub.*5.Alarcon 1.*p.tr.*5.*d.*9.*cap.*1.Albertinus *tom.*2.*prædic.relat.corol.*15.*dub.*1.

Quæſt. II. An Spiritus ſanctus procedat à Patre, & Filio, in quantum ſuppoſitis diſtinctis? De quo hic S.Thomas *q.*1.*art.*2. Bonauent. *q.*2. *art.*1. Durand. *q.*3. Gregor. *quæſt.*2. Faber *diſp.*41.*c.*2.& 3. Interpretes D.Thomæ proximè relati *in* 1.*p.quæſt.*36.*art.*4. Item, Suarez *lib.*10.*de Trinit.cap.*6. Ruiz *diſp.*71. Zuñiga *diſp.*11.*dub.*4.Granad.*tract.*10.*diſp.*4.Tannerus 1.*p.diſp.*4.*quæſt.*4.*dub.*7.Albertinus *tom.*2.*prædic.relat.corol.*15.*dub.*1. Alarcon 1.*p. tract.*5.*diſp.*9.*c.*4. Aluiz *tract.*4.*diſp.*9.*ſect.*4.

Quæſt. III. An Pater, & Filius ſint vnus Spirator, vnumque principium Spiritus ſancti? De quo hîc S.Thomas *quæſt.*1. *art.*3. Faber cum Scoto *diſp.*41. *cap.*4. Interpretes D.Thomæ *quæſt.*1. relati *in* 1.*p.q.*36.*art.*4. Item Suar. *lib.*10.*de Trinit. cap.*5. Valent. *quæſt.*10.*punct.*5.Ruiz *diſp.*70.Zuñiga *diſp.*11.*dub.*6. Granad.*tr.*10.*d.*5. Tanner.1.*p.d.*4.*q.*4.*dub.*7. Alarcon

con. 1. *pract*. 5. *d*. 9. *cap*. 4. Aluiz *tract*. 4. *d*. 9. *sect*. 5.

Quæst. IV. An si Spiritus sanctus non procederet à Filio, distingueretur ab illo? De quo hîc Scot. Durand. Okam. & Gabr. *quæst*. 2. Greg. *q*. 1. Aureol. *art*. 2. Fab. *disp*. 38. Interpretes relati *in* 1. *p*. *D*. *Thomæ quæst*. 36. *art*. 2. Item, Suar. *lib*. 10. *de Trin*. *cap*. 2. Ruiz *disp*. 68. Valent. *q*. 10. *punct*. 3. Zuñiga *d*. 11. *dub*. 3. Gran. *tr*. 10. *d*. 7. Tan. 1. *p*. *d*. 4. *q*. 4. *dub*. 6. Albertinus *tom*. 2. *prædic*. *relat*. *corol*. 15. *dub*. 2. Alarcon 1. *p*. *tr*. 5. *d*. 9. *cap*. 3. Aluiz *tr*. 4. *d*. 9. *sect*. 6.

Quæst. V. An spiratio actiua sit intrinseca Patri & Filio, distincta realiter à passiua? De quo hîc Aureol. *art*. 3. Alij *apud dist*. 5. *q*. 7.

DISTINCTIO. XII.

Vtrum Spiritus sanctus priùs, vel pleniùs procedat à Patre, quàm à Filio?

DVas proponit quæstiones. Prima est, an Spiritus sanctus priùs, scilicet, duratione, procedat à Patre, quàm à Filio. Secunda, an pleniùs, hoc est, potiùs, aut magis per se, & principaliùs procedat à Patre, quàm à Filio. In vtraque negat.

2 Prima ergo conclusio est: Non procedit priùs à Patre, quàm à Filio. Nam, vt habet Augustinus, processio Spiritus sancti est æterna, sicut Filij. Inter æterna autem non est vnum prius duratione, quàm aliud. Quo satisfacit Hæreticis inquirentibus, an Spiritus sanctus processerit à Patre, ante, aut post genitum Fi-

lium, Quia duratione, neque ante, neque post natum Filium; sed simul cum illo, & ab illo processit, sicut Filius processit à Patre coæternus, & simultaneus duratione cum illo.

3 Secunda conclusio: Non procedit pleniùs, aut magis à Patre, quàm à Filio. Quia, sicut est æqualis æternitas; ita est æqualis perseitas, & necessitas vtriusque ad processionem Spiritus sancti.

4 Obiicit primò: quia Augustinus ait, Spiritum sanctum procedere à Patre *principaliter*. Secundò Hieronymus, procedere à Patre *propriè*. Tertiò Hilarius, mitti à Patre per Filium. Respondet: His locutionibus significant Patres discrimen, quo Pater, & Filius habent virtutem producendi Spiritum sanctum; nimirum, Patrem habere illam à se ipso, quin acceptam ab alio; Filium verò habere illam acceptam à Patre: quidquid enim est in Filio, est acceptum per generationem à Patre. Cæterum, virtus accepta in Filio æqualiter est requisita per se ad productionem Spiritus sancti, ac virtus non accepta in Patre.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An generatio Filij præcedat aliquo modo processionem Spiritus sancti? De quo hîc D. Thomas *q*. 1. *art*. 1. Durand. *q*. 1. Bonauent. *art*. 1. *q*. 1. *&* 4. Interpretes D. Thomæ *q*. 36. *art*. 3. Ruiz *de Trinit. d*. 79. *&* *d*. 10. Zuñiga *d*. 11. *dub*. 5. Alij *apud dist*. 9. *q*. 6.

Quæst. II. An sint tres æternitates, seu durationes æternæ in diuinis personis? De quo *distinct*. 9. *quæst*. 1.

Quæst. III. An principaliùs, aut perfectiùs procedat

cedat à Patre, quàm à Filio? De quo hîc S. Thomas *quæst*. 1. *art*. 2. Durand. *q*. 2. Bonauent. *art*. 11. *q*. 2. Interpretes D. Thomæ 1. *p*. *quæst*. 36. *art*. 3. Item Granad. *tract*. 10. *d*. 3. Ruiz *d*. 69. Suarez *de Trinitate*, *lib*. 10. *c*. 3. *n*. 8. Alarcon 1. *p*. *tract*. 5. *d*. 9. *cap*. 2. Zuñiga *de Trinitate*, *d*. 11. *dub*. 5.

Quæst. IV. An procedat à Patre per Filium? De quo hîc S. Thom. *q*. 1. *art*. 3. Bonauent. *art*. 1. *q*. 3. Durand. *q*. 3. Interpretes D. Thom. Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Molina, Vazquez, Arrubal, & alij 1. *p*. *q*. 36. *art*. 3. Valent. *de Trinitate*, *q*. 10. *puncto* 4. Granad. *tr*. 10. *d*. 3. Tanner 1. *p*. *disp*. 4. *quæst*. 4. *dub*. 5. Alarcon 1. *p*. *tr*. 5. *d*. 9. *cap*. 2. Aluiz *tract*. 4. *d*. 9. *sect*. 2. Suarez *de Trinitate*, *lib*. 10. *c*. 2.

Quæst. V. An procedat à Patre, & Filio, vt à suppositis distinctis? De quo hîc Scot. *q*. 2. Okam. & Gab. *q*. 2. Aureolus *art*. 3. Alij *apud dist*. 11. *q*. 2.

Quæst. VI. An Pater, & Filius sint vnus Spirator, vnúmque principium Spiritus sancti? De quo hîc Okam. & Gabriel *q*. 1. Aureol. *art*. 4. Alij *apud dist*. 11. *quæst*. 3.

DISTINCTIO XIIII.

Quare Spiritus sanctus, cùm sit de substantia Patris, non dicatur genitus, vel Filius; sed tantùm procedens?

TRia quærit. Primò, cur Spiritus sanctus non sit Filius, & genitus? Secundò, cur dicatur proce-

dens potiùs, quàm Filius. Tertiò, an dicendus ſit ingenitus?

2 Prima concluſio: Spiritus ſanctus, quamuis ſit de ſubſtantia Patris, non eſt genitus, nec Filius Patris. Nam, ſi eſſet Filius Patris, etiam eſſet Filius Filij, cùm à Filio quoque procedat. Atqui Filius Filij dici non poteſt: nam nullus eſt Filius duorum patrum; ſed duorum, quorum alter ſit pater, & altera mater. Ergo Spiritus ſanctus non eſt Filius Patris. Sic Auguſtinus.

3 Secunda concluſio: Dicitur procedere: quoniam, licèt Filius, etiam Ioann. 16. dicatur procedere ex Patre; tamen, quia procedit natus, & Filius, quod non habet Spiritus ſanctus, vt ſignificetur hoc diſcrimen, Spiritus ſanctus dicitur procedens, & Filius dicitur genitus, & natus. Addit tamen, hoc diſcrimen, quoad rem, & plenam notitiam, eſſe penitus inſcrutabile, & inexplicabile.

4 Tertia concluſio: *Ingenitus* bifariam poteſt accipi. Primo, provt importat negationem omnis proceſſionis. Secundò, provt importat negationem ſolius generationis. In prima ſignificatione non dicitur Spiritus ſanctus ingenitus, ſed ſolus Pater; & ea ratione negatur à D. Auguſtino Spiritus ſanctus ingenitus. In ſecunda poteſt admitti ingenitus: & ſic vſurpatur à D. Hieronymo.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An ſit in Deo proceſſio? De quo hic S. Thomas, Bonau, & Dur. *q.* 1. Alij *apud diſt.* 4. *q.* 2.

Quæſt. II. An proceſſio in Deo ſit tantùm vna?

De quo hîc S.Thom.*q.*1.*art.*2. Alij *dist.*2.*q.*8.

Quæst. III. An processio Spiritus sancti sit generatio? De quo hîc S. Thomas *art.*3. Scot. Greg. Oxam.& Gabr.*q.*1.Dur.& Bonau.*q.*2. Aureol.*art.*1. Fab. *dist.*4.Alij *dist.*4.*q.*6.

Quæst. IV. An Spiritus sanctus sit ingenitus? De quo hîc Bonau.*art.*1.*q.*4.Dur.*q.*3.Fab.*d.*49.*c.*1. Interpretes D.Th.Caiet. Bañez, Zum.Naz.Mol.Vazq. Arr.Aluiz,& alij *in* 1.*p.q.*33.*art.*4. Item,Suar.*lib.*8. *de Trin.c.*2.Val.*q.*6.*punct.*4.Ruiz *d.*52.*&* 53.Zuñiga *d.*8.*dub.*2. Gran. *tr.*8.*d.*4. Tann.1.*p.d.*4.*q.*4.1. *à n.*8.Alarcon 1.*p.tr.*5.*d.*5.*c.*7.Aluiz 1.*p.tr.*4.*d.*7.Albert. *tom.*2.*prædic.relat.corol.*13.*dub.*1.

Quæst. V. An generatio,& spiratio actiua realiter aut ex natura rei distinguantur? De quo hîc Aureol. *art.*3.Scot.*q.*1.Dur.*q.*2.Fab.*d.*39.Alij *dist.*2.*q.*7.

Quæst. VI. An processio, & generatio in diuinis possint ratione naturali ostendi? De quo *dist.*2.*q.*2.

DISTINCTIO XIV.

Quod gemina est processio Spiritus sancti.

DVplicem hîc difficultatem explicat. Primam, an præter processionem æternam Spiritus sancti, quam ex præcedentibus supponit, detur processio temporalis? Secundam, an processio temporalis non solùm sit à Patre, sed etiam à Filio, sicut æterna.

2 Prima conclusio: Præter processionem æter-

Secundò, quia, docente Ambrosio, vnus & idem Spiritus datur omnibus Apostolis, Prophetis, & iustis. At omnibus non datur vna, & eadem gratia creata. Tertiò, quia, etiam docente Augustino, cum, secundùm Apostolum, charitas diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, datur nobis donū æquale Deo. At donum creatum gratiæ non est æquale Deo.

5 Ex dictis colligit primò, à nulla creatura, quantumuis sanctissima, donari Spiritum sanctum. Nam Spiritus sanctus procedit ab eo, à quo donatur. At à nulla creatura procedit. Ergo à nulla donatur. Colligit secundó, nec donari posse: quia, sicut Spiritus sanctus nön procedit actu à creatura; ita nec procedere potest. Quare docuit Augustinus, Christum effudisse Spiritum sanctum, quia Deus est.

6 Sed obiicit Apostolum de se dicentem, tribuisse Galatis Spiritum sanctum. Respondet: Id dixit Apostolus, tanquàm minister Christi, non tanquàm author, & principalis donator, & missor.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An processio Spiritus sancti sit temporalis? De quo hîc S.Th. Dur. Okam. & Gab. *q*.1. Aureol. *art*.1. Interpretes multoties relati *in* 1.*p*. D.Th. *q*.43.*art*.2. Item, P.Suar. *lib*.12.*de Trin*.*c*.4.*&* 6. Ruiz *d*.108.*à sect*.7. Gran. *tr*.15.*d*.1. Zuñiga *d*.18.*dub*.2. Valent. 1.*p*.*d*.2.*q*.17.*p*.5, Alarcon. 1.*p*.*tr*.5.*d*.9.*c*.8. Tanner. 1.*p*.*d*.4.*q*.4.*dub*.9.

Quæst. II. An aliqua ratione processio temporalis distinguatur ab æterna? De quo hîc S.Th. *q*.1. Aur. *ar*.2, Dur. *q*.2. Okam. & Gab. *q*.1. Interpretes D.Thomæ

mæ 1.*p.q.*43.*art.*2. *&* 3. P.Suar. *lib.*12.*de Trin.c.*1. Ruiz *d.*108.*sect.*6.Zuñiga *d.* 18.*dub.*2.*&* 3.Valent.1. *p.d.*2.*q.*17.*punct.*5.Tanner, 1.*p.d.*4.*q.*4.*dub.*9. Gran. 1.*p.controu.*5.*tr.*15.*disp.*1. Alarcon 1.*p.tr.*5.*disp.*6.*c.*8.

Quæst. III. An Spiritus sanctus donetur quoad personam, an solùm quoad donum creatum? De quo hîc S.Thomas, & Greg.*q.*1.Oxam.& Gab.*q.*2.Dur. *q.*3.Interpretes D.Thom.1.*p.q.*43.*art.*3. Ruiz *disp.* 108.*sect.*1.Granad.1.*p.contr.*5.*tr.*15.*d.*4.Alar.1.*p.tr.* 5.*d.*9.*c.* Suar. *de Trinit.lib.*12.*cap.*5.

Quæst. IV. An quælibet persona mittat quamlibet personam? De quo hîc Scotus *q.*1. Interpretes D. Thomæ, Caiet.Zum.Bañez, Naz.Mol.Vazq.Arrub. & alij 1.*p. q.*43.*ab art.*4. *ad* 6. Item,Suar. *lib.*12. *de Trin.c.*3.Ruiz *d.*106.*à sect.*6.Granad.*tr.*15. *d.*2.Zuñiga *de Trinit.d.*18.*dub.*4.Tanner.1.*p.d.*4.*q.*4.*dub.*9. Alarcon 1.*p.tr.*5.*d.*9.*c.*8.

Quæst. X. An charitas infusa iustis sit donum creatum ab Spiritu sancto distinctum? De quo Bañez, Aragon, & alij Interpretes D.Thomæ 2.2.*q.*23.*ar.*2. Item, Bellarminus *tom.*3.*lib.*1.*de gratia, & lib.arb.c.*8. 9. & agentes de charitate, Lorca *disp.*3. Valent.*d.*3. *q.*1.*punct.*1.P.Suar.*d.*3.*sect.*1.Coninch.*d.*21.Torres *d.*66.*dub.*4. Gran.2.2.*contr.*3.*tr.*1.*d.*1. Hurtado *de charitate, d.*123. Tanner.2.2.*q.*2.*dub.*1.

Quæst. VI. An possit aliqua creatura esse causa principalis gratiæ iustificantis, cum qua Spiritus sanctus donetur? De quo hîc Dur. *q.*4. Interpretes D. Th.Contr.Med.Lorca,Vazq. Zum.Cur. & alij 1.2. *q.*112.*art.*1.Item,Suar.*lib.*6.*de gratia, c.*3.Gran.1.2. *contr.*8.*d.*8.Torres *opusculo* 3.*d.*1.*dub.*11.& nos *disp.* 23.*de ente supern.sect.*11.

DISTIN

DISTINCTIO XV.

Vtrùm Spiritus sanctus à seipso detur?

EAndem difficultatem expendit de Patre, & Filio. Præmittit autem, Spiritum sanctum bifariam considerari: primò, tanquàm Deum indistinctum à Patre, & Filio: secundò, tanquàm donum personale ab illis distinctum.

2 Igitur, prima conclusio est: Spiritus sanctus, tanquàm Deus, dat se ipsum hominibus, tanquàm donum. Primò authoritate Augustini id expressè docentis. Secundò, quia opera Trinitatis ad extra sunt omnibus personis communia. Donatio autem temporalis est opus ad extra. Confirmatur: quia non possunt Pater, & Filius donare aliquid hominibus, quod non donet Spiritus sanctus. At Pater, & Filius donant Spiritum sanctum. Ergo etiam Spiritus sanctus donat seipsum. Vnde Spiritus sanctus temporaliter mittitur, & procedit à seipso. Nam donatio, vt præmissum est superioribus, est quædam processio, & missio. At Spiritus sanctus donatur à se. Ergo etiam mittitur, & procedit temporaliter à se.

3 Secunda conclusio: Etiam Filius mittitur, & temporaliter procedit à se. Tum, quia ita docet Augustinus in textu. Tum, quia Filius eo dicitur missus, quo incarnatus. At incarnatio, cum sit actio ad extra, facta est ab ipso Filio. Quare etiam Filius mittitur ab Spiritu sancto, vt Ambrosius cum Esaia testatur: siquidem eadem est ratio de Spiritu sancto mittente Filium, quæ de ipso Filio. Porrò, duplex est missio temporalis Filij:

lij,altera viſibilis, quæ ſemel tantùm facta fuit Incarnatione: altera inuiſibilis,quæ ſæpè contingit hominibus,cũ Filius mente creaturæ rationalis percipitur.

4 Obiicitur primò: quia Filius eſt miſſus à Patre. Ergo non à ſe. Secundò, ipſe Filius ait de ſe *A meipſo non veni*. Reſpondet ad primum:Componitur Filium eſſe miſſum à Patre,& ſimul à ſe, quia vtrique communis eſt eadem voluntas: ſicut componitur, Filium eſſe ſanctificatum,& traditum à Patre,& ſimul à ſe,vt exprimit ſacer Textus. Ad ſecundum: Filius non venit à ſeipſo, quà homine: ſecùs verò,quà Deo.

5 Tertia concluſio: Pater non eſt miſſus, aut donatus à ſe, vel ab alia perſona. Tum, quia, referente Auguſtino, nullibi in ſacro Textu legitur Pater miſſus, aut datus. Tum, quia miſſio, & donatio, quæ eſt temporalis proceſſio,importat proceſſionem æternam. Pater autem, cùm ſit fons totius Trinitatis, à nulla perſona æternaliter procedit.

6 Obiicitur primò: Pater percipitur mente, ſicut Filius. Ergo miſſione,ſaltem inuiſibili mittitur, ſicut Filius,qui dicitur inuiſibiliter miſſus,quia mẽte creaturæ perceptus. Secundò, quia,ſi Pater eſt mittens,& non mittitur, erit authoritate maior, quàm Filius, & Spiritus ſanctus,vt voluerunt plerique Hæretici.Reſpondet ad primum: Filius non mittitur miſſione inuiſibili ſolùm,quia mente noſtra percipitur: ſed etiam quia procedens ab alio ſupponitur, quod Patri extraneum eſt. Ad ſecundum: Mittere, & non mitti non denotat in Patre auctoritatem, & præſtantiam, ſed perſonalem proprietatem, qua origo eſt totius Trinitatis, nullam ſupponens perſonam priorem, à qua procedat, & mittatur.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

IN hanc distinctionem moueri possunt omnes quæstiones præcedentes. Item, an possit esse missio æterna? Secundò, an possit esse missio Filij absque missione Spiritus sancti? Tertiò, an sit missio inuisibilis Filij, & ea facta sit ante Incarnationem, & plenior, quàm post Incarnationem? De quibus disserunt S.Th. Bonauent. Durand. Aur, & communiter Interpretes Magistri hîc. Item, Interpretes D.Thomæ *quæst*.43. Suarez *lib*.12.*de Trinit*. Ruiz *disp*.108. & 109. Granad. *tract*.15. Zuñiga *d*.18. Tannerus 1.*p.d*.4.*quæst*.4.*dub*.9. Alarc. 1.*p.tr*.5.*d*.9.*c*.8.& 9. Val. 1. *p.disp*.2.*q*.17.

DISTINCTIO XVI.

De duplici missione Spiritus sancti, visibili, & inuisibili.

PRima conclusio: Duplex est missio Spiritus sancti, sicut Filij: altera visibilis, altera inuisibilis. Nam Filius dicitur inuisibiliter missus; quia mente fidelium percipitur: & missus visibiliter; quia apparuit in signo visibili. Sed etiam Spiritus sanctus apparuit in signo visibili, vt die Pentecostes in specie ignis, & apud Iordanem in specie columbæ: item, quotidie inuisibiliter mentibus fidelium illabitur. Ergo etiam Spiritus sanctus visibilis, & inuisibilis mittitur.

2 Secunda conclusio: Missio visibilis Spiritus sancti non fecit eius substantiam visibilem; sed signis tantùm

tantùm externis, operationibúsque cordi hominum internis illam demonstrauit. Nam Spiritus sanctus naturâ inuisibilis, & immutabilis est: quanquam possit nouis signis absque vllo sui motu, quasi de nouo veniens significari, & operari.

3 Tertia conclusio: Est discrimen inter missionem visibilem Spiritus sancti, & missionem Filij. Primò, quòd Filius est missus in natura creata sibi realiter vnita: at Spiritus sanctus non est missus in natura creata sibi realiter vnita, quippe non vniuit sibi naturam columbæ, neque verè fuit columba, sicut Filius fuit homo. Secundò, quia, teste Augustino, Filius, quà missus, est minor Patre; nam quà homo, minor est Patre: at Spiritus sanctus, quà missus, non est minor Patre; quia missione non est factus aliquid, quod sit minus Patre. Vnde notat, Filium, quà missum, scilicet, quà hominem, etiam esse minorem se ipso, & Spiritu sancto: quia, teste Augustino, Chistus in forma serui minor est Deo: Filius autem, & Spiritus sanctus sunt Deus, sicut Pater. At obiicit Hilarium negantem, Filium esse minorem Patre, quamuis Patrem concedat maiorem. Sed admonet, piè legendum Hilarium: quia potest intelligi negare, Filium esse minorem Patre, solùm quà Deum; & Patrem admittere maiorem Filio, solùm quà homine.

QVÆSTIONES.

ETiam in hanc distinctionem veniunt explicandæ quæstiones distinctionis 14. & 15. Videntur Authores ibi relati etiam in quæstiones sequentes.

Quæst.

Quæst. I. An missio visibilis conueniat Spiritui sancto? De quo hîc S. Thom. *art. 1.* Duran. *quæst. 1.* Gabriel *q. 1. art. 1.* Aureol. *art. 1. & 2.* Item Interpretes D. Thomæ 1. *p. q. 43. art. 7.*

Quæst. II. An missio visibilis Spiritus sancti facta sit ad Patres veteris Testamenti? De quo S. Thomas *art. 2.* Durand. *q. 2.* Gabriel *q. 1. art. 2.* Aur. *art. 4.* Ruiz *de Trinit. d. 109. sect. 9.* & Interpretes D. Thom. 1. *p. q. 43. art. 6.*

Quæst. III. An missio visibilis fiat tantùm in specie corporea? De quo S. Thom. *art. 3.* Dur. *q. 3.* Gabr. *q. 1. art. 3.* Aureol. *art. 5.* Ruiz *d. 109. sect. 11.* & Interpretes S. Thom. 1. *p. q. 43. art. 2. & sequentibus.*

Quæst. IV. An species missionis visibilis sint formatæ ministerio Angelorum? De quo S. Thom. hîc *a. t. 4.* Ruiz *de Trinitate d. 109. sect. 10.*

Quæst. V. An Spiritus sanctus possit inuisibiliter missus inhabitare animam, constituens illam iustam, & acceptam in gloriam, absque aliquo dono inhærenti? De quo hîc Greg. *q. 1. concl. 3.* Interpretes S. Thom. 1. *p. q. 43. art. 3.* Suar. *lib. 7. de gratia, c. 7. à n. 33.* Vazq. 1. 2. *d. 205. c. 3. & 4.* Valentia 1. 2. *d. 8. q. 5. puncto 5.* Lorca 1. 2. *disp. 37. de gratia.* Ruiz *de Trin. d. 109. sect. 7.* Item, Interpretes S. Thomæ, Caiet. Conr. Zumel, Medina, Curiel, & alij 1. 2. *q. 113. art. 1. & 2.*

Quæst. VI. An missio inuisibilis Spiritus sancti fiat per operationes internas gratiæ quoad substantiam supernaturales, ab operationibus naturæ differentes? De quo Gonçalez 1. *p. d. 74.* Aluarez *de auxiliis, disp. 1. & lib. 3. responsionum, c. 8.* Lorca *de gratia, d. 3. memb. 4. & 5. & disp. 7.* Lessius *de auxiliis, c. 10. in appendice à n. 21.* Vazq. 1. 2. *disp. 189. c. 6.* Turrianus *Opusculo 2.*

de *gratia, d.4. dub.28.* & Ruiz *de prouidentia, disp.33.* & nos *lib.5. de ente supernat.* fusè.

Quæst. VII. An missio inuisibilis Spiritus sancti moueat mentes hominum per auxilia gratiæ intrinsecè efficacia? De quo relati *lib.2. dist.24.q.5.*

DISTINCTIO XVII.

De missione inuisibili Spiritus sancti.

TOta doctrina huius distinctionis duabus propositionibus comprehenditur. Prima est: Spiritus sanctus non solùm est charitas, qua Pater, & Filius se, & homines diligunt, quod omnes concedunt; sed etiam est charitas, qua nos diligimus Deum. Secunda est: Spiritus sanctus tunc dicitur inuisibiliter mitti, & dari nobis, cùm nos diligimus Deum, qui per hanc dilectionem manet in nobis, & nos in Deo.

2 Prima propositio probatur primò: Ioannes, & Augustinus vocant Deum dilectionem, qua ex charitate diligimus fratrem. At Deus, qui est dilectio, non est Pater, neque Filius, quorum propria non sunt attributa amoris. Ergo erit Spiritus sanctus. Secundò, Augustinus ait, inter dona Dei nullum esse maius charitate. At Spiritus sanctus est donum Dei, quo nihil est maius. Ergo Spiritus sanctus est charitas. Tertiò, secundùm Ioannem dilectio nostra, qua manemus in Deo, & Deus in nobis, dicitur esse Deus ex Deo. At dilectio, quæ est Deus ex Deo, est Spiritus sanctus, vt idem Ioannes declarat addens: *Quia de suo Spiritu dedit nobis.* Ergo dilectio nostra est Spiritus sanctus.

3 Si

3 Si autem dicas, dilectionem nostram dici Deum, solùm causaliter, & non identicè; sicut Deus dicitur patientia nostra, spes nostra, quia ab illo procedunt; contra est: quia Augustinus docet, Deum non dici charitatem, sicut patientiam, & spem nostram: quia hæc dicuntur de Deo, solùm quia a Deo sunt; illud verò, quia Deus est: quare Deus non dicitur charitas mea, sicut patientia mea; sed absolutè Deus charitas est. Ergo Deus non est charitas solùm causaliter, sed etiam identicè. Neque obstat, Spiritum sanctum esse identicè charitatem, qua Deus diligit nos. Nam secundùm diuersas considerationes dicitur Spiritus sanctus charitas, qua Deus diligit nos; & charitas, qua nos diligimus Deum: vni enim, & eidem charitati possunt munia conuenire diuersa, tum reddendi Deum diligentem nostri, tum nos diligentes Dei.

4 Opponit primò: Charitas minuitur, & augetur. At Spiritum sanctum minui, & augeri repugnat. Secundò, charitas datur de nouo non habentibus illam. At Spiritus sanctus nulli aduenit de nouo, cùm semper, & vbique præsens sit. Tertiò, secundum Apostolum, & Augustinum, charitas nostra est ab Spiritu sancto, sicut fides. At Spiritus sanctus non est a se ipso. Quartò, charitas est affectus, & motus animæ secundùm Augustinum: Spiritus sanctus verò non est affectus; & motus animæ.

5 Ad primum respondet: Spiritus sanctus, & charitas non minuitur, neque augetur in se: at augetur, & minuitur, prout est in nobis, seu prout participatur à nobis. Sic Deus exaltatur, & magnificatur in nobis, quamuis in se exaltari, & magnificari repugnat.

Quod teſtimoniis Auguſtini illuſtrat. Ad ſecundum: Aliud eſt, Spiritũ ſanctũ adeſſe omnibus; aliud haberi, & participari ab omnibus; adeſt enim Spiritus ſanctus creaturis irrationalibus, à quibus nõ habetur, nec participatur. Primum igitur nunquam eſt nouũ; ſecùs verò ſecundũ. Ad tertium: Charitas eſt ab Spiritu ſancto; quia datur ab Spiritu ſancto, qui ſe ipſum dare poteſt: quo differt charitas à fide, quæ etiam datur ab Spiritu ſancto, ſed non eſt Spiritus ſanctus donans ſe ipſum cum fide. Ad quartũ: Spiritus ſanctus dicitur affectus, & motus animæ: quia operatur affectum, & motum, quo anima diligit Deum; ſicut ea ratione Deus dicitur patientia mea, & ſpes mea. Si autem vrgeas: Ergo non alio modo tribuitur Spiritui ſancto charitas actualis, quàm actualis fides, & ſpes. Sed negat: quia actum fidei, & ſpei operatur Spiritus ſanctus mediis virtutibus; actum charitatis verò non operatur media virtute creata; ſed per ſeipſum immediatè.

6 Iam ſecunda propoſitio facilis probatu eſt. Nã, ſi charitas, qua diligimus, Spiritus ſanctus eſt. Ergo, cùm nobis donatur charitas, Spiritus ſanctus donatur. Secundò, quia ait Auguſtinus, charitatem eſſe donum præſtantiſſimum omnium, quæ homini donantur, ſine quo cætera nihil proſunt, & cum quo omnia proſunt. Donum autem omnium præſtantiſſimum eſt Spiritus ſanctus. Ergo donata charitate donatur Spiritus ſanctus. Vnde, cùm Spiritus ſanctus ſit donum, & per Spiritum ſanctum diſtribuantur ſingulis hominibus dona, concedendum eſt, per vnum donum omnibus commune diſtribui hominibus varia, ac multiplicia dona.

Dubitationes

Dubitationes circa literam præcedentem.

1 PRætermitti non potest in hac distinctione explicatio duorum dubiorum. Primum est: an Magister disserat in ea de charitate actuali, an de habituali? Secundum: an in ea neget charitatem habitualem, quæ sit donum creatum nobis inhærens? Communis enim antiquorum,& recentiorum sententia,est disserere de charitate habituali; & hanc negare esse creatam,& nobis inhærentem.Ideò communiter ab omnibus hæc santentia deseritur, & ab aliis erronea,ab aliis temeraria censetur.

2 Ego verò pro munere præsenti benignus sum in Magistrũ,duóque ab aliis seorsim censeo.Primũ est Magistrũ agere indiscriminatim de charitate, actuali, & habituali, seu agere de charitate provt ab actuali, & habituali præscindit. Secundum est, improbabile non esse,Magistrũ neutiquam negare charitatẽ habitualem creatam,nobisque inhærentem? sed tantũ velle,eam esse Spiritum sanctum per formalem participationem, aliis virtutibus minimè conuenientem; provt nunc à plerisque Theologis doceretur,asserentibus,charitatem esse præ aliis virtutibus sanctificantem, Diuinitatisque participem. Cui sententiæ ego quoque suffragium tuli *tract.de gratia iustificante.*

3 Primum igitur probo: Quia interdum agit Magister de charitate,quæ est dilectio, interdũ de charitate,quæ facit,& operatur dilectionẽ. At charitas,quæ est dilectio, est actualis; charitas verò, quæ facit, & operatur dilectionem, est habitualis. Ergo agit indeterminatè de charitate præscindente ab actuali, & habituali

habituali. Confirmatur: Magister disserit de ea charitate, de qua sermo est Ioanni, & Augustino, in testimoniis, quæ adducit. At communi Theologorum, & Patrum interpretatione in eis testimoniis sermo est potior de charitate actuali, quàm habituali. Confirmatur secundò: Eodem modo vocat Magister Spiritum sanctum charitatem, qua nos diligimus, quo charitatem, qua Deus diligit. At Spiritus sanctus dicitur charitas actualis, qua Deus diligit. Ergo etiam dicitur charitas actualis, qua nos diligimus.

4 Secundum probo: Cùm Spiritus sanctus dicitur charitas actualis, qua nos diligimus Deum, non negatur à Magistro charitas creata, quæ sit actus elicitus à nostra voluntate, distinctus ab Spiritu sancto: incredibile enim est, à tanto viro negari, nos diligere per actum nobis inhærentem. Ergo, quòd Spiritus sanctus dicatur charitas, non negatur habitualis, & creata. Solùm igitur intendit, charitatem creatam nobis inhærentem esse Diuinitatis participem, & esse Spiritum sanctum per formalem participationem, sibi peculiaré, & aliis virtutibus alienam. Confirmatur: nam, cùm Magister sibi obiicit Spiritum sanctum non accipere crementum, neque decrementum; respondet, quamuis Spiritus sanctus non sit capax crementi, neque decrementi in se; tamen eius esse capacem, prout participatur à nobis per charitatem. Ergo præter Spiritum sanctum in se aliud quid est nostra charitas, participans Spiritum sanctum. Est igitur donum creatum, quod participatione formali dicitur Spiritus sanctus.

5 Obiicies, Magistrum suprà ad quartũ constituere hoc discrimen inter dilectionem Dei, & actum fidei, ac spei, quòd dilectio Dei non efficitur à Spiritu sancto virtute

virtute media, sicut actus spei, & fidei. Resp. Id sic est accipiendum, vt actus fidei efficiatur virtute media, quæ non sit, & dicatur Spiritus sanctus: quia non participat formaliter Spiritum sanctum: dilectio verò efficiatur ea virtute creata, quæ dicatur, & sit Spiritus sanctus: quia participat Spiritum sanctum, quod sufficiebat ad scopum Magistri. In quo autem hæc formalis participatio consistat, exposui *tract. de iustificatione*, ostendens, charitatem esse sanctificantem: quo pertinet ea explicatio. Præsentis autem instituti erat in re Theologis solennissima breuiter saltem Magistri mentem inuestigare, & probabilitate aliqua à censuris vindicare.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An charitas habitualis sit nobis inhærens, & à Spiritu sancto distincta? De quo hîc S. Th. Scot. Durand. Gregor. Aureol. Okam. & Gabr. *q.* 1. Alij relati *dist.* 14. *quæst.* 15.

Quæst. II. An charitas habitualis sit tota virtus agendi? De quo hîc Scot. *q.* 2. *&* 3. Aureol. 3. *p. distinctionis*. Item, Aluarez *de auxiliis, disp.* 64. *&* 85. Naz. 1. *p. q.* 12. *art.* 5. *contr.* 2. & Sotus *in* 4. *dist.* 49. *q.* 3. *art.* 2. Rursus, Suarez 1. *p. lib.* 2. *de visione Dei, c.* 9. *&* 10. *&* *lib.* 6. *de gratia, c.* 5. Arrub. 1. *p. d.* 19. *c.* 5. *&* 6. Torres 2. 2. *d.* 45. *dub.* 2. Coninch. 2. 2. *disp.* 5. *dub.* 5. Fas. 1. *p. q.* 12. *art.* 5. *dub.* 7. Herice 1. *p. disp.* 45. *cap.* 3. Hurtado *de charitate, disp.* 124. Tannerus 1. *p. d.* 2. *q.* 6. *dub.* 4. Albertinus *tomo* 1. *principio* 1. *à n.* 11. Alarcon 1. *p. tr.* 1. *disp.* 3. *cap.* 1. & nos *de ente supernaturali, d.* 30. & alij, quos ibi referimus *sect.* 2. 20. *&* 21.

Quæst. III. An diuinitùs possit fieri actus charitatis per auxilium extrinsecum? De quo Greg. *in huc q.* 1. Item, Nauarrete 1.*p.controu.*39.§.1.*&* 2. Aluar. *de auxiliis,d.*67. Albelda 1.*p.d.*27.*sect.*3. Arrub. 1.*p. d.*20. Suar. *lib.6.de gratia,c.*6. Tanner. 1.*p.d.*2. *q.*6. *dub.* 1. *à n.* 12. Valent. 1.*p.d.*1.*q.*2.*punct.* ,Alarcon 1. *p.tr.*1.*d.*3.*c.*4.& nos *de ente supernaturali,d.sp.*34.*&* 35. Herice 1.*p.d.*47. Hurtado *de charitate,d.*126. Lorca *tomo* 1.*in* 1.2.*d.*30.*&* 2.2.*d.*4.*de charitate.* Ægidius de præsentatione *tomo* 2.*lib.*9.*q.*6. Item, Zumel, Molina, Bañez, Vazq. Nazar. Ripa, Fasol. & alij Interpretes D. Thom. *in* 1.*p.q.*12.*art.*1.

Quæst. IV. An charitas habitualis efficiat actum disponentem ad ipsam? De quo hîc Gabriel, & Okam. *q.* 3. Interpretes D. Thom. Caiet. Medin. Conrad. Cur. Zumel, & alij *in* 1.2.*q.*113.*art.*8. Item, Suar. *lib.*8.*de gratia,c.*11. Aluarez *de auxiliis,d.*66. Montesin. 1.2.*d.* 34.*q.*4. Lorca *de gratia, d.*38. Valentia 1.2. *disp.*4. *q.*3.*puncto* 4.*&* 5. Vazq. 1.2.*d.*21. Tor. 2.2.*d.*77. Coninch 2.2.*d.*6.*dub.*7. Hurtado 2.2.*disp.*127. Tanner. 1.2.*d.*6.*q.*5.*d.*5. Granad. 1.2.*controu.*8.*tract.*10.*d.*2. & nos *de ente supernaturali,disp.*77.

Quæst. V. An actus charitatis sit iustificans? De quo Vazq. 1.2.*disp.*203.*& in* 3.*p.d.*2. Torres *Opusculo* 6.*de gratia, d.*4.*dub.*19. *&* 20. Suar. 1.*tom. in* 3.*p. d.*8.*sect.*8.*& lib.*7.*de gratia,c.*8.*&* 23. Tanner. *tom.*2. *d.*6. *quæst.*5. *à num.*4. Granad. *controu.*8. *de gratia, tract.*8.*d.*3.*sect.*2. Coninch 2.2.*d.*6.*à num.*28. Lorca *de gratia,d.*35. Ioannes Vincentius *lib.de gratia Christi,q.*1.*conclus.*6. Bellarm.*lib.*2.*de iustificatione, c.*15. Albertinus *tom.*1.*princip.*1.*corol.*18.*à num.*63.& alij, quos ipsi referunt.

Quæst.

Quæst. VI. An charitas augeatur per additionem gradus ad gradum? De quo hîc S.Thom.*q.*1.*art.*2. Scot. *à q.* 3.*vsque ad* 6. Durand. *q.*5. Interpretes D. Thom.1.2.*q.*52.*art.*2.*&* 3.*&* 2.2.*q.*24.*art.*5. Vbi Malder. Bañez. & Aragon. Item Lorca *sect.*3.*d.*14. Coninch.*d.*21.*dub.*3.Vazq.1.2.*d.*82.*cap.*8. Suarez *tom.*1.*Metaph.d.*42.*sect.*2.Hurtado 2.2.*d.*140.Gran. *de charitate,tract.*3.*d.*1. Torres 2.2.*d.*68.*dub.*1. Valent.2.2.*d.*3.*q.*2.*punct.*3.*assertione* 4. *&* 5.

Quæst. VII. An charitas solùm augeatur per actus intensiores,aut æquales? De quo hîc S.Thom. *quæst.*2.*art.*3. Interpretes D.Thomæ, Caiet, Bañez, Arag.Lorca 2.2.*q.*24.*art.*6.Victoria *relectione de augmento charitatis*.Torres *d.*68.*dub.*3.Coninch.*disp.*8. *dub.*9. Monsæus *d.*8.*cap.*5. Granad.2.2.*controu.*3.*de charitate,tract.*3.*de* 5.Hurtado 2.2.*d.*144. Tan.2.2. *d.*2.*q.*2.*dub.*4.Valentia 2.2.*d.*3.*q.*2.*p.*3.*asser.*8.*&* 9. & nos *de ente sup.lib.*4. Granad.2.2.*contr.*3. *tract.*3. *d.*7.8.*&* 9.

Quæst. VIII. An augmentum charitatis habeat aliquem terminum? De quo hîc S.Thom.*art.*2.Greg. *q.*6. Interpretes S.Thom. superiùs relati 2.2.*q.*24. *art.*7.Item,Lorca *de charitate, d.*19. Naz.*in* 3.*p.q.*2. *art.*11.*controu.*1.Fab.*in* 3.*d.*29.*cap.*2.Vazquez 3.*p.* *d.*46.*&* 47.Suar.3.*p.tom.*1.*d.*22.*sect.*2.Torres 2.2. *d.*68.*dub.*6. Coninch.*d.*22. *dub.*5. Valent.2.2.*d.*3. *q.*1.*p.*3.*assert.*1.Hurtado 2.2.*d.*147.148. *&* 149. Granad.2.2. *controu.*3.*tr.*3.*d.*2.*&* 3. Nos *de ente supernaturali,lib.*4.

Quæst. IX. An habitualis charitas possit diminui? De quo hîc S.Thom.*q.*2.*art.*5.Durand.*q.*10. Greg. *q.*5.*dub.*2.Interpretes D.Thom.Bañez,Malder.Arag.

Lorca,& Torres 2.2.*quæst*.24.*art*.10. Victor.*relectione de augmento charitatis*. Coninch.2.2.*disp*.22. *dub*. 8. Valent.2.2.*d*.3.*q*.2.*p*.5. Hurtado 2.2.*d*.152. Granad. 2.2.*controu*.3.*tract*.4.*d*.4. Torres 2.2. *disp*.72. *d*.1. Nos *de ente supernaturali*,*lib*.4.

Quæst. X. An aliquis possit esse iustus sine dono inhærenti? De quo hic Gregor. *quæst*.1. Alij *apud dist*.16.*quæst*.5.

Quæst. XI. An possit esse meritum sine charitate, aut gratia iustificante. De quo hîc Durand. Okam. & Gabr. *quæst*.2. Item, Caiet. Zumel, Conrad. Medina, Vazquez, Lorca, & Interpretes S. Thomæ *in* 1.2. *q*.109.*art*.2.& *q*.114.*art*.2. Item, Tanner.1.2. *d*.6. *q*.6.*dub*.2. Valent.1.2.*d*.8.*q*.6.*p*.3. Granad.1.2.*controuers*.8. *tract*.11. *disp*.2.*sect*.1. Coninch.2.2. *d*.8. *dub*.4. Ragusa *tom*.1.*in* 3.*p*.*d*.4.§.1.

Quæst. XII. An actus charitatis diligens charitatem, pertineat ad charitatem? De quo S. Thom. hîc *q*.1. *art*.5. & P. Torres 2.2.*d*.37. *dub*.8. & nos fusè *de ente supernaturali*, *dist*.64.

DISTINCTIO XVIII.

Vtrùm eadem ratione Spiritus sanctus dicatur donum, & datum, siue donatum?

Conclusio est: Spiritus sanctus non eò est donum, quò datum, seu donatum. Ita Augustinus, qui tria discrimina nouit inter Spiritum sanctum donum,

num, & Spiritum sanctum donatum. Primò, Spiritus sanctus est ab æterno donum: quia ab æterno est donabilis. At non est ab æterno, sed in tempore donatus: quia in tempore actu donatur. Secundò, consequenter donum est, quia procedit à Patre, & Filio: donatus verò, quia procedit, & mittitur in tempore etiam à seipso. Tertiò consequenter, prout donum, refertur ad Patrem, & Filium; prout donatus verò refertur ad nos, quibus donatur.

2 Obiicitur: Etiam Filius procedit à Patre donabilis nobis: nam, sicut in tempore Filius datus est nobis, ab æterno dabilis fuit. Ergo esse donum non est proprietas Spiritus sancti. Respondet: Filius ex vi suæ processionis non est donabilis, sed genitus: at Spiritus sanctus ex vi suæ processionis donabilis est, quippe Filius non procedit vt amor, nec ex amore, cuius est donare, sicut procedit Spiritus sanctus. Cæterum vterque sua processione accipit essentiam. Filius quidem nascendo, & Spiritus sanctus procedendo. Productione tamen non sunt essentia, sed Filius, & Spiritus sanctus: quia natiuitas Filij non solùm tribuit secundæ personæ esse Deum, sed etiam esse Filium: similiter processio Spiritus sancti, præter esse Deum tribuit tertiæ personæ esse Spiritum sanctum.

3 Ex dictis colligitur, Spiritum sanctum posse dici spiritum nostrum, vt dicitur in sacro Textu spiritus Eliæ, & spiritus Moysis: quia re vera datur nobis: at non spiritum, quo sumus, & viuimus; hic enim spiritus animus est: sed spiritum, quo iusti sumus, cùm Spiritus sanctus donetur nobis per charitatem sanctificanté. Verùm non dicitur *Spiritus sanctus noster*: nam prout Spiritus sanctus est, non est noster, sed Patris, & Filij,

Filij,ad quos ſolùm refertur. Filius verò dicitur *panis noſter*: quia hac ratione ad nos refertur. At non dicitur Filius noſter: quia ſub hac ratione refertur ad ſolùm Patrem.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An eſſe donum ſit eſſentiale tribus perſonis? De quo hîc S.Thomas, Durand. Okam. & Gab. *q*.1. Interpretes D.Thom. Caiet. Nazar. Vazq. Arrub. 1.*p.q*.38.*art*.1. Suar. *lib*.1.*de Trinit.cap*.4. Valentia 1. *p.diſp*.2.*quæſt*.10.*punct*.1. Ruiz *diſp*.75. Zuñiga *d*.3. Granad. *tract*.10.*d*.12. Alarcon *tr*.5.*d*.9.*c*.6. Tanner. *d*.4.*q*.4.*dub*.4.*n*.13.*& ſeqq*. Aluiz *tract*.4.*d*.9.*ſect*.9. *&* 10.

Quæſt. II. An eſſe donum ſit proprium Spiritus ſancti? De quo hîc S.Thomas *art*.2. Scot.*q*.1. Aureol. *art*.1. Faber *d*.43. Item, Interpretes S.Thom. nuper relati 1.*p*. *q*.38. *art*.2. Rurſus, Suarez, Ruiz, Zuñiga, Granad. & Alarcon *vbi ſuprà*, Tannerus *diſſ*.4. *q*.4. *dub*.4.*n*.10.*& ſeqq*. Aluiz *tr*.4.*diſp*.9.*ſect*.10.

Quæſt. III. An Spiritus ſanctus donatus per charitatem ſanctificet animam? De quo *diſt*.17.*q*.4.

Quæſt. IV. An Spiritus ex vi proceſſionis accipiat eſſentiam? De quo hîc S.Thom. *art*.4. Dur. *q*.2. Item Zuñiga *de Trinit.d*.2. *dub*.20. *à membro*.6. Alarcon *tr*.5.*d*.8.*c*.13. Aluiz *tr*.4.*d*.2.*n*.14. Ruiz *de Trinit. d*.7.*ſect*.2.*& ſequentibus*, & relati *diſt*.4.*q*.6.

Quæſt. V. An Spiritus ſanctus non ſit Filius, & natus; quia donum ex amore procedit? De quo relati *diſt*.4.*q*.6.

Quæſt. VI. An Spiritus donetur Patri aut Filio? De quo hîc Gab. *q*.1.*art*.2. & Ruiz *de Trin.d*.75.*ſect*. 3. Aluiz

3. Aluiz *tr. 4. d. 9. sect. 9.* Suar. *de Tr. lib. 11. c. 4. n. 3. & 4.*

Quæst. VII. An esse donum conueniat Spiritui sancto ab æterno? De quo hîc Gab. *q. 1.* Suar. *de Trin. lib. 11. c. 4.* Aluiz *tr. 4. d. 9. sect. 9.* Tann. *d. 4. q. 4. dub. 4. n. 16.* Ruiz *de Trinit. d. 75. sect. 2. à n. 11.* Valent. 1. *p. d. 2. q. 12. punct. 2.* Interpretes D. Thomæ superiùs relati 1. *p. q. 38. art. 2.*

DISTINCTIO XIX.

De æqualitate trium personarum.

CONclusio est: Tres personæ sunt omninò æquales. Probat: quia, docente Augustino, nulla persona superat aliam, æternitate, magnitudine, aut potestate. Vbi notat, hæc attributa, quamuis significentur tanquam diuersa, re ipsa in Deo non esse diuersa, sed vnum: quia in Deo summè simplici non est varietas, seu diuersitas perfectionum. Ergo æqualitatem personarum in æternitate supponit ex distinctione 9. & 11. Æqualitatem in potestate exponet distinctione sequenti. Nunc æqualitatem magnitudinis, seu perfectionis declarat, & probat: quia, iuxta Damascenum, omnis perfectio Deitatis est in Patre, omnis in Filio, omnis in Spiritu sancto. Ergo perfectione essendi non est maior vna persona, quàm alia. Confirmatur: Pater est perfectus Deus? Filius etiam, & Spiritus sanctus. At, si aliqua perfectione Pater esset maior, quam Filius; defectu talis perfectionis esset Filius imperfectus. Ergo nulla perfectione maior est vna persona, quàm alia.

alia. Secundò, veritas essentiæ diuinæ non est maior in vna persona, quàm in alia: nec enim vna veriùs est Deus, quàm alia. Ergo nec bonitas, seu perfectio maior est: nam veritas, & bonitas æqualiter sectantur essentiam.

2 Vnde colligit primò, duas personas simul, non esse maius aliquid, quàm vnam solam seorsim: quia, quidquid perfectionis essentiæ est simul in duabus, aut tribus, est in vna sola seorsim: Secundò vnamquamque personam esse per circuminsessionem in alia: quia in vnaquaque est magnitudo, & perfectio essentiæ, quæ est in alia: vt exponunt Ambrosius, Augustinus, & Hilarius. Tertiò, nullam personam esse partem Dei, vt docet Augustinus *lib. 2. contra Maximinum, c.* 10. quia singulæ continent totam perfectionem essentiæ, quin vna essentia superaddat perfectionem supra aliam. Pars autem non continet perfectionem totius, sed superaddit parti aliquam perfectionis partem. Quartò, Deum non esse triplicem, sed trinum: quia, teste Augustino, triplicitas denotat perfectionis augmentum; Trinitas verò solum numerum. At, quamuis tres personæ augeant numerum personarum supra vnam tantùm, non tamen augent perfectionem. Denique, essentiam diuinam non esse vnam in tribus personis vnitate generis, sicut est animal comparatione hominis, & leonis; neque vnitate speciei, sicut est homo comparatione Petri, & Pauli; neque vnitate materiæ, sicut est aurũ comparatione calicis, & patenæ, neque vnitate similitudinis, sicut est ingenium, comparatione duorum hominum. Tum, quia essentia diuina non multiplicatur in personis; genus autem multiplicatur in speciebus, species in indiuiduis, materia in compositis,

ſitis, natura in eis, quæ in ea ſimilia ſunt. Tum, quia duæ perſonæ non ſunt maius aliquid, quàm vna tantum. Sunt autem maius duæ ſpecies, duo indiuidua, duo compoſita, & duo ſimilia, quàm ſingula eorum.

3. Huic poſtremo corollario obiicit Damaſcenum aſſerentem, Deum eſſe ſpeciem communem, ſicut hominem; & tres perſonas eſſe indiuidua numero, non naturâ differentia, ſicut Petrum, & Paulum. Reſpondet, Damaſcenus benignè interpretandus eſt, vt modus loquendi ipſius non aduerſetur Auguſtino, & præſeferat aliquid diſſonum fidei. Itaque ſolùm voluit ſignificare aliquam ſimilitudinem ſpeciei conuenire eſſentiæ, & aliquam ſimilitudinem indiuiduorum perſonis. Nam, ſicut ſpecies *homo* prædicatur de pluribus; ita Deus, quanquam non multiplicetur in illis, ſicut ſpecies *homo*. Item, ſicut indiuidua ſunt plura logice ſubiicibilia, quæ non continent ſub ſe alia inferiora: ita perſonæ diuinæ, quanquam earum pluralitas non ſit quoad naturam, ſicut pluralitas indiuiduorum. Similitudo igitur, & acceptio ſpeciei, & indiuidui apud Damaſcenum eſt inadæquata, & larga, & non rigoroſa.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An inter perſonas diuinas ſit æqualitas? De quo S. Thom. Dur. Scot. Gab. Greg. Bonau. *q.* 1. Aureol. *part.* 2. *ab art.* 1. Interpret. S. Thomæ, Caiet. Bañez, Zum. Nazar. Molin. Vaſq. Arrub. & Aluiz *in* 1. *p. q.* 42. *art.* 1. Item, Suar. *lib.* 4. *de Trin. c.* 15. Ruiz *diſp.* 103. Gran. *tr.* 14. *d.* 2. Zuñiga *d.* 17. *dub.* 1. Alarcon *tr.* 5. *d.* 3. *c.* 5. Tannerus *d.* 4. *q.* 1. *dub.* 8.

Quæſt. II. An, & quomodo ſit circuminſeſſio, qua vna

vna perſona eſt in alia? De quo hîc S.Thom.*q.* 3.*art.* 2.Durand.*q.*3.Scot.*q.*2.Aureol.*p.* 1.*ab art.* 1.Okam. & Gab.*q.*2.Bonau.*art.*1.*q.* 4.Fab.*diſp.* 43. Interpretes ſuperiores S.Thomæ 1.*p.q.* 42.*art.* 5.Item, Suar.*lib.* 4. *de Trinit.c.* 16. Ruiz *d.*107.Gran. *tr.* 14.*d.* 3. Zuñiga *d.* 17.*dub.* 5.*&* 6.Alarcon *tr.* 5.*d.* 3.*c.* 5. Tanner. *d.* 4. *q.* 1.*dub.*8.*à n.*14.

Quæſt. III. An vna perſona ita ſit in alia, vt viuat phyſicè per immanentiam ipſius? De quo Zuñiga *d.*3.*dub.*12. Alarcon.1.*p.tr.*5.*d.* 3.*c.*5. *n.* 4. Gran.1.*p. controu.*5.*tr.*14.*d.* 3.Aluiz *tr.* 4.*d.*1.*ſect.* 3.

Quæſt. IV. An eſſe æternum, & præſentia ſimultanea durationis conueniat Deo? De quo hîc S. Th. & Dur. *q.*2. Interpretes ſuperiores 1.*p.q.*10.*art.*2.4. *&* 5.Alij *diſt.*8.*q.*4.

Quæſt. V. An in diuinis ſit totum integrale? De quo hîc S.Th.*q.*4.*art.*1.Bonau.*p.*2.*art.*1.*q.*1. Aureol. *p.*2.*art.*5.Ruiz *de Trin.d.* 38.& Gran. 1.*p.controu.* 1. *tr.*2.*d.*3.præſertim *n.*8.Suar.*lib.*1.*c.*10. *à n.*7. Interpretes D.Thom. 1.*p.q.*31.*art.*.

Quæſt. VI. An ſit in Deo totum vniuerſale? De quo hîc S.Thomas *q.*4.*art.*2.& Bonau.*parte* 2.*art.*1. *q.*2.Item, Suar.1.*p.tr.*3.*lib.*1.*c.*2.Ruiz *de Trin.d.*22. & Zuñiga *d.*5.*dub.*5.*&* 6.Tanner.1.*p.d.*2.*q.*5.*dub.*3. *num.*4.*&* *d.*4.*q.*1.*dub.*5.*n.*18.Alarcon 1.*p.tr.*5. *d.*4. *c.*1.Interpretes D.Thom.1.*p.q.*30.*art.*4.

Quæſt. VII. An, & quæ ſit relatio ſimilitudinis, & æqualitatis inter perſonas diuinas? De quo *diſt.*1. *quæſt.*14.

Quæſt. VIII. An ſint in perſonis tres perfectiones relatiuæ? De quo *diſt.*2.*q.*9.

Quæſt. IX. An diuinæ perfectiones inter ſe, & ab

ab essentia distinguantur ratione, aut ex natura rei De quo *dist*.2.*q*.6. & 7.

Quæst. X. An inter personas cum æqualitate detur quasi specifica differentia? De quo hic Aureol. *p*.2.*art*.4. Item, Suar.1.*p*.*tr*.3.*lib*.1.*cap*.3. & *lib*.3. *c*.10.*n*.10.Ruiz *de Trinit*.*d*.22.Zuñiga *d*.5.*dub*.5.& 6.Gran.1.*p*.*tr*.3.*d*.2.Alarcon 1.*p*.*tr*.5.*d*.4.*cap*.2.*n*.8. Aluiz *tr*.4.*d*.4.*sect*.5. & *d*.13.*à n*.6. Interpretes D. Thom.1.*p*.*q*.28.*art*.3.& 4.

DISTINCTIO XX.

Quod alia persona non excedat aliam potentia.

PRæmissa æqualitate personarum quoad æternitatem, & magnitudinem, probat nunc æqualitatem quoad potentiam. Quam inter Patrem, & Filium contra Maximinum Hæreticum ostendit primò ex illo Ioann.16.*Omnia, quæ habet Pater, mea sunt*. At in Patre est omnipotentia. Ergo eadem est in Filio, & omnimoda æqualitas cum Patre. Secundò, aut Filius est inæqualis Patri potestate: quia Pater non potuit conferre illi suam omnipotentiam; aut, quia potens noluit conferre? Si Pater nō potuit, infirmus est, atque adeò omnipotens non est: nam defectus cōmunicationis omnipotentiæ oriretur ex infirmitate, & limitatione potentiæ, cùm oriri nō possit ex oppositione relatiua quoad potentiam. Si potens cōmunicare Filio, noluit Pater, inuidus est: quia nolle habere Filiū sibi æqualem, cùm possit, dedecens est naturam rationalem,

Confirmatur: Pater creatus generat Filium ſibi omninò æqualem,dum poteſt.Ergo etiam diuinus.Ergo, ſi non generat æqualem, id non ex voluntate, ſed ex infirmitate proficiſcitur, ſicut contingit Patri creato.

2 Si autem dicas,Patrem eſſe maiorem Filio,quamuis Filio ſit æqualis poteſtas cum Patre, quia Pater à nullo habet poteſtatem; Filius verò habet illam à Patre. Contrà eſt,quia aliud eſt, Filium habere omnem poteſtatem,& cæteras perfectiones,quas Pater; aliud, illas habere eodem ordine,quo Pater. Vt Filius ſit per omnia æqualis Patri,ſufficit primum,quamuis deſit ſecundum, quod efficiet quidem Filium origine diſtinctum à Patre, non verò inæqualem, & minorem. Ex quibus deprehenditur etiam æqualitas Spiritus ſancti cum Patre,& Filio? ſiquidem eodem modo comparatur Spiritus ſanctus cum Patre, & Filio, quo Filius comparatur cum Patre.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An potentia producendi ad intra pertineat ad omnipotentiam, qua Filius eſt æqualis cum Patre? De quo hîc S.Thom.*art.*1.Bonau.Greg.Scot. Okam.& Gabr.*q.*1.Aureol.*ab art.*1.Fab.*diſp.*46.Interpretes S. Thomæ, Caiet. Bañez, Zumel. Nazar. Vazq.Molina, Arrubal,& Aluiz 1.*p.q.*42.*art.*6.*&* *q.*25.*art.*3.Item,Suar.*lib.*4.*de Trin.c.*10.*&* 15.Ruiz *d.*101.Valent.*q.*16.*punct.*2.Gran.*tr.de diuina potentia, d.*6.*&* *de Trin. tr.*13.*d.*5. *&* *tr.*14.*d.*2. Zuñiga *d.*17. *dub.*4.Alarcon.1.*p.tr.*5.*d.*6.*c.*2.*n.*17.

Quæſt.II. An potentia producendi ad intra importet in Patre perfectionẽ relatiuam,quæ non ſit in Filio, aut

aut Spiritu sancto ? De quo *distinct. 2. q. 9.*

Quæst. III. Quo constituatur potentia producendi ad intra ? De quo *dist. 4. q. 5.*

Quæst. IV. An, & quæ sit relatio similitudinis, & æqualitatis in diuinis ? De quo hîc Fab. *d. 47.* Alij *dist. 2. q. 14.*

Quæst. V. An, & quis ordo originis, aut naturæ sit inter Patrem, & Filium ? De quo hîc S. Thom. *art. 2.* Bonau. *art. 1. q. 1. & 2.* Dur. *q. 2.* Alij *dist. 9. q. 6.*

Quæst. VI. An communicatio actiua omnipotentiæ sit libera Patri ? De quo *dist. 6. q. 1.*

Quæst. VII. An generationem passivam Filij præcesserit aliqua voluntas necessaria Patris ? De quo *distinct. 6. q. 1.*

DISTINCTIO XXI.

Quomodo possit dici, solus Pater, *vel* solus Filius, *vel* solus Spiritus sanctus, *cum sint inseparabiles ?*

PRima conclusio : Concedendæ sunt propositiones, in quibus termini personales de personalibus terminis cum dictione exclusiua prædicantur, vt solus Pater generat : solus Pater est tantus, quantus Pater, & Filius simul. Nam, cùm dicitur *solus*, non significat Patrem esse solitarium, & seiunctum à Filio; sed esse à Filio distinctum proprietate Patris, quæ Filio non conuenit.

2 Secunda conclusio: Negandæ sunt propositiones,

 in

in quibus termini eſſentiales de terminis perſonalibus cum excluſione affirmantur, vt ſolus Pater eſt Deus, aut Pater eſt ſolus Deus. Quia hæ propoſitiones videntur excludere prædicata eſſentialia à perſonis diſtinctis ab ea, de qua prædicantur. Quod verum non eſt, cùm omnibus indiſcriminatim omnia eſſentialia conueniant. Atque ita *ſolus Deus, ſolus ſapiens, ſolus potens*, totam Trinitatem ſignificant; per quam excluſionem nolumus Trinitatem eſſe diuiſam à ſocietate Angelorum, & hominum; ſed à communi cum illis Deitate, poteſtate, atque ſapientia.

3 Notat tamen cum Auguſtino, vbi eſſentialia ſolùm de Patre, aut ſolùm de Filio, aut Spiritu, aut ſolùm de duabus perſonis dicuntur, non eſſe excludendas alias perſonas, ſed vnius nomine omnes comprehendendas, vt excluſio ſolùm comparata creaturis accipiatur, vt cum dicitur Matth. 11. *Nemo nouit Patrem, niſi Filius*, comprehenduntur ſub Filio Pater, & Spiritus ſanctus. Ea enim eſt omnium perſonarum, quoad eſſentialia, communio, vt quidquid de vna aſſeritur, niſi relatiuum ſit, de omnibus aſſertum intelligatur.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An dictio excluſiua addi poſſit termino eſſentiali, aut perſonali, ex parte ſubiecti, aut ex parte prædicati? De quo hîc S. Thom. & Dur. *quæſt*. 1. & 2. Bonau. *artic*. 1. & 2. Okam. & Gab. *quæſt*. 1. Aur. *art*. 3. Interpret. S. Th. Caiet. Bonau. Zum. Nazar. Torres, Mol. Vazq. Arrub. Aluiz 1. *p. q*. 31. *art*. 3. & 4. Item, Ruiz *d*. 40. *de Trin*. Gran. *tr*. 5. *d*. 2. Zuñiga *d*. 6. *dub*. 1. Valent. *d*. 2. *q*. 5. *punct*. 3. & Suar. *lib*. 2. *de Trin. cap*. 4.

cap.4. Tanner. *1.p.dist.4.quæst.1.dub.7.numero 26.*

Quæst. II. Quibus proprietatibus excludantur, seu distinguantur, ac constituantur personæ diuinæ? De quo *dist.2.q.13.*

DISTINCTIO XXII.

De nominum differentia, quibus vtimur loquentes de Deo?

EXplicatis rebus, quæ pertinent ad vnitatem essentiæ, & Trinitatem personarum, exponit nomina, quibus significandæ sunt. Prima propositio est: Quinque sunt differentiæ nominum, quibus Deum exprimimus. Primò sunt nomina notionalia, proprietates personales singularum personarum exprimentia, vt Pater generans, Filius genitus, Spiritus spiratus. Secundò, nomina essentialia, omnibus, & singulis personis communia, vnitatem, & perfectionem essentiæ significantia, vt intelligens, volens, iustus, omnipotens. Tertiò, metaphorica, & translatitia, similitudinem cum creaturis referentia, vt agnus, leo, lapis. Quartò, ex tempore conuenientia; alia omnibus communia, vt Dominus, Creator; alia singularum propria, vt incarnatus, missus, Quintò, tribus personis collectiuè, & non seorsim conuenientia, vt Trinitas.

2 Secunda propositio. Nomina notionalia dicuntur relatiuè, & non substantialiter, hoc est, non dicuntur de omnibus singulatim, sicut substantia, & essentia Dei; sed de vna, aut duabus tantùm, sicut relationes, prout illæ ab aliis distinctæ significantur, vt Pater, Filius, Spirator, Spiratus.

3 Tertia propositio: Nomina essentialia non dicuntur relatiue, sed substantialiter, & communiter de omnibus, & singulis personis, vt sapiens, æternus, omnipotens. Quare, licet Pater sit sapiens, & Filius sapiens, & Spiritus sapiens; similiter potens, & æternus; tamen nec sunt tres sapientes, tres potentes, & tres æterni; quia nec tres sapientiæ, nec tres potentiæ, nec tres æternitates, sicut nec tres essentiæ, & Deitates; eodem enim, quo vnaquæque persona est Deus, etiam est sapiens, æterna, & potens.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Deus sit propriè nominabilis? De quo hîc S. Th. *art.* 1. *&* 2. Durand. *q.* 1. Scot. *q.* 1. Interpretes S. Th. Bañ. Nauarret. Ripa, Nazar. Gonzalez, Zum. Mol. Vazq. Arrub. & Fasol. 1. *p. q.* 13. *art.* 1. *&* 2. Suar. 1. *p. tr.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. Val. 1. *p. d.* 1. *q.* 13. *punct.* 1. Tann. 1. *p. disp.* 2. *q.* 7. *dub.* 1. Granad. 1. *p. contr.* 5. *disp.* 2.

Quæst. II. An possit imponi nomen significans Deum, prout est in se? De quo Scot. *q.* 1. Aureol. *art.* 2. Okam. & Gabr. *q.* 1. Fab. *d.* 48. Interpretes S. Thomæ nuper relati *q.* 13. *art.* 1. Item, Valent. 1. *p. d.* 1. *quæst.* 13. *punct.* 1. Gran. *controu.* 1. *tr.* 5. *d.* 1. Tanner. 1. *p. d.* 2. *q.* 7. *dub.* 4. Suar. *lib.* 2. *de attrib. c.* 31. *à n.* 10.

Quæst. III. An, & quod sit nomen significans essentiam Dei? De quo Aureol. *art.* 2. Scot. *q.* 1. Okam. & Gab. *q.* 1. Tann. 1. *p. d.* 2. *q.* 7. *dub.* 6. Gran. 1. *p. controu.* 1. *tr.* 5. *d.* 2. Suar. *lib.* 2. *de attrib. c.* 32. *à n.* 15. Alij *d.* 2. *q.* 4.

Quæst. IV. An sit possibile nomen comprehensiuum Dei? De quo hîc S. Thom. *art.* 2. eius Interpret. Cajet. Bañez, Zumel, Nazar, Ripa, Gonçalez, Molina,

Vazquez, Arrubal, & alij 1.*p.q.*12.*art.*7. Item Suar. 1. *p.tr.*1.*lib.*2.*c.*5. *& in* 3.*p.tom.*1.*d.*26.*sect.*2. Valent. 1. *p.d.*1.*q.*12.*punct.*7. Salas 1.2.*d.*4.*sect.*6. Granad. 1.*p.* *controu.*1.*tr.*5.*d.*13. Moncæus *d.*2. Lorca 1.2.*d.*33. Tann. 1.*p.d.*2.*q.*6.*dub.*6. Trigosius 1.*p.q.*7.*art.*1.*dub.* 7. Albertinus *tom.*1.*q.*4.*Theolog.in* 4.*coroll.ex* 1.*principio.n.*15.*& à n.*29. & alij ab ipsis relati.

Quæst. V. An Dei nomina sint vniuoca creaturis? De quo Aureolus *art.*2. Interpretes S. Thomæ *q.*13. *art.*5. Item, *q.*3.*art.*5. vbi Caiet. Bañez, Zum. Rip. Nazar. Arrub. & Fasol. Item, Valent. 1.*p.d.*1.*q.*13. *punct.*3. Tanner. 1.*p.d.*2.*q.*7.*dub.*3.

Quæst. VI. An multiplicitas nominum, quibus Deus significatur, arguat distinctionem rationis, aut ex natura rei inter perfectiones diuinas? De quo *dist.* 2.*q.*6.*&* 7.

Quæst. VII. An sint in Deo tres æternitates, aut tres immensitates? De quo *dist.*9.*q.*1.

DISTINCTIO XXIII.

Quòd nomen persona, cùm secundùm substantiam dicatur; tamen pluraliter, non singulariter accipitur.

HIc expendit dubium, quod occurrebat contra regulam præscriptam tertia propositione distinctionis præcedentis. Nam *persona* pluraliter dicitur in Deo, cùm Pater, Filius, & Spiritus sanctus, non sint vna persona, sed tres personæ.

Tamen nomen *perſona* non ſignificat relatiuè, ſed ſecundùm ſubſtantiam, & ad ſe: nam, vt ait Auguſtinus in textu: *Cùm dicimus perſonam Patris, non aliud dicimus, quàm ſubſtantiam Patris, ad ſe quippe perſona dicitur, non ad Filium, nec ad Spiritum ſanctum, ſicut ad ſe Deus dicitur, & magnus, & iuſtus, & bonus*. Ergo etiam nomina, quæ non ſignificant relatiuè, ſed ſecundùm ſubſtantiam, & abſolutè, plurificantur in Deo.

2 Reſpondet, à regula ſuperiori excipiendum eſſe nomen, *perſona*, quod, licèt ex modo ſignificandi ſit abſolutum, tamen vſu Eccleſiæ ex parte rei ſignificatæ eſt relatiuum in Deo. Rationem reddit cum Auguſtino; quia ex inopia vocũ non eſt vna vox, qua ſimul Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, relatiuè ſignificentur. Vt ergo vna voce, quid tres illi ſint, exprimamus, vtimur perſonæ nomine, quod ex modo ſignificandi ſonat abſolutè; quoad rem verò ſignificat relatiuè, nempè, incommunicabilitatem vnius cum alio omnibus perſonis ex ſingulis relationibus cõmunem. Eadem ratione, qua à Latinis *tres perſonæ*, à Græcis *tres ſubſtantiæ*, & *tres hypoſtaſes* dicuntur: quamuis vox, *ſubſtantia* & *hypoſtaſis* ad ſe, & abſolutè ſignificet: quia etiam Græcis deeſt vox vna, qua ſimul ea, quæ in Deo ſunt tria, quid ea ſint, pluraliter manifeſtentur. Ideò igitur multiplicantur perſonæ, quamuis perſona ſignificet abſolutè: quia vſu Eccleſiæ ſignificat ex obiecto proprietates relatiuas, quæ in Deo tres ſunt.

3 At vrgebis, eodem pacto dici poſſe tres Deos, ſicut tres perſonas, ſiquidem commune eſt tribus, eſſe Deum, ſicut eſſe perſonã, & perſona non magis ſignificat relatiuè, quàm Deus. Negat: quia id contradicunt ſacræ Litteræ, à quibus vox Dei impoſita eſt ad ſignifi-

significandam solam vnitatem, seorsim à pluralitate: prædicant enim, Deum esse vnum, & nullibi exprimunt personam esse vnam.

4 Si autem rursus vrgeas, sacras Literas, sicut non affirmant, tres esse vnam personam; ita nec affirmare esse tres personas. Respondet: Sufficit non contradicere esse tres personas, vt Ecclesia voce personæ vtatur liberè ad trium pluralitatem simul exprimendam.

5 At obiicies, liberum fore, prædicare tres essentias quia nec sacræ Litteræ id contradicunt, cùm nullibi vnam essentiam affirment. Negat: quià vox essentiæ ex parte rei significatæ vsurpata est ad exprimendam naturam, eiúsque pluralitas periculum faceret Hæreticis ad diuersitatem naturæ prædicandam. Igitur, quia secundùm fidem concipienda est in Deo vnitas, & pluralitas; voce essentiæ vtimur ad exprimendam vnitatem, & voce personæ ad exprimendam pluralitatem

6 Hinc cum Augustino, Ambrosio, & Hilario docet, Deum non esse admittendum solitarium, singularem, aut diuersum: quia solitudo, & singularitas excludit pluralitatem personarum; diuersitas verò vnitatem essentiæ.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An detur subsistentia realiter absoluta, & communis? De quo *dist.* 2. *q.* 11.

Quæst. II. An detur personalitas realiter absoluta & communis? De quo *dist.* 2. *q.* 12.

Quæst. III. Quibus constituantur, & multiplicentur personæ? De quo *dist.* 2. *q.* 13.

Quæst. IV. An tres personæ sint tres substantiæ,

E 5 seu

ſeu tres ſubſiſtentes? De quo Bonauent. hîc *art.* 2. *q.* 1. Interpretes S. Thomæ, Bañez, Zumel, Nazar. Ripa, Mol. Vazq. Arrub. Torres, & alij 1. *p. q.* 30. *art.* 2. Item, Suar. *tom.* 1. *in* 3. *d.* 11. *ſect.* 4. Ruiz *de Trin. d.* 34. Zuñiga *d.* 5. *dub.* 1. & Gran. *tr.* 4. *d.* 4. Tanner. 1. *p. d.* 4. *q.* 1. *dub.* 1. *à n.* 11. Alarcon 1. *p. tr.* 5. *d.* 4. *c.* 3. *&* *d.* 5. *cap.* 3. Valent. 1. *p. d.* 2. *q.* 3. *p.* 2. Aluiz *tr.* 4. *d.* 4. *ſect.* 3.

Quæſt. V. An, & quomodo detur ratio perſonæ abſtracta per intellectum, & communis tribus perſonis? De quo Aureol. hîc *ab art.* 1. Scot. & Gab. cum Okam. *q.* 1. Interpretes S. Thom. relati *ſuprà q.* 29. *art.* 1. *&* *q.* 30. *art.* 4. Item, Suar. *de Trin. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 10. *& ſequentib.* Valent. *q.* 4. *punct.* 3. Ruiz *d.* 35. Zuñiga *d.* 5. *dub.* 4. Tann. 1. *p. d.* 4. *q.* 1. *dub.* 5. Alarcon 1. *p. tr.* 5. *d.* 4. *c.* 2. Aluiz *tr.* 4. *d.* 4. *ſect.* 5.

Quæſt. VI. An ratio perſonæ conſtituatur poſitiuo, aut negatiuo conceptu? De quo hîc Scot. *q.* 1. Interpretes *q.* 29. *art.* 1. Suar. *tom.* 1. *in* 3. *partem, d.* 11. *ſect.* 3. *& lib.* 1. *de Trinit. c.* 3. *& tom.* 2. *Metaph. d.* 14. *ſect.* 2. Ruiz *de Trinit. d.* 39. *ſect.* 5. Aluiz *tr.* 4. *d.* 4. *ſect.* 1. Tanner. 1. *p. d.* 4. *q.* 1. *dub.* 5. Valent. 1. *p. d.* 2. *q.* 3. *p.* 3. Alarcon 1. *p. tr.* 5. *d.* 4. *c.* 1. Zuñiga *d.* 4. *dub.* 1. *à n.* 4.

DISTINCTIO XXIV.

Quid ſignificetur in Deo his nominibus, vnus, *vel* vna; duo, *vel* duæ; tres, *vel* tria; plures, *vel* pluralitas; diſtinctio, *vel* diſtinctæ.

PRima propoſitio: Vocibus vnitatis vtimur ad remouendam multiplicitatem eius rationis, quæ prædicatur

prædicatur vna. Deus enim vnus dicitur, & Pater vnus, vt remoueatur pluralitas Deorum, & Patrum.

2 Secunda propositio: Voces numerales pluralitatis introductæ sunt in Deo ad excludendam singularitatem, solitudinem, & vnitatem personarum. Sic personæ dicuntur plures, vt negetur esse vnam; dicuntur tres, vt negetur esse tantùm duas, aut esse quatuor; similísque est significatio Trinitatis.

3 Tertia propositio: Vocibus distinctionis, & discretionis personarum vtimur ad relegandam confusionem, & permixtionem earum contra Sabellium. Cùm autem distinctas addimus proprietatibus personas, reiicimus distinctionem per naturam, tantúmque pluralitatem significamus proprietatum, quibus personæ constituuntur, & distinguuntur.

4 Obiicit Isidorum asserentem, in Deo esse vnitatem singularem, & Trinitatem multiplicem, & numerabilem: quod vid tur aduersari Augustino, Ambrosio, & Hilario adductis *distinct. præcedenti, numero vltimo*. Respondet: *Singulare*, Isidorus accipit idem, quod, *vnum*; & *multiplex*, idem, quod *plura*; ideóque solùm contendit, naturam esse vnam, & personas plures. Vnde non re, sed voce tantùm discrepat ab aliis Patribus.

Notationes.

1 DVo in hac distinctione communiter improbantur ab Scholasticis. Primum, quòd Magister docet, voces numerales in Deo potiùs esse introductas, quàm proprias. Secundum, eas voces non significare aliquid positiuum, sed negatiuum.

2 Sanum tamen, ac verum sensum habere possunt.

Primam

Primam propositionem sic intellige: Numerus primæua significatione denotat numerum arithmeticum, in quo partes numeri differunt substantialiter, & minus quid sunt, quàm totus numerus. Vnde translata est vox ad numerum transcendentalem, qui solam plurium distinctionem importat. Quia igitur in Deo non est arithmeticè numerus, sed transcendentaliter; ideò vsus vocum numeralium dicitur à Magistro introductus, & non proprius; scilicet, proprietate arithmetica, & primæua huius vocis. Qua ratione prima propositio traditur sana, & vera à S. Thoma *in hac quæst.* 1. *artic.* 2. Scot. *quæst. vnica,* & Aureolo *artic.* 1. *propositione* 2. & 3.

3 Secundam propositionem sic explica: Numerus significat partim positiuum, partim negatiuum? sed vltimò negatiuum: quippe significat entitatem positiuam, quam sequitur exclusio alterius entitatis. Qua ratione hanc propositionem docent veram in præsenti S. Thom. *q.* 1. *art.* 3. & 4. & 1. *p. q.* 30. *art.* 3. Capreol. *art.* 2. *concl.* 2. & 3. & Carthusianus *q.* 3.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An numerus conueniat Deo propriè? De quo hîc S. Thom. Scot. Ricard. Carthus. & Capreol. *q.* 1. Interpretes S. Thom. sæpius relati 1. *p. q.* 30. *art.* 3. & *q.* 31. *art.* 1. Item; Ruiz *de Trinit. disp.* 37. cum aliis, quos ipse refert. Alarcon 1. *p. tract.* 5. *d.* 5. *cap.* 5. *num.* 4. Suar. *de Trinit. lib.* 3. *cap.* 7. Tanner. 1. *p. disp.* 4. *q.* 1. *dub.* 3. *n.* 42. & 43.

Quæst. II. An numerus in Deo importet positiuum, an negatiuum? De quo hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 3. & 4.

Bonauent.

Bonauent. *art.* 2.*q.* 1. Durand. *q.* 1. Interpretes S.Th. relati 1.*p.q.* 30.*art.* 3. Item, Ruiz *de Trinit.d.* 37.*sect.* 4. & 5. cum aliis, quos ipse refert. Tannerus 1.*p.* *d.* 4.*q.* 1.*dub.* 3.*num.* 42.& 43. Albertin. *tom.* 2.*prædic. relat. coroll.* 1.*q.* 2.

Quæst. III. An vnitas cum pluralitate componatur? De quo *dist.* 2.*q.* 5.

Quæst. IV. An numerus personarum importet compositionem integralem? De quo *dist.* 19.*q.* 5.

Quæst. V. Quibus constituantur, & multiplicentur personæ? De quo *dist.* 2.*q.* 13.

DISTINCTIO XXV.

Quid significatur, cùm dicitur pluraliter, tres personæ, *vel* duæ personæ?

TRibus propositionibus tota littera continetur. Prima est: Persona significat essentiam in Deo. Probatur ex Augustino, primò, quia ait, personam esse ad se, sicut Deum, & idem significare, quod Deum. At Deus significat essentiam. Ergo etiam persona. Secundò, quia ait, ideò Patrem esse personam; item Filium, & Spiritum sanctum: quia persona significat aliquid tribus commune. At sola essentia est tribus communis. Ergo persona significat essentiam.

2 Secunda propositio: Persona etiam significat subsistentiam, & proprietatem personalem, & relatiuam. Probatur ex eodem Augustino primò: quia ait, nomine personæ vti ad significandum, quid sint tres, vel tria, quæ in Trinitate realiter distinguuntur. At non

non significamus, ea esse tres essentias. Ergo significamus esse tres subsistentias, & proprietates personales. Secundò, quia ait, idem à Latinis accipi nomine personæ, quod à Græcis nomine hypostasis: At à Græcis nomine hypostasis non significatur essentia, sed relatiua subsistentia. Ergo eadem significatur à Latinis nomine personæ. Probatur minor: quia ait Augustinus, à Græcis nomine hypostasis significari substātiam, aliter quàm à nobis substantia significatur: Ergo à nobis accipitur substantia pro essentia, ab illis verò pro relatiua subsistentia. Quare admittunt Græci in Deo tres substantias, sicut tres hypostases, & subsistentias. Ergo nomine hypostasis non significatur à Græcis essentia, nec à nobis nomine personæ, sed relatiua subsistentia.

3 Si obiicias, nomine personæ cum Augustino explicari à nobis, quid sint in Trinitate tres illi, quos confitemur distinctos: quid autem illi sint, non explicari, nisi per quidditatem, & essentiam. Respondet, nomine personæ significari, quid sint tres illæ res, qua ratione ab inuicem sunt distinctæ, non qua sunt vnum. At qua ratione distinctæ sunt, non explicatur per essentiam, sed per proprietatem relatiuam, & personalem. Itaque nomine personæ solùm explicatur, quid illæ sint proprietate personali, non verò essentia communi. Vbi obiter notat Magister, posse tres personas nuncupari tres res: quia Augustinus eas vocat pluraliter *res, quibus nobis fruendum est*, quanquam simul sint vna solùm res, & essentia.

4 Tertia propositio: Persona diuerso modo significat essentiam, & subsistentiam: nam subsistentiam relatiuam significat in recto, & essentiam in obliquo; & ideò

& ideò plurificatur persona, sicut relatiua subsistentia. Probatur primò ex Augustino dicente, alium esse in persona Patrem, alium Filium, alium Spiritum sanctũ. Si autem persona significaret in recto naturam, non esset alius in persona Pater, alius Filius, & Spiritus sanctus; cùm in natura alius non sit Pater à Filio, sed omnino vnus, & idem. Secundò, quia ait Hieronymus, personas esse proprietates personales. In recto autem significatur id, quod persona esse dicitur, quando, quid sit persona, definitur. Tertiò, quia Damascenus explicat personam per hypostasim, & subsistentiam. Id autem, per quod persona explicatur, importatur in recto. Denique, quia persona multiplicatur in Patre, Filio, & Spiritu sancto. Multiplicatio autem, & distinctio prouenit à multiplicatione, & distinctione eius, quod significatur in recto. Cùm igitur non multiplicetur, neque distinguatur essentia, sed sola proprietas, & subsistentia relatiua, non significat persona in recto essentiã, sed proprietatem, & relatiuam subsistentiã.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An persona significet in recto essentiam, an proprietatem relatiuam? De quo hîc Bonau. *art.* 1. *q.* 1. Ricard. *art.* 2. *quæst.* 1. Aureol. *art.* 3. Scot. Gabr. Okam. *q.* 1. Item, Caiet. Zum. Pañez, Nazar. Ripa, Aluiz, Mol. Vazq. Arrub. & Torres *in* 1. *p. q.* 29. *ar.* 4. Item, Val. *de Trin. q.* 3. *punct.* 4. Suar. *lib.* 3. *c.* 3. Zuñiga *d.* 5. *dub.* 7. Granad. *tr.* 4. *d.* 3. Ruiz *d.* 32. *à sect.* 7. Tann. 1. *p. d.* 4. *q.* 1. *dub.* 1. *n.* 7. Alarcon. 1. *p. tr.* 5. *d.* 4. *c.* 1.

Quæst. II. Quam proprietatem constitutiuam importet persona, an originem, an relationem? De quo *dist.* 2. *q.* 13.

Quæst.

Quæſt. III. An perſona ſignificet formaliter negationem? De quo hîc Aureol.*art*.2.§. *Quapropter*. Alij *diſt*.23.*q*.6.

Quæſt. IV. An detur perſonalitas abſoluta, & communis? De quo hîc S.Thom.*q*.1.*art*.3. Durand.*q*.2. Aureol.*art*.1.*& ſequentibus*, & alij *diſt*.2.*q*.12.

Quæſt. V. An perſona dicatur vniuocè de Deo & creatura? De quo hic S.Thom.*q*.1.*art*.2.Dur.*q*.1. & alij *diſt*.22.*q*.5.

Quæſt. VI. An à perſonis diuinis poſſit abſtrahi ratio ipſis vniuocè communis? De quo hîc S.Thom. *ſuprà* Aureol.*art*.2.Gab.*art*.1. & alij *diſt*.23.*q*.5.

Quæſt. VII. An ſint admittendæ in Deo tres ſubſtantiæ, aut tres ſubſiſtentiæ? De quo *diſt*.23.*q*.4.

DISTINCTIO XXVI.

De proprietatibus perſonarum: ſed priùs de hoc nomine, hypoſtaſis.

EXpoſitis nominibus, quibus loquimur de Deo, proprietates, & notiones exponit, quibus diſtinguimus perſonas. Præmittit tamen, quid nomine *hypoſtaſis* intelligendum ſit. Hæretici enim, referente Hieronymo, ea voce abutebantur ad decipiendum fideles, iam eâ ſignificantes eſſentiam, iam perſonalitatem, & incommunicabilem ſubſiſtentiam. Quare conſilio Hieronymi, nobis differentibus cum Hæreticis præmittenda eſt explicatio vocis, vt vna, aut triplex hypoſtaſis concedatur perſonis, ne abuſu vocis, & æquiuocatione incautè, aut triplicem eſſentiam, aut

aut vnam tantùm personam admittamus. Itaque, si in disputatione conueniatur, per hypostasim significari *ousiam*, seu essentiam, vna tantùm hypostasis admittenda est: si verò significari personam; non vna, sed tres hypostases sunt prædicandæ. Quod seclusis æquiuocis vocibus securiùs, fideliúsque dicemus, esse vnam tantùm essentiam, & tres personas.

2 Iam conclusio est: Notiones, seu proprietates personarum sunt Paternitas, Filiatio, & Spiratio; quæ aliis vocibus sunt, generatio, natiuitas, & processio; seu genuisse, natum esse, & procedere. Probatur: Hæc tria realiter distinguuntur inter se. Ea autem, quæ realiter distinguuntur inter se, sunt proprietates personarum, provt ab inuicem sunt distinctæ. Ergo ea sunt proprietates personarum. Minor, & consequentia constant. Maior probatur primò: quia id expressè asseritur ab Augustino in contextu. Secundò, quia ea tria sunt relatiua. Quæ autem relatiua sunt, ab inuicem distinguuntur.

3 Vnde constat primò, in Deo esse aliqua prædicata, quæ non sunt essentialia, seu substantialia Deo, nempe, proprietates personarũ. Nam prædicata essentialia communia sunt personis. Proprietates autẽ relatiuæ non sunt cõmunes. Secundò, prædicata relatiua, & propria personarum esse media inter substantialia, & accidentalia: quia relatiua, & propria, nec sunt essentialia, nec accidentalia. Non sunt essentialia, quia non sunt cõmunia. Non accidentalia, quia non sunt personis contingentia & separabilia: Patri enim non est contingens, & separabilis Paternitas, & generatio, cùm semper inseparabiliter fuerit genitor, & Pater. Consequenter neque Filio est contingens natiuitas;

ſeu filiatio: ſimiliter Spiritui ſancto ſpiratio, ſeu proceſſio. Tertiò conſtat, propriũ eſſe primæ perſonæ eſſe genitorem, & Patrem; ſecundæ eſſe natum, & Filium; tertiæ eſſe Spiritum ſanctum, & donum: quandoquidem in eſſe talium conſtituuntur per proprietates relatiuas enumeratas. Vbi notat, in tertia perſona relationem ad alias duas non exprimi nomine Spiritus ſancti, ſicut nomine doni; quia Spiritus ſanctus non exprimit oppoſitionem cum illis, ſicut donum.

4 Obiicit primò: Etiam homines ſunt filij Dei Ergo non eſt proprium ſecundæ perſonæ eſſe Filium Dei. Reſpondet: Eſt diſcrimen inter homines, & ſecũdam perſonam. Primò ex Hilario, quòd ſecunda perſona eſt Filius Dei naturalis, & non adoptiuus; homines verò ſunt adoptiui, & non naturales. Secundò ex Auguſtino, & Hilario, quòd ſecunda perſona eſt Filius ſolius primæ perſonæ; homines verò per gratiam iuſtificantem ſunt filij totius Trinitatis, cùm ab omnibus perſonis æqualiter adoptentur in filios.

5 Obiicit ſecundò Totâ Trinitas eſt Spiritus ſanctus, cùm nulla ſit perſona, quæ non ſit Spiritus, & ſancta. Ergo eſſe Spiritum ſanctum non eſt proprietas tertiæ perſonæ. Reſpondet: Spiritus ſanctus bifariam ſumitur; primò eſſentialiter, prout ſignificat immaterialitatem, & ſanctitatem; ſecundò notionaliter, & relatiuè, prout ſignificat ſpirationem, & proceſſionem amoris. Primo modo tota Trinitas eſt Spiritus ſanctus. Secundo modo ſola tertia perſona, eáque ratione, eſſe Spiritum ſanctum, eius proprietas dicitur.

6 Obiicit tertiò: Pater non eſt Spiritus ſancti Pater, aliàs Spiritus ſanctus eius eſſet Filius; neque Filius eſt Spiritus ſancti Filius, aliàs Spiritus ſanctus eſſet

esset eius Pater. Ergo Spiritus sanctus non est relatiuus ad Patrem, & Filium, cùm in eis non sit correlatio ad Spiritum sanctum. Respõdet: Quamuis Pater, & Filius non sint voces correlatiuæ ad Spiritum sanctum, potest Spiritus sanctus ad eos referri: quia aliis vocibus potest eorum correlatio explicari, vt voce spiratoris, atque datoris.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An sit in Deo hypostasis, & personalitas absoluta, & communis; De quo hîc Dur. *q*. 1. Alij *dist*. 2. *q*. 12.

Quæst. II. An origines, & relationes personarum distinguantur inter se? De quo Interpretes S. Thom. 1. *p*. *q*. 40. *ar*. 2. Item, Suar. *lib*. 6. *de Trin*. *cap*. 1. Ruiz *d*. 83. 84. & 85. Zuñiga *d*. 3. *dub*. 7. Gran. *tr*. 12. *d*. 4. Valent. 1. *p*. *d*. 2. *q*. 2. *p*. 4. Tann. 1. *p*. *d*. 4. *q*. 3. *dub*. 5. Alarcon 1. *p*. *tr*. 5. *d*. 3. *c*. 2.

Quæst. III. An personæ originibus, an relationibus cõstituãtur, aut distinguãtur? De quo hîc S. Th. *q*. 2. *ar*. 2. Dur. Greg. Scot. Gabr. & Okam. *q*. 1. Alij *dist*. 2. *q*. 13.

Quæst. IV. An seclusis relationibus distinguantur personæ, vt si Spiritus sanctus non procederet à Filio, non distingueretur ab illo? De quo hîc S. Th. *art*. 2. Dur. & Scot. *q*. 1. Aureol. *art*. 4. Alij *dist*. 11. *q*. 4.

Quæst. V. An relationes, etiam secundùm esse adsint in Deo reales. De quo hîc S. Th. *q*. 2. *art*. 1. Interpretes, Caiet. Zum. Nazar. Bañez, Ripa, Molin. Vazq. Arrubal; Torres, & Aluiz 1. *p*. *q*. 28. *art*. 2. Item, Suar. *lib*. 5. *de Trin*. *c*. 1. Valent. *q*. 2. *punct*. 1. Ruiz *d*. 9. Gran. *tr*. 3. *d*. 1. Alarcon 1. *p*. *tr*. 5. *d*. 3. *c*. 1. Albert. *tom*. 2. *prad*. *relat*. *corol*. 1. *q*. 2. Tanner. 1. *p*. *disp*. 4. *q*. 3. *dub*. 1. *n*. 11.

Quæſt. VI. An,& quot ſint notiones in Deo? De quo hîc S.Th.& Dur.*q.*1.Interpret.S.Th.nuper relati 1.*p.q.*32.*art.*1.& 2.Item,Suar. *lib.*5.*de Trin.c.*9. & 10.Val.*q.*6.*punct.*2.3.& 4.Ruiz *d.*46.& 47.Zuñiga *diſp.*7.*dub.*Gran.*tr.*7.*d.*1.& 2.Tan.1.*p.d.*4.*q.*3. *dub.*5.Alarcon 1.*p.tr.*5.*d.*5.6.& 7.

Quæſt. VII. An origines actiuæ, & paſſiuæ diſtinguantur inter ſe? De quo *diſt.*5.*q.*7.

Quæſt. VIII. An proprietates relatiuæ importent perfectionem ſuperadditam eſſentiæ? De quo *diſt.*2.*q.*9

Quæſt.IX.An eſſe genitum,& Filium ſit proprium ſecundæ perſonæ? De quo *diſt.*4.*q.*6.

Quæſt. X. An hominem eſſe filium adoptiuum Dei ſit effectus formalis gratiæ iuſtificantis abſque nouo fauore Dei?De quo Bellarm. *lib.*2.*de iuſtificatione, cap.*16. Leſſius *lib.*12.*de diuinis perfectionibus, cap.*11.Con.2.2.*d.*21.*dub.*8.Suar.*lib.*7.*de gratia,cap.*1.Vazq.12.*d.*240.Torres 2.2.*d.*72.*dub.*2. Lorca *de gratia,d.*36.Tanner.1.2.*d.*6.*q.*5.*dub.*3. Granad.1.2. *tr.*8.*d.*4. Valent.1.2.*d.*8.*q.*5.*punct.*5. Curiel.1.2.*q.*113.*art.*2.*dub.*1. vbi Medina,Conr.Zum.& alij Interpretes S.Thom. cum pluribus antiquorum, quos ſuperiores Anthores referunt.

DISTINCTIO XXVII.

An eaſdem proprietates aßignent Auguſtinus, & Hilarius; & an iſtæ ſint Paternitas, Filiatio, & Proceſsio?

DIxit Auguſtinus, proprietates perſonarum eſſe generationem, natiuitatem, & proceſſionem; Hilarius

Hilarius verò esse paternitatem, filiationem, & spirationem. Nunc quærit, an origines, quas Augustinus proprietates personarum docuit, distinguantur à relationibus, quas docuit esse proprietates Hilarius.

2 Prima conclusio: Origines, & relationes ex parte obiecti idem omninò sunt; & solis nominibus distinguuntur. Nam Pater eo apprehenditur Pater, quo generans; & eo generans, quo Pater: & Filius eo apprehenditur Filius, quo genitus; & eo genitus, quo Filius: similiter Spiritus sanctus eo spiratus, quo procedēs ex amore; & eo ex amore procedens, quo spiratus.

3 Secunda conclusio: Origines, & relationes aliter significantur in concreto, aliter in abstracto. Nam Pater, Filius, & Spiritus sanctus; item, Deus, generans, genitus, & procedens, in concreto significant directè personalitates ad modum personæ per se stantis, & per species personæ creatæ. Paternitas verò, Filiatio, & spiratio; item, generatio, natiuitas, & processio, in abstracto significant proprietates ad modum adiacentium personis, & non personarum per se stantium, apprehenduntúrque per species originis, & relationis accidentalis creatæ.

4 Tertia conclusio: Proprietates enumeratæ, tam origines, quàm relationes, ex parte obiecti constituũt, & distinguunt personas, & sunt proprietates incommunicabiles personarum: tum, quia ex sententia Damasceni, personæ non constituuntur, & distinguuntur per essentiam, sed per characteristica idiomata, quæ sunt proprietates relatiuæ: tum, quia proprietates relatiuæ ab inuicem distinguuntur, & mutuò incommunicabiles sunt. Ergo personæ constituuntur incommunicabiles, & distinguuntur per illas. Notat tamen

cum Damasceno, hanc distinctionem, & incommunicabilitatem conuenire personis absque diuisione, & distantia earum inter se: quia cum ea distinctione proprietatum componunt personæ identitatẽ essentiæ.

5 Quarta conclusio: Easdem proprietates personales Patris, & Filij designant hæc nomina, *genitor*, & *genitus*. Item, ex parte Filij, *Verbum*, & *imago*. Nam Pater eo est Pater, quo genitor; & Filius, eo Filius, quo genitus: & sicut Pater ad Filium, & Filius ad Patrem sic genitor ad genitum, & genitus ad genitorem refertur. Item, ex parte Filij hæc nomina, *Verbũ*, & *imago*, non sunt communia Patri; sed propria, & relatiua Filij: neque enim Pater est Verbum, & imago sui, quamuis sit sapientia sui: verbum enim realiter profertur, seu producitur à loquente, in eumque refertur; & imago naturalis exprimitur, seu producitur ab eo, quem repræsentat, refertúrque in ipsum.

6 Vnde colligitur, essentialia non esse propria, sed communia: quia de omnibus personis dicuntur; & relatiua non sunt. Nec obest dici, *Deum de Deo*, *lumen de lumine*, cùm *Deus*, & *lumen*, essentialia sint. Nam, licet *Deus* & *lumen*, absque addito essentialia significent possunt cum addito personalia significare, vt *Deus generans* denotat Patrẽ: & *Deus genitus, mortuus, passus*, denotat Filium. Similiter igitur *Deus de Deo*: quia, licet Pater Deus sit, non tamen Deus de Deo, quia dictio, *de*, interposita termino communi exprimit processionem realem vnius ab alio, quod sibi identificatur quoad rem significatam per terminum communem. Quare termio communi personali non potest ea dictio interponi; nec enim dicitur Verbum de Verbo, Filius de Filio, sicut Deus de Deo.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

IN hac distinctione moueri possunt omnes quæstiones, quæ in distinctione præcedenti; quarum materia vna, & eadem est. Prætereà quæstiones sequentes.

Quæst. I. An origines sint priores relationibus? De quo hîc S.Th.& Dur.*q*.1. Interpretes S.Thom. Caiet.Bañez, Zumel.Nazar.Ripa, Mol.Vazq. Arrubal, Aluiz, vterque Torres 1.*p*.*q*.40.*art*.4.Item, Ruiz *de Trinit*.*q*.41.Suar.*lib*.6.*de Trin*.*cap*.1.Valent. *q*.14. *punct*.4.Granad.*tr*.12.*disp*.4. Tann.1.*p*.*d*.4.*q*.3.*dub*. 5.*à n*.29.Alarcon 1.*p*.*tr*.5.*d*.6.*cap*.7.Zuñiga *de Trinit*.*disp*.15.*dub*.5.*memb*.5.

Quæst. II. An Verbum sit in Deo essentiale, & commune? De quo hîc S.Th.*q*.1.*art*.1. Durand.*q*.1. Interpretes S.Th. nuper relati 1.*p*.*q*.34.*art*.1. Item, Suar.*de Trinit*.*lib*.9.*cap*.3. Valent.*q*.8.*punct*.1. Ruiz *disp*.57. Zuñiga *disp*.9.*dub*.2. Gran,*tr*.9.*d*.2. Tannar.1. *p*.*d*.4. *quæst*.4.*dub*.2.& 3. Alarcon 1.*p*.*tr*.5. *disp*.8.*cap*.3.

Quæst. III. An Verbum procedat ex cognitione totius Trinitatis,& essentiæ? De quo hîc S.Th. *q*.2. *art*.3.Interpretes S.Thom.iam relati *vbi supra*. Item, Suarez *lib*.9. *de Trinit*. *cap*.4. & 5. Ruiz *disp*.61. Zuñiga *dist*.9.*dub*.34. & 5. Granad. *tract*.9.*disp*.5. Tand.1. *p*.*disp*.4.*q*.4. *dub*.3. Valent.1.*p*. *disp*.?.*q*.8. *puncto* 2.Albertin. *tom*.2. *prædic*.*relat*.*corol*.14.*dubitat*.1. Alarcon 1. *p*.*tract*.5.*disp*.8.*cap*.7.& 8. Aluiz *tr*.4.*disp*.8.*sect*.4.

Quæst. IV. An Verbum procedat ex cognitione omnium creaturarum possibilium, & existentium?

De quo hîc S.Th.q.2.art.3.Interpretes S.Thom.relati *vbi suprà*, Item, Suar. *de Trinitate, lib.9.c.6.& 7.* Ruiz *d.62.& 63.*Zuñiga *d.9. dub.6.& 7.* Val. *q.8. punct.2.* Granad. *tr.9.d.6.*Tann.1.*p.d.4.q.4. dub.3.* Albert.*tom.2.præd.relat.corol.14.dub.1.*Alarcon 1.*p. tr.5.d.8.c.9.*Aluiz *tract.4.d.8.sect.6.& 7.*

DISTINCTIO XXVIII.

Quòd non tantùm tres prædictæ proprietates sunt in personis; sed etiam, quæ aliis significantur nominibus, vt ingenitus.

PRima conclusio: Esse ingenitum est notio propria Patris, & à paternitate distincta. Nam esse ingenitum non est aliud, quàm esse improductum ab alio priori. At hoc proprium Patris, cùm aliæ personæ non sint improductæ. Rursus, hoc est, secundùm Augustinum, distinctum ab esse Patris. Primò, quia apprehenditur persona improducta, quin apprehendatur Pater: nam apprehenditur improducta solùm, quia cogitatur non procedens ab alia, quamuis non apprehendatur producens aliam. At non apprehenditur Pater, quin apprehendatur aliam personam producens. Secundò, quia apprehenditur Pater, quin persona apprehendatur improducta ab alia: plures enim sunt patres creati, qui sunt ab aliis producti. Vnde esse ingenitum, relatiuum est: nam, sicut genitum ad genitorem; ita ingenitum ad non genitorem refertur: ingenitus enim relationem importat ad negationem eius, quid respiceret Pater, si esset genitus.

2 Obiicit

2 Obiicit primò: Spiritus sanctus est ingenitus, cùm non sit genitus, ac Filius. Ergo esse ingenitum non est notio Patris. Respondet: Spiritus sanctus non est ingenitus, quamuis non sit genitus: quia, licèt inspecta etymologia vocis idem sit ingenitus, ac non genitus: tamen ex vsurpatione vocis idem non est; quia ea vox accommodata est Patri ad significandam dignitatem innascibilitatis primæ personæ propriam, quæ sola ab alia priori improducta est.

3 Secundò obiicit: Ingenitus, & genitus non sunt eiusdem naturæ. Ergo Pater ingenitus non erit eiusdem naturæ cum Filio. Ambrosius omittit antecedens: quia, Patrem esse ingenitum, non est expressum in sacris Litteris; esse verò eiusdem naturæ cum Filio, expressum est. Interdum tamen dissimulanda est Hæreticis veritas, quæ non est expressa in Scripturis, ne derogent veritati in ipsis expressæ. Deinde, Magister negat antecedens: quia, vt ingenitus distinguatur à genito, non requiritur distinctio naturæ; sed sufficit distinctio proprietatis relatiuæ: quamuis enim diuersum sit esse ingenitum, & esse genitum, sicut esse Patrem, & esse Filium, quia notio, & proprietas Patris diuersa est à notione, & proprietate Filij; cæterùm non est diuersum esse ingeniti, seu Patris, ab esse geniti, seu Filij: quia essentia diuersa non est, quæ significatur per esse Patris, aut per esse simpliciter.

4 Secunda conclusio: Sicut esse Verbum, & imaginem Patris est proprietas Filij; ita & esse sapientiam natam, vel genitam. Quia hoc cõpetit soli Filio, & non aliis personis. Verùm, vt notat August. non est notio distincta à notione imaginis, & Verbi: quia eo ipso, quòd Filius, Verbũ, & imago est, etiam nata, seu genita

ſapientia eſt. Vndè, licet ſapientia abſolutè notet eſſentiam, quia Deo idem eſt eſſe, quod ſapere; at verò ſapientia nata denotat relationem, per quam communis ſapientia Filij propria & notionalis ſignificatur. Equidem, eſſe ſapientiam natam non poteſt affirmari de Patre, aut Spiritu ſancto. Similiter, eſſe imaginem, iuxta Auguſtinum, & Hilarium, exprimit interdum naturam tribus perſonis communem, cùm homo dicatur conditus ad imaginem Dei toti Trinitati communem: at verò eſſe imaginem Patris exprimit ſolam relationem Filij; quia ei ſoli competit adæquatè, & naturaliter referre Patrem.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An, & quot ſint notiones perſonarum? De quo hîc Gab. *art*. 3. & Fab. *diſp*. 49. Alij *diſtinct*. 26. *quaeſt*. 6.

Quæſt. II. An ratio ingeniti ſit propria Patris? De quo hîc S. Thom. Scot. & Durand. *q*. 1. Bonau. *art*. 1. *q*. 3. Gab. *art*. 2. Alij *diſt*. 13. *q*. 4.

Quæſt. III. An Pater conſtituatur innaſcibilitate, an generatione, ſeu relatione? De quo hîc S. Thom. *quaeſt*. 1. *art*. 2. Aureol. *art*. 3. Scot. *q*. 2. *&* 4. Durand. *q*. 2. Alij *diſt*. 2. *q*. 13.

Quæſt. IV. An innaſcibilitas importet poſitiuum, an negatiuum? De quo hîc Bonau. & Aureol. *art*. 1. Interpretes S. Th. Caiet. Bañez, Zum. Nazar. Ripa, vterque Tor. Molin. Vazq. & Arrub. 1. *p*. *q*. 33. *art*. 4. Ruiz *de Trinit*. *d*. 53. Zuñiga *d*. 8. *dub*. 2. Suar. *lib*. 8. *de Trinit*. *cap*. 2. *à n*. 5. Granad. *tr*. 7. *d*. 2. *à n*. 4. *& tr*. 8. *d*. 4 *n*. 5. Tann. 1. *p*. *d*. 4. *q*. 4. *dub*. 1. *n*. 10. Val. 1. *p*. *d*. 2. *q*. 6. *punct*.

punct,4. Aluiz *tract*.4.*d*.7. Alarcon 1,*p*.*tr*.5.*d*.7.*c*.1, *num*,9.

Quæst. V. An innascibilitas distinguatur à paternitate? De quo hîc Bonauent. & Dur. *q*.2.*art*.4. Interpretes S.T. nuper relati 1.*p*.*q*,33.*art*.4, Item, Ruiz *d*. 63, Zuñiga *d*.8.*dub*.2.*&* *disp*.15.*dub*.1. Suar.*lib*.8.*de Trinit*.*cap*.2.*à n*.8. Albertin,*tom*.2.*prædict*.*relat*.*corol*. 13.*dub*.2. Alarcon.1.*p*.*tract*.5. *disp*.7. *cap*.1.*à n*.15. Granad. 1.*p*,*tract*,7.*disp*.2.*à n*.6. Tanner.1.*p*.*disp*.4. *q*.3.*dub*.5.*à n*.26.

Quæst. VI. An ratio imaginis sit essentialis, an notionalis Verbo? De quo hîc S.Th.*q*.2.*art*.3. Durand. *q*.3. Interpretes S. Th. Bonau. Zumel, Ripa, Nazar. Molin. Arrub. Vazq. & alij 1.*p*.*q*.35, *art*.1. Item, Ruiz *de Trin*.*d*.64. Zuñiga *d*.10.*dub*.2. Val.*q*.9.*punct*. 1, Gran.*tr*.9.*d*.11. Albert.*tom*.2.*præd*.*rel*.*corol*.14.*d*.3. Alarcon. 1.*p*.*tract*.5. *disp*.8.*cap*.10. Tanner.1.*p*.*d*.4. *q*.4.*dub*.2. Aluiz *tr*.4.*d*.8.*sect*.8.*&* *seqq*.

Quæst. VII. An Spiritus sanctus sit imago Patris, & Filij? De quo hîc S,Thom.*art*.4. Eius Interpretes 1.*p*.*q*.35,*art*,2. Item, Suar.*de Trin*.*lib*.11.*cap*.6. Valent.*q*.9.*punct*.2. Ruiz *disp*.64. Zuñiga *disp*.10. *dub*.4. 5.*&* 6. Granad, *tr*.9.*disp*.11.*à sect*.2. Albert. *tom*.2. *præd*.*relat*.*corol*.14.*disp*.3. Alarcon 1.*p*.*tract*.5.*disp*.8. *cap*.16. Tanner.1.*part*.*disp*.4.*q*.4.*dub*.2. Aluiz *tr*.4. *disp*.8.*sect*.8, *&* *seqq*.

Quæst. VIII. An Spiritus sanctus non sit genitus, & Filius? De quo *dist*.4.*q*.6.

Quæst. IX. An ratio ingeniti sit relatiua? De quo Tann.1.*p*.*d*.4.*q*.4.*dub*.1.*n*.11. Alarcon 1.*p*. *tr*.5.*d*.7. *cap*.1.*à n*.16. Granad.1.*p*.*controu*.5.*tr*.8.*disp*.4.*n*.4. Interpretes S.Thom.1.*p*.*q*.33.*art*.4.

DISTIN

DISTINCTIO XXIX.

De principio, quod relatiuè dicitur, & multiplicem notat relationem.

PRincipium eſt relatiuum ad id, quod à principio procedit. At, quia multiplici modo Deus principium eſt; ideò multiplicem exprimit relationem: quod ſequentibus concluſionibus explanatur.

2 Prima eſt: Eſſe principium totius Diuinitatis, eſt notio ſolius Patris, notans relationem ipſius. Quia ſolus Pater à nullo eſt, & ab eo eſt omnis communicatio Deitatis, tam Filio, quàm Spiritui ſancto. Hoc autẽ eſt, eſſe totius Trinitatis principium: nam principium Deitatis nõ dicitur, quòd producat Deitatẽ; ſed quòd producat omnes perſonas, quibus Deitas communicatur: à Patre enim generatur Filius, & procedit Spiritus ſanctus, & vtrique Diuinitas communicatur. Vnde, iuxta Hilarium, Pater dicitur initiũ, & principium ſine principio. Cæterùm, hæc notio non eſt diſtincta à notione ingeniti, Paternitatis, & ſpiratoris: nam eo, quo ingenitus eſt, ſine principio eſt; & quo Pater, & Spirator eſt, principium eſt omnium perſonarum, quibus Deitas communicatur.

3 Secunda concluſio: Eſſe principium Spiritus ſancti eſt notio denotans relationem Patri, & Filio communem. Ita Aug. docens Patrem, & Filium eſſe vnum principium Spiritus ſancti. Vtrique enim competit producere Spiritum ſanctum, quin in ea ratione

magis

magis opponantur inter se, quàm ratione principij creaturarum. Sicut ergo vterque est vnus Creator, ita & vnus Spirator. At hoc non competit Spiritui sancto. Ergo notio est relatiua propria vtriusque. Hæc notio à Patribus speciali aliquo nomine expressa non est, & ideò ea vox prætermittitur à Magistro. Nunc verò iam à Theologis voce *Spiratoris*, & *spirationis actiuæ* declaratur.

4 Tertia conclusio: Esse principium creaturarum non denotat specialem aliquam relationem personalem, sed omnibus communem. Quia non solùm Pater nec solum Filius, nec solus Spiritus sanctus; sed omnes tres personæ sunt creaturarum principium: hoc enim ei competit, quà Deus, & omnipotens sunt, à quo iuxta Paulum, & Augustinum fiunt omnia creata. At Deum, & omnipotentem esse, omnibus commune est. Ergo etiam esse principium creaturarum. Vnde non sunt plura principia, sed vnum; nec plures Creatores, quàm vnus: tũ, quia ratione personæ, quà Deus, non sunt plura, sed vnum: tum, quia ratione principij creaturarum non opponuntur; sola autem oppositio multiplicat in diuinis.

5 Nota primò, personas non esse causam peccatorum: quia, iuxta Augustinum, principium sunt omnium naturalium; peccata autem sunt contra naturalia, seu contra naturam. Secundò, rationem Creatoris, seu relationem principij creaturarum non esse in Deo æternam, vt alias relationes; sed temporalem: quia Deus cœpit in tempore esse principium creaturarum At Pater non incipit in tempore esse Filij principium neque Pater, & Filius principium Spiritus sancti.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An ratio principij sit vniuoca personis producentibus, & creaturis? De quo hîc S. Thom. *art.* 2. Aureol. *art.* 3. Scot. Duran. Gabriël. & Okam. *quæst.* 1. Alij *distinct.* 22. *q.* 5.

Quæst. II. An Pater, & Filius sint vnum principium Spiritus sancti? De quo hîc S. Thom. *art.* 4. Durand. *q.* 2. Alij *distinct.* 11. *q.* 3.

Quæst. III. An Spiritus sanctus procedat per se à Patre, & Filio, tanquam à duobus suppositis distinctis? De quo hîc Dur. *q.* 3. Alij *dist.* 11. *q.* 2.

Quæst. IV. An spiratio actiua in Patre, & filio sit tantùm vna? De quo hîc Bonau. *art.* 2. *q.* 1. *&* 2. S. Th. *art.* 3. Eius Interpretes 1. *p. q.* 28. *art.* 4. *&* *q.* 32. *art.* 2. Item, Suar. *de Trinit. lib.* 5. *c.* 6. Ruiz *d.* 18. *sect.* 2. *&* 3. Zuñiga *d.* 3. *dub.* 12. Gran. *tract.* 3. *d.* 2. Val. *in controu. de Trin. lib.* 2. *c.* 14. *&* 1. *p. d.* 2. *q.* 6. *p.* 2. Alarcon 1. *p. tract.* 5. *d.* 9. *c.* 1. *&* 2. Aluiz *tr.* 4. *d.* 3. *sect.* 3. *&* 5. Tan. 1. *p. d.* 4. *q.* 3. *dub.* 1. *à n.* 14.

Quæst. V. An principium producens, & terminus productus necessariò distinguantur? De quo *distinct.* 4. *quæst.* 4.

Quæst. VI. An, & quot sint notiones in diuinis? De quo hîc Aureol. *art.* 4. Alij *dist.* 26. *q.* 6.

Quæst. VII. An Trinitas personarum requiratur per se ad productionem creaturarum? De quo Ruiz *de Trinit. disput.* 111. & Zuñiga *d.* 11. *dub.* 4. Suar. *lib.* 1. *de Trinit. cap.* 11. Granad. 1. *p. controu.* 5. *tr.* 9. *d.* 4. *n.* 6. *&* *tr.* 10. *d.* 8. *à n.* 5. *&* *tr. de potentia Dei*, *d.* 3. Valent. 1. *p. d.* 3. *q.* 2. *punct.* 3. Vazq. 1. *p. d.* 152. *n.* 5. Alarcon 1. *p. tract.*

1.*p.tract*.5.*disp*.10.Interpretes S.Thom. 1.*p.q*.33.*ar*. 3. *&* 4.*q*.5.*art*.6.

Quæst. VIII. An Deus, quà omnipotens, referatur transcendentaliter ad creaturas possibiles? De quo *distinct.seq.q*.3.

Quæst. IX. An Deus sit causa peccati? De quo S. Thom. & eius Interpretes, Caiet. Med. Conr. Zum. Lorc. Cur. Vazq. & alij 1.2.*q*.79. *art*.1. *&* 2. Item, Suar. 1.2. *tr.de peccatis, d*.6. Salas 1.2.*tr*. 13.*disp*.10. Gran.1. 2. *contr*.6. *tr*.7.*d*.1. Raynaudus *in disciplina moral.dist*.4.*n*.209. *& à n*.337. Aluarez *de auxil.d*.18. 24. *&* 101. Tann.1.2.*d*.4.*q*.9.*dub*... Molin. *in concord. q*.14.*art*.13.*d*.30. *& sequentibus*.

DISTINCTIO XXX.

De iis, quæ temporaliter de Deo dicuntur, & relatiuè secundùm accidens, quod non Deo, sed creaturis accidit.

PRima propositio est: Deus refertur ad creaturas in tempore. Ita Augustinus, & probatur: Deus refertur ad creaturas, quatenus est Creator, Dominus, Pater, & refugium illarum. At hoc competit Deo in tempore, cùm incipiunt esse creaturæ: nam Creator esse non potest, quin sit creatura; Dominus, quin sit seruus, Pater, quin sit Filius. Ergo Deus refertur in tempore ad creaturas.

2 Obiicit: Deus est Dominus temporis. At non est Dominus temporis in tempore: quia tempus in tempore

pore non eſt. Ergo relatio Domini non conuenit Deo in tempore. Reſpondet: Licèt Deus non cæperit in tempore Dominus eſſe temporis; cœpit tamen cum tempore Dominus eſſe temporis: nam, cùm tempus non ſemper fuerit, neque Deus ſemper fuit Dominus temporis; atque ita talis relatio non eſt verè æterna; ſed temporalis.

3 Secunda propoſitio: Relatio temporalis non importat mutationem aliquam intrinſecam Deo, ſed intrinſecam creaturæ, & extrinſecam Deo: tum, quia Deus immutabilis eſt: tum, quia ſufficit mutatio creaturæ, vt Deus acquirat nouas denominationes relatiuas, ſicut nummus accipit valorem abſque mutatione ſibi intrinſeca; & vnus homo fit amicus alterius ſola mutatione voluntatis alterius. Sic igitur Deus dicitur refugium noſtrum, ſolùm, quia nos confugimus ad eum; Pater noſter, quia per gratiam nobis intrinſecam regeneramur in filios; Creator, & Dominus, quia, cùm nondum eſſemus, ab ipſo creamur, & ſub eius poteſtate conſtituimur.

4 Tertia propoſitio: Cùm Spiritus ſanctus dicitur donatus, refertur ad eum, qui donat, & ad eum, cui donatur. Donatus enim apprehendi non poteſt, quin ab aliquo, & alicui donetur. Quia verò non ſolùm donatur à Patre: & Filio, ſed etiam à ſe, refertur etiam ad ſe; tamen, quia vt donatus importat relationem, & proceſſionem; ideò non refertur ad ſe ſecundùm ſubſtantiam æternam, ſed tantùm ſecundùm mutationem temporalem factam in creatura, cui donatur; quam donatio eſſentialiter comprehendit.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Deus referatur relatione prædicamentali ad creaturas existentes? De quo hic S. Th. *art.* 1. Durand. Gabr. Okam. & Bonau. *q.* 1. Item, Interpretes S. Th. Caiet. Bañez, Nazar. Ripa, Mol. Vazq. & Fasol. 1. *p. q.* 13. *art.* 7. Valent. 1. *p. d.* 1. *q.* 13. *punct.* 4. Granad. *de Trin. tr.* 3. *d.* 1. *n.* 7. Tanner. 1. *p. d.* 4. *q.* 3. *dub.* 1. Albertinus *tom.* 1. *pr.* 1. *corol.* 4. *n.* 11. *&* *tom.* 2. *prædic. relat. corol.* 1. *q.* 1. Suar. *tom.* 2. *Metaph. d.* 27. *sect.* 15. *à n.* 16. Alarcon 1. *p. tr.* 5. *d.* 3. *c.* 2. *n.* 6.

Quæst. II. An relatio prædicamentalis Dei ad creaturas sit realis, an rationis; intrinseca, aut extrinseca? De quo hic S. Th. *art.* 3. Aureol. *art.* 1. Durand. *q.* 2. *&* 3. Gabr. & Okam. *q.* 3. 4. *&* 5. Bonau. *q.* 3. Interpretes S. Th. cum Valent. Fasol. Tannero, Albertino, Suario, & aliis *vbi q.* 1.

Quæst. III. An Deus referatur ordine transcendentali ad creaturas possibiles? De quo hic Greg. *q.* 3. Interpr. S. Th. 1. *q.* 25. *art.* 1. præsertim Vazq. *d.* 104. *c.* 6. Suar. *tom.* 2. *Metaph. d.* 47. *sect.* 3. *&* 15. *&* 1. *p. tr.* 1. *lib.* 2. *c.* 26. *n.* 14. *&* *lib.* 3. *c.* 6. *n.* 12. Arrub. 1. *p. d.* 29. *n.* 17. *&* *d.* 30. *n.* 6. 11. Fasol. 1. *p. q.* 14. *art.* 5. *n.* 41. *&* 42. Sal. 1. 2. *tr.* 2. *d.* 4. *sect.* 4. *n.* 45. *&* 52. Hurtado *d.* 15. *Metaph. sect.* 9. Tann. 1. *p. d.* 4. *q.* 3. *dub.* 1. *assert.* 1 *&* *q.* 4. *dub.* 3. *à n.* 30. Albert. *tom.* 2. *prædic. relat. corol.* 1. *q.* 2. Alarcon 1. *p. tr.* 2. *d.* 2. *c.* 4. Aluiz *tr.* 2. *d.* 5. *à n.* 38. Ruiz *de scientia, d.* 5. *sect.* 2.

Quæst. IV. An relationes æternæ secundum esse *ad*, sint in Deo reales? De quo hic Aureol. *art.* 3. Alij *dist.* 26. *q.* 5.

Quæſt. V. An poſſit eſſe in Deo aliqua relatio æterna, & contingens? Item, VI. An aliqua perſonarum poſſit terminare relationem prædicamentalem, aut tranſcendentalem, quam aliæ non terminent? Hæ quæſtiones à Scriptoribus in diſputatione non ſunt; indigent tamen examine Theologorum.

DISTINCTIO XXXI.

Quomodo dicatur Filius æqualis, & ſimilis Patri; an ſecundùm ſubſtantiam, an ſecundùm relationem?

PRima concluſio: Inter perſonas diuinas datur relatio æqualitatis, & ſimilitudinis. Nam datur vera æqualitas, & ſimilitudo. Æqualitas autem, & ſimilitudo, ſecundùm Hilarium, relatiua eſt ad aliud: nã nulla res eſt ſibi æqualis, & ſimilis; ſed alteri ab ipſa diſtincto. A priori: quia ad relationem æqualitatis, & ſimilitudinis duo ſufficiunt: primum, diſtinctio realis extremorum: ſecundum, eorum vnitas, & conuenientia. Inter perſonas autem datur diſtinctio realis cum ſumma vnitate, & conuenientia.

2 Secunda concluſio: Perſonæ diuinæ non ſunt æquales, & ſimiles in proprietate relatiua, ſed in natura diuina. Ita Auguſtinus aſſerẽs, Patrẽ nõ eſſe æqualẽ Filio ſecundũ eſſe relatiuũ, ſed ſecundum eſſe abſolutũ ſubſtãtiæ. Nã, in eo dicũtur extrema æqualia, & ſimilia, in quo ſunt conuenientia. At ſumma vnitas, & conuenientia perſonarum non eſt in proprietate. ſed

ſed in natura : prouenit quidem à proprietate diſtinctio ; vnitas verò, & conuenientia à natura. In ea igitur eſt ſumma æqualitas, & ſimilitudo perſonarum.

3 Tertia concluſio : Relatio æqualitatis, & ſimilitudinis inter perſonas diuinas non denotat aliquid poſitiuum diſtinctum à natura, & proprietatibus perſonalibus; ſed ſolā negationē exceſſus, & diſtantiæ inter illas. Nam eo ipſo, quòd apprehendamus diſtinctionē perſonarū per relatiuas proprietates, & earum vnitatē per naturā cum negatione maioris, & minoris perfectionis, differētiſque naturæ, ſecluſo quouis alio poſitiuo apprehenduntur perſonæ omninò æquales, & ſimiles. Ergo talis relatio non exigit aliquid poſitiuum à natura, & proprietatibus diſtinctum.

4 Obiicit primò obſcura quædam verba Hilarij dicentis, *in Patre eſſe æternitatem*; *ſpeciem in imagine*, hoc eſt, in Filio; *vſum in munere*, hoc eſt in Spiritu ſancto : quæ videntur denotare aliquam inæqualitatem, & diſſimilitudinem perſonarum quoad eſſentialia prædicata. Exponit cū Auguſtino Hilarium : quippe ait, his nominibus nō explicari eſſentialia; ſed perſonalia, & relatiua perſonarū. Scilicet, *æternitas* appropriata Patri ſignificat proprietatem ingeniti, qua Pater non eſt ab alio principio, ſicut æternitas ſine principio eſt. *Species* attributa Filio denotat proprietatē imaginis, qua Patris pulchritudinē repræſentat. *Vſus* vero Spiritui ſancto adſcriptus ſignificat proprietatem doni, quo Pater, & Filius fruuntur, & alia dona in noſtram vtilitatem largiuntur.

5 Obiicit ſecundò Auguſtinum dicentem, *in Patre eſſe vnitatem, in Filio æqualitatē; in Spiritu ſancto verò vnitatis, æqualitatiſque concordiam*. Reſpondet : His

ſtinus nullam inſinuat inæqualitatem, aut diſſimilitudinem perſonarum; ſed per attributionem declarat proprietates earum. *Vnitas* igitur tribuitur Patri: quia eſt primum Trinitatis principium, ſicut vnitas numeralis eſt primum numeri principium. *Æqualitas* adſcribitur Filio: quia eſt imago adæquata omninò Patri. *Concordia* verò Spiritui ſancto: quia eſt amoris nexus, & vnio inter Patrem, & Filium.

6 Quarta concluſio: Ratione vnitatis eſſentiæ, qua perſonæ ſunt ſimiles, & æquales, poſſunt dici Pater, & Filius eſſe vnum; non verò eſſe vnus ſubſtantiuè, ſed tantùm adiectiuè vnus Deus, vnus Creator. Quia, *Pater, & Filius ſunt vnum*, ſignificat vnitatem naturæ; at verò, *ſunt vnus*, denotat vnitatem ſuppoſiti. At Pater, & Filius, quamuis ſint vnius naturæ, non ſunt vnius ſuppoſiti.

Obſeruatio.

IN hac diſtinctione non probatur Pariſienſibus, & aliis communiter, quod à Magiſtro aſſeritur, æqualitatem, & ſimilitudinem in perſonis non importare poſitiuum, ſed negatiuum. Verùm eo modo, quo à nobis concluſione tertia explicatū eſt, non eſt improbabile; videlicet, nō importare aliquid poſitiuū à natura, & proprietatibus diſtinctū; ſed poſitiuū ab eis indiſtinctum ſimul cū negatione diuerſitatis, atque diſtantiæ perſonarū: nam in §. *Hoc idem.* vbi ea cōcluſio traditur, manifeſtè docet Magiſter, nomine æqualitatis, & ſimilitudinis importari vnitatem eſſentiæ, & ſolùm negat, ſupra illam nihil poſitiuum poni, ſed remoueri, videlicet, diuerſitatem, atque diſtantiam.

QVÆ

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An, & quænam sit relatio similitudinis, & æqualitatis inter personas diuinas? De quo hìc Dur. Okam. Gab. & Scot. *q*. 1. Aureol. *ab art*. 1. Alij *dist*. 2. *q*. 14.

Quæst. II. An similitudo, & æqualitas in diuinis importet positiuum, an negatiuum? De quo hìc S. Th. *art*. 1. Dur. *q*. 2. Bonau. *art*. 1. *q*. 1. Aureol. *art*. 3. *proposit*. 3. Scot. *q*. 1. Interpr. S. Thom. 1. *p*. *q*. 42. *art*. 1. Ruiz *de Trin*. *d*. 103. *sect*. 3.

Quæst. III. An similitudo, & æqualitas personarum sit in relationibus? De quo hìc Bon. *art*. 1. *q*. 2. Interpr. S. Th. 1. *p*. *q*. 42. *art*. 4. Ruiz *de Trin*. *d*. 103. *sect*. 6. Zuñiga *d*. 17. *dub*. 3. *à n*. 3. Tann. 1. *p*. *d*. 4. *q*. 1. *dub*. 8. *à n*. 5. Suar. *lib*. 4. *de Trin*. *c*. 15. *n*. *vlt*. Val. 1. *p*. *d*. 2. *q*. 16. *p*. 1. *ad* 4. Aluiz *tr*. 4. *d*. 13. *à n*. 6. *&* *à n*. 13.

Quæst. IV. An essentialia debeant appropriari personis? De quo hìc Dur. *quæst*. 3. Gabr. *q*. 1. *dub*. 5. Bonau. *art*. 2. *q*. 3. Interpretes S. Thom. Caiet. Bañez, Nazar. Ripa, Zum. Mol. Vazquez, & Arrub. 1. *p*. *q*. 39. *art*. 8. Ruiz *de Trin*. *d*. 82. Tann. 1. *p*. *d*. 4. *q*. 1. *dub*. 7. *assert*. 2.

Quæst. V. An imago in diuinis sit essentialis, an notionalis? De quo hìc Bonau. *p*. 2. *art*. 1. *q*. 1. Alij *dist*. 28. *q*. 6.

Quæst. VI. An imago dicatur de Filio potiùs, quàm de Spiritu sancto? De quo hìc Bonau. *suprà q*. 3. Alij *dist*. 28. *q*. 7.

DISTINCTIO XXXII.

Vtrùm Pater, vel Filius, Spiritu sancto diligat, cum diligere idem Deo sit, quod esse?

AD plenam lucem eorum, quæ per approbationē dicuntur de personis, exponit Magister, an pater diligat Spiritu sancto, & sapiat Filio; Prima conclusio: Pater, & Filius diligunt se Spiritu sancto, & per Spiritum sanctum, Quia Augustinus ait, Spiritum sanctum esse, *quo vterque coniungitur, & quo genitus à gignente diligitur, genitorémque diligit.*

2 Obiicit, in Deo, diligere pertinere ad esse. Ergo Pater, & Filius habent esse per Spiritum sanctum Respondet cum Augustino: Pater & Filius diligunt se, tum amore essentiali, tum notionali; quia diligere sumitur essentialiter, & notionaliter: essentialiter sumitur pro amore communi tribus personis, qui solùm pertinet ad esse commune; notionaliter verò, pro termino, aut nexu producto, qui non pertinet ad esse commune, sed ad proprietatem Spiritus sancti.

3 Secunda conclusio: Pater non est sapiens sapientiâ genitâ. Quoniam Augustinus negat, Patrem esse sapientem eâ sapientiâ, quā genuit: quia, cùm in Deo sit idem sapere, quod esse, si saperet per sapientiā genitam, haberet esse per illam. Neque obstat, Filium dicesse sapientiam Patris: quia Patris sapientia non dicitur, quòd Pater reddatur sapiens per Filium; sed quòd Pater sit principium producens illius.

4 Sed in promptu est obiectio: Pater diligit Spiritu sancto,

sancto, quin habeat esse per Spiritum sanctum. Ergo potest sapere Filio, quin habeat esse per Filium. Respondet, difficultatem esse insuperabilem. Discrimen tamen est: quia *diligere*, apud Ecclesiæ Patres non solùm accipitur essentialiter, sed etiam notionaliter propter inopiam vocum, quibus exprimimus processionem nexus voluntarij à Patre, & Filio, quo vterque coniungitur: *sapere* verò & *intelligere* accipitur tantùm essentialiter; quia aliæ sunt voces, quibus notionalis productio verbi exprimitur, vt *loqui*, *dicere*, *exprimere*, quibus dicimus, Patrem exprimere se, dicere se, & loqui se verbo producto. His ergo vocibus respondet *diligere se* in Spiritu sancto.

5 His annectit duas quæstiones. Prima est, an Filius sit sapiens sapientiâ genitâ, an ingenitâ; Respondet: Si sapientia absolutè sumatur, & absque addito, eâdem sapientiâ sapiētes sunt tres personæ diuinæ; quia sapiētia, absolutè, & absque addito notat sapientiā sapientialē, & cōmunem: si verò sapientia sumatur cum addito, *genita*, aut *ingenita*, significat personalitatē Patris, aut Filij; sicut Deus absolutè notat Deitatē communem; Deus verò ingenitus personam Patris, & Deus genitus personam Filij. Sicut ergo Deus absolutè est vnus, & idem, quamuis Deus genitus, & ingenitus sint personæ distinctæ; ita sapientia absolutè est eadem, quamuis sapientia genita, & ingenita sint proprietates distinctæ. Hac ergo ratione Filius est sapiens sapientiâ genitâ, tanquam principio formali, & intrinseco, cùm sapientia genita à Filio indistincta sit; non verò tanquàm principio producente, & extrinseco, quia à seipso genita, & communicata sapientia non est, sed à Patre. E contra verò Filius est sapiens

ſapientiâ ingenitâ, tanquam principio producente, & extrinſeco; non verò tanquam principio formali, & intrinſeco. Vnde Filius ſeipſo, & per ſe ipſum ſapiens eſt; quia id denotat identitatem formalem ſapientiæ: non verò eſt ſapiens à ſe, & de ſe; quia id denotat communicationem, & productionem, quam à ſe non habet.

6 Secunda quæſtio eſt, an ſit vna ſapientia Patris? Reſpondet, vnam eſſe: quia ſapientia abſolutè, & ſine addito exprimit ſcientiam communem. Vnde non obſtat, ſapientiam genitam, & ingenitam diſtingui: quia ſapientia cum addito, *genita*, & *ingenita*, exprimit proprietates generantis, & geniti, quas ſapientia abſolutè, & ſine addito non exprimit.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An Pater, & Filius ſe diligant Spiritu ſancto? De quo hîc S. Thom. Durand. Bonau. & Scot. *q.* 1. Gab *q.* 2. Aureol. *art.* 1. Alij *diſt.* 10. *q.* 3.

Quæſt. II. An Pater, & Filius diligant Spiritu ſancto creaturas? De quo Authores ſuperiùs relati, & Gran. *de Trin. tract.* 10. *d.* 11. Tann. 1. *part. d.* 4. *quæſt.* 4. *dub.* 8.

Quæſt. III. An Pater, aut Filius ſit ſapiens ſapientiâ genitâ? De quo hîc S. Thom. Dur. & Scot. *q.* 2. Bonau. *art.* 2. *q.* 1. Aureol. *art.* 2. Interpr. S. Thom. *q.* 37. *art.* 2. *&* *q.* 41. *art.* 1. Item, Suar. *de Trinit. lib.* 9. *cap.* 10. *n.* 3. *&* *lib.* 11. *c.* 3. Valent. 1. *p. d.* 2. *q.* 11. *punct.* 2. Ruiz *de Trin. d.* 74. *ſect.* 4. & Granad. *tr.* 10. *d.* 10. Tann. 1. *p. d.* 4. *dub.* 8. *à n.* 12. Alarcon. 1. *p. tract.* 5. *d.* 8. *c.* 4. & omnes relati *pro q.* 1.

DISTIN

DISTINCTIO XXXIII.

Vtrùm proprietates personarum sint ipsa persona, vel diuina essentia?

COnclusio est: Proprietates ab inuicem distinctæ, non sunt distinctæ à natura; nec à personis. Primò, quia proprietates sunt intrinsecæ personis, cùm personæ per eas constituantur, & distinguantur. At quidquid est personis intrinsecum, constitutiuúmque personarum, ab ipsis indistinctum est. Secundò, quia proprietates sunt ab æterno. At nihil distinctum à Deo, & personis est ab æterno; quidquid enim non est Deus, aut persona diuina, creatum est, ac per consequens in tempore existens. Tertiò, quia Hieronymus proprietates vocat personas, hypostases, & subsistentias. Quartò, quia *superiùs dist*. 8. authoritate Patrum statutum est, Deum esse summè simplicem. Si autem esset distinctio proprietatum à natura, esset in Deo compositio. Confirmatur: Ratione summæ simplicitatis est in Deo identitas inter id, quod habetur, & habet, nisi obstet relationis oppositio. At inter naturam, & proprietates non obstat relationis oppositio. Denique, quia Hilarius, natiuitatem Filij, dicit, esse naturam.

2 Obiicit à ratione. Primò: Personæ constituuntur, & distinguuntur proprietatibus. Ergo non sunt proprietates: quia nulla res potest constitui, & distingui se ipsa. Secundò: Proprietates distinguuntur inter se. Ergo non sunt idem cum natura, nam, si essent

eadem vni tertio, eſſent eadem inter ſe. Tertiò : Natura non generat, neque generatur. Proprietas autem generatur, aut generat. Ergo proprietas & natura diſtinguuntur ; nam eidem rei non poſſunt conuenire contradictoria. Ad primum reſpondet : Poteſt res ſeipſa diſtingui : quia, aſſerente Hieron. perſonæ ſeipſis differunt. Item, poteſt conſtitui : quia ea, quæ realiter, & ex natura rei idem ſunt, poſſunt ratione, ſeu virtualiter diſtingui : quod ſufficit ad conſtitutionem perſonarum. Ad ſecundum Hilarius reſpondet, eam difficultatem excedere intellectum humanum, & in altitudinem, ac infinitatem Dei eſſe reuocandam. Quaſi diceret, illud principium tantùm eſſe verum in rebus finitis; non verò in eis, quæ infinitæ ſunt, & ratione ſuæ eminentiæ poſſunt æquiualere pluribus realiter diſtinctis. Ad tertiũ: Quamuis natura, & proprietas idem ſunt realiter, diſtinguuntur virtualiter : quia natura non conſtituit, & diſtinguit ſuppoſitum, quod propriè generat, & generatur, ſicut cõſtituit, & diſtinguit proprietas. Hæc autem diſtinctio ſufficit, vt eis contradicentia conveniant, quod etiam cum Hilario in Dei infinitatem refundit.

3 Deinde objicit authoritatem Auguſtini. Primò, quia ait, Patrem non eo eſſe Patrem, quo Deus eſt; neque eo eſſe Deum, quo Pater eſt : quia habet eſſe Deum Deitate, qua Pater nõ eſt; & habet eſſe Patrem Paternitate, qua Deus non eſt. Secundò, quia ait, Verbum ſapientia, & Deitate eſſe idem cum Patre: at verò proprietate Verbi ab eo diſtingui. Reſpõdet: Aliud eſt, eſſentiam, ſeu ſapientiam, qua perſona Deus eſt, non eſſe Patrem; item Paternitatem, qua Pater eſt, non eſſe Deum, aliud non eſſe Patrem ſapientiâ, ſeu eſſentiâ,

essentiâ, neque esse Deum Paternitate. Primum arguit distinctionem realem, & ex natura rei; secundum verò solam distinctionem formalem, & rationis. Augustinus autem non asseruit primum, sed secundum.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An inter relationes, & naturam detur distinctio realis? De quo hîc S. Thom. Dur. & Gab. *q.* 1. Aureol. *art.* 1. Interpretes S. Thom. Caiet. Bañ. Zum. Ripa, Nazar. vterque Torres, Mol. Vazq. & Arrubal 1. *p. q.* 28. *art.* 2. Item, Ruiz *de Trin. d.* 11. Gran. *tr.* 3. *d.* 3. Valent. 1. *p. d.* 2. *q.* 2. *puncto* 3. *&* *q.* 13. *punct.* 1. Suar. *de Trin. lib.* 4. *c.* 2. *& seq.* Tanner. 1. *p. d.* : . *q.* 2. *dub.* 1. Zuñiga *de Trin. d.* 3. *dub.* 5. Alarcon 1. *p. tr.* 5. *d.* 2. *c.* 5. Aluiz *tr.* 4. *d.* 3. *sect.* 6. Albertinus *tom.* 2. *prædic. relat. corol.* 1. *q.* 2.

Quæst. II. An inter illas detur distinctio rationis? De quo hîc S. Th. *art.* 4. Aureol. *art.* 2. Alij *d.* 2. *q.* 6.

Quæst. III. An inter illas detur distinctio ex natura rei? De quo hîc Greg. *q.* 1. Alij *dist.* 2. *q.* 7.

Quæst. IV. An natura, & relationes mutuo conceptu includantur? De quo Interpretes S. Th. *q.* 40. *ar.* 2. *& q.* 28. *art.* 2. Item, Suar. *de Trin. lib.* 4. *c.* 5. *& seqq.* Ruiz *d.* 13. *&* 14. Zuñiga *d.* 3. *dub.* 13. *& seqq.* Gran. *tr.* 3. *d.* 4. Valent. *d.* 2. *q.* 13. *punct.* 1. Fasol. 1. *p. q.* 4. *art.* 2. *dub.* 1. *& seqq.* Tann. 1. *p. d.* 4. *q.* 3. *dub.* 3. Alarcon 1. *p. tract.* 5. *d.* 2. *c.* 11. *& seqq.* Aluiz *tract.* 4. *d.* 3. *sect.* 7. & alij relati *pro q.* 2.

Quæst. V. An mysterium Trinitatis repugnet principiis me[illegible]physicis, ac dialecticis de identitate cũ vno tertiò corũ, quæ identificantur inter se? De quo

Interpretes

interpretes S.Th. *q*.1. relati 1.*p.q*.28.*art*.1. Suar.*de Trin.lib*.4.*c*.3. Ruiz *d*.15. Gran.*tr*.3.*d*.3.*ſect*.3. Tan. 1.*p.d*.4.*q*.1. *dub*.4. Alarcon 1.*p.tr*.5.*d*.1.*c*.6. Aluiz *tract*.4.*d*.3.*ſect*.10. Zuñiga *de Trin.diſſ*.3.*dub*.11.

Quæſt. VI. An perſonæ conſtituantur, aut diſtinguantur proprietatibus relatiuis? De quo *d*.2.*q*.13.

DISTINCTIO XXXIV.

Opinio quorundam dicentium, non idem eſſe perſonas, & eſſentiam; & eſſentiam non eſſe Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum.

DOctrina huius diſtinctionis eadem eſt cum præcedenti, eiſdemque, quibus præcedens probatur. Itaque ſtatuendum iterum eſt, proprietates ab eſſentia realiter non diſtingui. Tantùm nunc additur expreſſiùs, ea diſtingui ratione, probatúrque: quia eſſentia eſt communis realiter perſonis: proprietates verò non ſunt communes realiter illis. At hæc varietas ſufficit ad diſtinctionem rationis.

2 Sed opponuntur Hæretici contendentes, realiter diſtingui. Primò, quia, ſi eſſentia eſſet Pater, & Filius; eadem res eſſet generans, & genita: quod repugnat. Secundò, quia Hilarius ait, rem naturæ, & naturam non eſſe idem. Proprietas autem res naturæ eſt, & eſſentia eſt natura. Ad primum reſpondet: Poteſt eſſentia identificari generanti, & genito, quin ipſa generetur, aut generet: quia eſſentia non identificatur Patri adæquatè ſecundùm omnia, quæ ipſi identificantur,

cantur, sed inadæquatè, cùm Pater, & Filius secundùm absoluta tantùm sint idem, & secundùm relatiua distincti? ad quod sufficit distinctio rationis, & virtualis essentiæ, à proprietatibus relatiuis. Ad secundum: Hilarius rem naturæ distinguit à natura in creatis, non verò in diuinis: nam loquens de Deo, expressè testatur, Deitatem non esse aliam ab iis, *quæ sua sunt & eidem insunt*; scilicet, attributis, & personalitatibus.

3 Ex quibus colligit, attributa essentiæ, vt sapientiam, bonitatem, &c. eandem identitatem habere cum personis, quam habet ipsa essentia: eadem enim ratio est de illis, quæ essentia est. Vnde confirmat, omninò approbandam esse vocem, *homousion*, quæ in Concilio Nicæno contra Arrianos propugnata est: quia ea vox solùm significat consubstantialitatem personarum. Consubstantialitas autem admittenda est, vbi omnes personæ sunt eiusdem substantiæ, attributorum, & essentiæ.

4 Ad plenam superiorum explicationem, quærit primò, an, sicut personæ dicuntur esse vnius essentiæ; sic Deus dicatur esse trium personarum; Respondet, dici non posse: quia personas esse eiusdem essentiæ, solùm significat, personis conuenire eandem essentiam; quod verum est: at Deum esse trium personarum, significat Deum esse dominum, aut authorem personarum, vt cùm dicitur Deus Abraham, Isaac, & Iacob, aut creaturarum Deus; quod verum non est.

5 Quærit secundò, quare Patri tribuatur potentia, Filio sapientia, & bonitas Spiritui sancto, cùm hæc attributa omnibus communia sint. Respondet, ea sic attribui personis, vt ab eis remoueamus imperfectiones, quibus apprehendimus creaturas, ad quarum simil

similitudinem, & speciem diuinas apprehendimus personas. Itaque Patrem dicimus potentem, ne concipiamus eum generatione, & ætate debilitatum, & infirmum, sicut patrem creatum: Filium dicimus sapientem, ne eum, sicut humanum, natiuitate ignorantem suspicemur: Spiritum verò bonum, ne eum tumidum & rigidum arbitremur, sicut humanos spiritus, in quibus vox, *spiritus*, rigorem, & tumorem exprimit.

6 Tandem, vt totam de Trinitate materiam, & nomina, quorum meminit *dist*. 22. quæ supererant explicanda, penitùs absoluat, quærit tertiò, quid dicendum de nominibus translatiuis, quibus Deus dicitur speculum, splendor, leo, &c. Respondet breuiter, ea non secundùm proprietatem adscribenda Deo; sed tantùm secundùm similitudinem, quibus finem imponit quæstionibus de Trinitate.

QVÆSTIONES.

Ad hanc distinctionem spectant omnes quæstiones distinctionis præcedentis, cuius doctrinam complectitur, & illustrat. Insuper addo primò, an vox, *homousion*, vsurpanda sit? De quo hîc Aureol. *art*. 3. Gran. *tract*. 9. *de Trinit*. *d*. 1. & eruditè, ac fusè Ruiz *d*. 21. Item secundò, an attributa communia possint appropriari personis? De quo *dist*. 31. *q*. 1. Rursus tertiò, an nomina translatiua dicantur propriè de Deo? De quo hîc S. Th. Bonau. Durand. Aurel. & communiter Interpretes Magistri.

DISTINCTIO

DISTINCTIO XXXV.

De quibusdam, quæ secundùm substantiam de Deo dicuntur, ac primùm de scientia, & præscientia.

HVcusque disseruit Magister de iis, quæ Deo competunt in ordine ad se; nunc de quibusdam attributis disputationem instituit, quæ in ordine ad creaturas conueniũnt. Ac primùm de scientia.

1 Prima conclusio est: Scientia Dei, quãuis realiter vna sit, variis tamen nominibus pro varietate obiectorum distinguitur: Deus enim omnia perfectissimè cognoscit: in primis, seipsum cõprehendit, quem nulla creatura valet comprehendere: deinde, extra se cognoscit omnia possibilia, & futura, necessaria, & contingentia. Notitia igitur Dei comparatione omniũ obiectorum, *scientia* dicitur. Rursus tamen, quia erga contingentia, & futura non se gerit eodem modo, varias alias denominationes sortitur: nam, provt fertur ad omnia futura, tam bona, quàm mala, dicitur *præscientia*; provt fertur ad bona, quæ ab ipso intenduntur, ac fiunt, dicitur *dispositio*, ac *prouidentia*; provt verò fertur in eos, qui re ipsa saluandi sunt, & ea, quibus perducũtur in salutẽ, *pradestinatio* appellatur.

2 Secunda conclusio: Deficientibus futuris non esset in Deo scientia quoad denominationem scientis futura; secùs verò quoad entitatem, & perfectionẽ scientiæ. Idemque dicendum de præscientia, prædestinatione, & prouidentia. Prima pars probatur: quia Deum

Deum scire futura est denominatio relatiua ad futura. Ergo, deficientibus futuris, non esset in Deo denominatio scientis futura: Deus enim scire non potest esse futurum, quod re ipsa futurum non est: sicut Deus non scit, futuros esse homines possibiles, qui nunquam sunt futuri. Probatur secunda pars: Scientia, quoad entitatem, & perfectionem, est ipsa essentia Dei: id autem, quod Deus est, defectibile realiter non est. Vnde talis denominatio non deficeret in Deo ex defectu perfectionis scientiæ, sed ex defectu existentiæ obiecti. Quo præoccupatur argumentum, quod obiicitur ex eo, quòd deficiente obiecto deficit scientia illius. Quippe deficit quoad denominationem ex defectu obiecti; non verò quoad entitatem, & perfectionem ex defectu scientiæ.

3 Tertia conclusio: Deus non aliter ab æterno prænouit futura; quàm præsentia. Primò ex Augustino: quia, si Deo non essent ab æterno nota futura, sicut in tempore innotescunt præsentia, esset in Deo vicissitudo scientiæ, quæ à Deo releganda est. Secundò ex Ambrosio, qui illud Roman. 4. *Vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt.* ideò verum putat, quia futura, quæ nondum sunt, cognoscit Deus, tanquam ea, quæ iam præsentia sunt.

4 Vnde explicat primò, quare omnia futura dicantur fuisse ab æterno in Deo, & quæ facta sunt, esse vitam in ipso: quia omnia fuerunt in cognitione æterna Dei, quæ vita est in Deo. Secundò, quare præterita, & futura dicantur Deo præsentia: quia præsentissima sunt notioni diuinæ eodem modo, quo ei præsentia sunt, quando in seipsis existunt.

QVÆST.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An scientia Dei demonstretur lumine naturali, præsertim ex immaterialitate ipsius? De quo hîc S.Th.*q.* 1.*art.* 1.Aur.*p.* 1.*art.* 2.Gab.*q.* 1. Rubione *q.* 1.*art.* 1.Interp.S.Th.Caiet.Bañ.Zum.Nazar. Gonç. Ripa, Mol. Vazq. Arrub. 1.*p.q.* 14.*art.* 1.Item, Ruiz *de scientia, d.* 1.*sect.* 2.*&* 4.Her.*d.* 1.*c.* 2.*&* 3.Tann.1.*p.d.* 2.*q.* 8.*d.* 1.*n.* 5.Val.1.*p.d.* 1.*q.* 14.*p.* 1.Suar. *d.* 30. *Metaph.sect.* 15.Albert.*tom.* 1.*princip.* 4.*corol.* 1. Gran. 1.*p. contr.* 2.*tr.* 1.*d.* 1.Aluiz *tr.* 1.*d.* 1. Alarc.1.*p.tr.* 2.*d.* 1.*c* 2.

Quæst. II. An scientia actualis sit de essentia Dei? De quo Aureol.*hîc p.* 1.*&* 3.*art.* 3.Gab.*q.* 1.*conclus.* 3. Gregor. *q.* 1.Interpretes S.Thom. 1.*p.q.* 14.*art.* 4.Herice 1.*p.disp.* 2.Ruiz *de scientia Dei, disp.* 8.Gran.1.*p. controu.* 2.*tr.* 1.*disp.* 3.Tanner. 1.*p.disp.* 2.*q.* 8. *dub.* 1. *n.* 11.Suar. *disp.* 30.*Metaph.sect.* 15.Aluiz *tr.* 1.*disp.* 2. *sect.* 5.Alarcon 1.*p.tract.* 2. *disp.* 1. *c.* 5. Aliíque relati *distinct.* 2.*q.* 4.

Quæst. III. An sit in Deo scientia per modum potentiæ, & actus primi? De quo hîc S.Th.*ar.* 5.Aureol. 1.*p.ar.* 3.Rubione *q.* 1.*art.* 2.Interpretes S.Thom.1.*p. q.* 14.*art.* 1.Ruiz *de scientia, disp.* 3.Her.*d.* 2.Gran.*controu.* 2.*tr.* 1.*d.* 1.Tanner.1.*p disp.* 2.*q.* 8.*dub.* 1. *assert.* 5. Suar.*d.* 30.*Metaph.sect.* 15.Aluiz *tr.* 1.*disp.* 2.*sect.* 3.*&* 4. Alarcon 1.*p.tr.* 2.*d.* 1.*c.* 1.

Quæst. IV. An Deus se comprehendat, & solus? Dur.*q.* 1.*concl.* 2.Interpretes relati S.Thom. 1.*p.q.* 14. *art.* 3.Item, Ruiz *de scientia, disp.* 6.Her.*disp.* 4. *cap.* 4. Tann. 1.*p.disp.* 8.*dub.* 2 *à n.* 3.Valent. 1.*p.disp.* 1 *q.* 14. *punct.* 2. Aliíque relati *dist.* 2.*q.* 4.

Quæst. V. An essentia Dei sit motiuum adæquatum

ſcientiæ Dei? De quo Aur.*p.2.art.1.* & 2. Rubione *q.1.art.3.*Interpr.relati S.Th.1.*p.q.14.art.2.* & 3. Item, Suar.*lib.3.de attributis,c.2.*Gran.1.*p.cont.2.tr.1.d.2.*Ruiz *de ſcientia,d.5.*Alarcon 1.*p.tr.2.d.2.c.1.*

Quæſt. VI. An Deus cognoſcat creaturas? De quo hîc S.Th.*art.2.*Tann.1.*p.d.2.q.8.dub.3.* Valentia 1.*p.d.1.q.14.p.3.*Suar.*lib.3.de attributis,c.2.*& 3.Gran.*p.1.cont.2.tr.2.*& 4.Aluiz *tr.1.d.4.*Alarcon 1.*p.d.2.cap.3.* & *ſeqq.* Interpretes S.Th.Caiet.Bañez, Zumel,Nazar.Ripa,Gonçalez,Mol.Vazq.Arrub.Faſol. 1.*p.q.14.art.5.*

Quæſt. VII. An Deus cognoſcat creaturas in ſeipſo, an in ſeipſis? De quo hîc Gab.*q.3.art.3.*Greg.*q.1.ad argumenta* *Aur.p.2.art.1.*& 2.Scot.*q.1.*Ægidius *q.3.*Interpr.S.Th.1.*p.q.14.art.5.*& 6.Herice *d.5.*Ruiz *d.10.*Tann.1.*p.d.2.q.8.dub.3.*Valent.1.*p.d.1.q.14.p.3.*Suar.*lib.3. de attributis, c.2.* Granad.1.*p. controu.2.tr.2.*& 4.Aluiz *tr.1.d.5.*& 6.Alarcon.1.*p.diſp.2.c.3.*& *ſeqq.*

Quæſt. VIII. An Deus cognoſcat creaturas ex ſeipſo,aut ex alio per diſcurſum? De quo hîc Aureol. *p.4.art.4.*Interpr.S.Th.*ſup.*relati *art.7.*Ruiz *de ſcientia Dei,d.14.*Her.*d.5.c.3.*& 5.Tann.1.*p.d.2.q.8.n.1.* Val.1.*p.q.14.p.8.*Suar.*lib.3.de attributis, c.1.n.4.*Gr. 1.*p.contr.2.tr.3.§.3.* Aluiz *tr.1.diſp.3.ſect.3.* & 4. Alarc.1.*p.tract.2.diſp.1.c.2.n.8.*

Quæſt. IX. An,& quomodo ſcientia Dei poſſit diuidi in plures? De quo hîc Aureol. *p.2.art.3.*Ruiz *de ſcientia, d.2.* Herice *d.9.* Tann.1. *p.d.2.q.8. dub.9.* Suar.*lib.3.de attr.c.4.*& *d.30.Metaph.ſect.15.*Aluiz *tract.1.d.vlt.* Alarcon 1.*p.tr.2.d.1.cap.3.* & *d.5.per totam.*

Quæſt.

Quæst. X. An scientia Dei rectè diuidatur in scientiam mediam inter necessariam, & liberam? De quo Interpretes D. Thom. Zumel, Ripa, Gonçales, Molin. Arrub. Fasol. & Aluiz 1. *p.q.* 14. *art.* 13. Her. *disput.* 7. Gran. *tr.* 5. *d.* 1. *& sequentib.* Valent. 1. *p.d.* 1. *punct.* 5. Ruiz *de scientia, lib.* 4. *per tot.* Tan. 1. *p.d.* 2. *q.* 8. *dub.* 5. Suar. fusè *opusc.* 2. *lib.* 2. *& tom.* 1. *de gratia, prolog.* 2. Albert. *tom.* 1. *princ.* 4. *corol.* 3. *& dub.* 2. Aluiz *tract.* 1. *d.* 7. Alarcon 1. *p. tr.* 2. *d.* 4. Montepilosus *tom.* 2. *d.* 31. Item, agentes *de auxiliis gratia.* Aluarez *lib.* 2. Rispolis *lib* 1. *quæst.* 1. *concl.* 2. Verdu *relectione de scientia* Cantarellus *q.* 22. Nauarrete *controu.* 56. Cabrera *tom.* 1. *in* 3. *p.q.* 1. *art.* 3. §. 22. Curiel. *controu.* 7. Diotalleuius *opusculo de scientia conditionata.* Mascarenas *d.* 2. Mendoza *quæst.* 7. *scholast.* Fonseca *lib.* 6. *Metaph. c.* 2. *quæst.* 4. *sect.* 8. *&* 9. Lessius *de auxiliis, cap.* 19. *&* 20. Monæus *d.* 3.

Quæst. XI. An obiecta futura sint Deo in æternitate præsentia? De quo *dist.* 8. *q.* 4.

Quæst. XII. An Dei scientia sit variabilis, aut defectibilis? De quo *dist.* 39. *q.* 2.

Quæst. XIII. An prouidentia, & prædestinatio sit actus scientiæ? De quo *dist.* 39. *q.* 9.

DISTINCTIO XXXVI.

Vtrùm concedendum sit, omnia esse in Dei essentia, vel in eo per essentiam; vt omnia dicuntur esse in Dei cognitione, vel præscientia?

PRima conclusio: Quamvis omnia sint in cognitione Dei, quæ est eius essentia, non sunt omnia in

ſcientiæ Dei? De quo Aur.*p.2.art.1.&* 2. Rubione *q.1.art.3.*Interpr.relati S.Th.1.*p.q.*14.*art.*2. *&* 3. Item, Suar.*lib.3.de attributis,c.*2.Gran.1.*p.cont.*2.*tr.*1.*d.*2.Ruiz *de ſcientia,d.*5.Alarcon 1.*p.tr.*2.*d.*2.*c.*1.

Quæſt. VI. An Deus cognoſcat creaturas? De quo hîc S.Th.*art.*2.Tann.1.*p.d.*2.*q.*8.*dub.*3. Valentia 1. *p.d.*1.*q.*14.*p.*3.Suar.*lib.*3.*de attributis,c.*2.*&* 3.Gran. *p.*1.*cont.*2.*tr.*2.*&* 4.Aluiz *tr.*1.*d.*4.Alarcon 1.*p.d.*2.*cap.*3.*& ſeqq.* Interpretes S.Th.Caiet.Bañez, Zumel, Nazar.Ripa, Gonçalez, Mol.Vazq.Arrub.Faſol. 1.*p.q.*14.*art.*5.

Quæſt. VII. An Deus cognoſcat creaturas in ſeipſo, an in ſeipſis? De quo hîc Gab.*q.*3.*art.*3.Greg. *q.*1.*ad argumenta* *Aur.p.*2.*art.*1.*&* 2.Scot.*q.*1.Ægidius *q.*3.Interpr.S.Th.1.*p.q.*14.*art.*5.*&* 6.Herice *d.*5.Ruiz *d.*10.Tann.1.*p.d.*2.*q.*8.*dub.*3.Valent.1.*p.d.*1.*q.*14.*p.*3.Suar.*lib.*3. *de attributis, c.*2. Granad.1.*p.* *controu.*2.*tr.*2.*&*4.Aluiz *tr.*1.*d.*5.*&* 6.Alarcon.1.*p.* *diſp.*2.*c.*3.*& ſeqq.*

Quæſt. VIII. An Deus cognoſcat creaturas ex ſeipſo, aut ex alio per diſcurſum? De quo hîc Aureol. *p.*4.*art.*4.Interpr.S.Th.*ſup.*relati *art.*7.Ruiz *de ſcientia Dei,d.*14.Her.*d.*5.*c.*3.*&* 5.Tann.1.*p.d.*2.*q.*8.*n.*1. Val.1.*p.q.*14.*p.*8.Suar.*lib.*3.*de attributis, c.*1.*n.*4.Gr. 1.*p.contr.*2.*tr.*3.§.3. Aluiz *tr.*1.*diſp.*3.*ſect.*3. *&* 4. Alarc.1.*p.tract.*2.*diſp.*1.*c.*2.*n.*8.

Quæſt. IX. An & quomodo ſcientia Dei poſſit diuidi in plures? De quo hîc Aureol. *p.*2.*art.*3.Ruiz *de ſcientia, d.*2. Herice *d.*9. Tann.1. *p.d.*2.*q.*8. *dub.*9. Suar.*lib.*3.*de attr.c.*4.*&* *d.*30.*Metaph.ſect.*15.Aluiz *tract.*1.*d.vlt.* Alarcon 1.*p.tr.*2.*d.*1.*cap.*3. *&* *d.*5.*per totam.*

Quæſt.

Quæst. X. An scientia Dei rectè diuidatur in scientiam mediam inter necessariam, & liberam? De quo Interpretes D. Thom. Zumel, Ripa, Gonçales, Molin, Arrub. Fasol. & Aluiz 1.*p.q.* 14.*art.* 13. Her.*disput.* 7. Gran. *tr.* 5.*d.* 1. *& sequentib.* Valent. 1.*p.d.* 1.*punct.* 5. Ruiz *de scientia, lib.* 4 *per tot.* Tan. 1.*p.d.* 2.*q.* 8.*dub.* 5. Suar. fusè *opusc.* 2. *lib.* 2. *& tom.* 1. *de gratia, prolog.* 2. Albert. *tom.* 1.*princ.* 4.*corol.* 3. *& dub.* 2. Aluiz *tract.* 1. *d.* 7. Alarcon 1.*p.tr.* 2.*d.* 4. Montepilosus *tom.* 2.*d.* 31. Item, agentes *de auxiliis gratiæ.* Aluarez *lib.* 2. Rispolis *lib* 1.*quæst.* 1.*concl.* 2. Verdu *relectione de scientia* Cantarellus *q.* 22. Nauarrete *controu.* 56. Cabrera *tom.* 1. *in* 3.*p.q.* 1.*art.* 3.§. 22. Curiel. *controu.* 7. Diotalenius *opusculo de scientia conditionata.* Mascarenas *d.* 2. Mendoza *quæst.* 7. *scholast.* Fonseca *lib.* 6. *Metaph.c.* 2.*quæst* 4. *sect.* 8. *&* 9. Lessius *de auxiliis, cap.* 19. *&* 20. Monacæus *d.* 3.

Quæst. XI. An obiecta futura sint Deo in æternitate præsentia? De quo *dist.* 8.*q.* 4.

Quæst. XII. An Dei scientia sit variabilis, aut defectibilis? De quo *dist.* 39.*q.* 2.

Quæst. XIII. An prouidentia, & prædestinatio sit actus scientiæ? De quo *dist.* 39.*q.* 9.

DISTINCTIO XXXVI.

Vtrùm concedendum sit, omnia esse in Dei essentia, vel in eo per essentiam; vt omnia dicuntur esse in Dei cognitione, vel præscientia?

PRima conclusio: Quamvis omnia sint in cognitione Dei, quæ est eius essentia, non sunt omnia in

essentia Dei, vel in Deo per essentiam. Nam ea dicuntur esse in essentia Dei, vel in Deo per essentiam, quæ sunt eiusdem essentiæ cum Deo. At omnia non sunt eiusdem essentiæ cum Deo. Ideò Augustinus dixit, Deum ante mundi constitutionem habuisse apud seipsum electos; non in natura sua, sed in sua cognitione, & præscientia.

2 Secunda conclusio: Quamuis mala culpæ sint in cognitione Dei, non sunt in Deo, sicut bona. Quia hæc sunt per approbationem, secùs mala. Item, peccata dicuntur à sacris Scriptoribus esse longè à Deo, & Deo abscondita; scilicet, quia fugiunt scientiam approbationis, quam bona non fugiunt. Ergo aliter sunt in Deo mala, quàm bona. Rursus, quia, teste Ambrosio, idem est realiter, *omnia esse in ipso*, ac *esse ex ipso, & per ipsum*. At mala non sunt ex ipso, & per ipsum, cùm Deus eorum author non sit. Ergo nec sunt in ipso. Confirmatur ex Augustino, qui omnia, quæ sunt in ipso, exponit esse, quæ sunt iuxta rationalem naturam Dei; non verò, quæ sunt contra naturam rationalem, qualia sunt peccata.

3 Animaduertit duo. Primò, cùm omnia dicuntur esse ex ipso, in ipso, & per ipsum, non constitui discrimen inter Patrem, & Filiũ, & Spiritum sanctum: quia omnia creata æqualiter sunt in tribus personis, ex illis, & per illas; cùm omnibus communis sit eadẽ scientia approbationis, & virtus creatiua, per quam in Deo, ex Deo, & per Deum esse creaturæ dicuntur. Secundò, omnia, quæ sunt de ipso, esse etiam ex ipso; non verò omnia, quæ sunt ex ipso, esse etiam de ipso. Nam omnia creata sunt ex ipso, & non de ipso: personæ verò diuinæ sunt à Patre productæ, & sunt

ex

ex ipso,& de ipso. Nam, vt res sit ex ipso, sufficit procedere ab ipso, tanquam à principio: vt autem sit de ipso, vlterius exigitur, esse eiusdem substantiæ cum ipso.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An, & quomodo Deus cognoscat mala? De quo hîc D. Th. *q.* 1. *art.* 2. Bonau. *art.* 3. *q.* 1. Dur. *q.* 1. Interpr. S. Thom. Caiet. Bañez, Zum. Nazar. Ripa, Gonçal. Mol. Vazq. Arrub Fasol. & Aluiz 1. *p.* *q.* 14. *art.* 10. Item, Valent. *disp.* 1. *q.* 14. *punct.* 7. Ruiz *de scientia*, *d.* 18. *&* 19. Herice *disp.* 8. *c.* 2. Tann. 1. *disp.* 2. *q.* 8. *dub.* 8. Granad. 1. *p. contr.* 2. *tr.* 4. *disp.* 5. Alarcon 1. *p. tr.* 2. *disp.* 3. *&* 4.

Quæst. II. An Deus cognoscat priuationes, & negationes, & quomodo? De quo hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 2. Bonau. *art.* 3. *q.* 2. Interp. S. Th. nuper relati 1. *p. q.* 14. *art.* 9. Item, Valent. *vbi suprà*. Ruiz *de scientia*, *d.* 17. Gran. 1. *p. controu.* 2. *d.* 5. Herice *d.* 8. *à n.* 7. Tann. 1. *p.* *d.* 2. *q.* 8. *dub.* 8. Gran. 1. *p. contr.* 2. *tr.* 4. *d.* 5. Alarcon 1. *p. tr.* 2. *d.* 3. *c.* 4. Aluiz *tr.* 1. *d.* 9.

Quæst. III. An Deus cognoscat entia rationis? De quo Interpr. S. Th. 1. *p. q.* 14. *art.* 9. Ruiz *de scientia*, *disp.* 17. *sect.* 2. *&* 3. Herice *disp.* 8, *c.* 1. Tann. 1. *p. disp.* 2. *quæst.* 8. *dub.* 8. Gran. 1. *p. contr.* 2. *tr.* 4. *disp.* 5. Alarcon 1. *p. tr.* 2. *disp.* 3. *c.* 6.

Quæst. IV. An futura sint præsentia Deo in æternitate realiter, an solùm intentionaliter? De quo hîc Aur. & Bonau. *art.* 1. Alij *dist.* 8. *q.* 4.

Quæst. V. An creaturæ cognoscantur à Deo, quia continétur in eo? De quo Authores relati *dist.* 35. *q.* 7.

Quæst. VI, An Deus sit causa peccati ? De quo relati *dist*. 29. *q*. 9.

Quæst, VII, An sint in Deo, & quid, ac quotuplices ideæ creaturarum ? De quo hic S. Th. *quæst*. 2. Durand, *q*. 3. Aureol. *p*. 2. *art*. 1. *&* 2. Interpr. S. Thom, Caiet, Bañez, Zum, Nazar. Ripa, Molina, Vazq, & Fasol. 1. *p*, *q*. 15. *art*. 2. *&* 3. Item, Ruiz *de scientia*, *d* 83. *&* 84. Granad, *controu* 2. *tr*. 7. *d*. 1. *& sequentib & tr*. 4. *d*. 4. *sect*. 3, Valent. 1. *p*, *d*. 1. *q*. 15. *puncto* 1. *& sequentib*, Tann, 1. *p*. *q*. 9. *dub*. 1. *&* 2. Suarez 1. *p*. *lib*. 3. *d attributis*, *c*. 5. *& disp*. 25. *Metaph*. *sect*. 1. Albertin. *tom*. 1. *principio* 6. *num*. 22.

DISTINCTIO XXXVII.

Quibus modis dicatur Deus esse in rebus.

QVia distinctione præcedenti exposuit, quomodo res creatæ sint in Deo ? proximum sibi visum est exponere, quomodo Deus in rebus sit ? Quod tribus propositionibus trademus,

1 Prima propositio est : Deus est in omnibus rebus per potentiam, præsentiam, & essentiam. Per potentiam est ; quia omnia producit : per præsentiam ; quia omnia cognoscit ; per essentiam ; quia sua immensitate replet omnia, vbique totus existens, & ab omni loco, & creatura indistans. Id probat authoritate Augustini, Gregorij, Hilarij, & Ambrosij. Augustinus enim ait, *Æterna stabilitate in seipso manentē totū adesse rebus omnibus, & singulis totum*, Gregorius, *Deum communi modo omnibus rebus inesse, præsentia, potentia, & substantia*.

substantia. Hilarius, *Immensæ virtutis viuenti potestate, nusquam non adesse, non deesse vsquam; & vbi sua sunt, ipsum esse.* Ambrosius verò, *Spiritum sanctum Deum esse: quia in omnibus, & vbique semper est, & omnia replet.*

2 Secunda propositio: Deus speciali modo est in iustis, scilicet, eos inhabitans per gratiam. Itaque, quamuis Deus in omnibus sit; tamen non habitat in omnibus: vnde excellentiori modo est inhabitans in Christo, cùm in eo habitet per gratiam substantialem, & infinitam vnionis. Hanc doctrinam probat primò: quia iusti Esaiæ 66. dicuntur esse *sedes Dei*; peccatores verò *scabellum pedum eius*. Secundò. Sapient 7. & 9. dicuntur esse *thronus Dei*. Tertiò, aliis in locis dicuntur esse ***Dei templum***. At hæc manifeste arguunt modum aliquem peculiarem essendi in iustis, quo Deus in peccatoribus, & aliis rebus non sit. Quod confirmat pluribus Augustini testimoniis.

3 Tertia propositio: Quamuis Deus sit in loco, & tempore; localis tamen, & temporalis non est, sicut sunt omnes substãtiæ creatæ, spirituales, & corporeæ. Primò, quia Deus non mouetur loco; & tempore, sicut substantiæ creatæ, cùm immutabilis sit. Secundò, quia Deus, neque loco, aut tempore circunscribitur, aut definitur, sicut illæ. Circunscribi enim loco (quod de corporibus dicitur) est esse in loco cum distantia partium locati, & loci: vnde dimensiones latitudinis, longitudinis, & profunditatis in eis cogitamus. Definiri verò loco (quod de spiritibus dicitur) est esse in definito loco, quin sit in omnibus. Quod proportione explicandum de tempore. At Deus non occupat hoc pacto locum, aut tempus,

Deus enim non habet distantiam partium, neque sui interpositione eam causat in loco; neque ita est in vno loco, vt omnia non repleat: creaturæ verò non solùm corporeæ, sed etiam spirituales, primò mouentur secundùm locum, vt testantur Ambrosius, & Beda, cùm transeant de loco in locum, adeóque mittantur in varia loca. Secundò, locis determinatis continentur, cùm vbique non sint. Ergo Dei proprium est non esse localem, & temporalem.

4 At obiicies: Deus incipit esse in rebus, quæ denuò fiunt, cùm antea in eis non esset. Ergo Deus mouetur secundùm locum. Negatur consequentia: quia Deum incipere, aut desinere esse in rebus creatis, non est denominatio intrinseca, sed extrinseca Deo, quæ non exigit mutationem Dei; sed mutationem solius creaturæ, & loci.

5 Ad exactam superiorum lucem duo hîc Magister inquirit. Primò, quomodo Deus vbique sit per essentiam? Respondet cum Chrysost. difficultatem esse insuperabilem. Quod enim quidam dicunt, Deum esse in omnibus per essentiam; quia producit omnia loca, & locata non satisfacit: quoniam Patres distinguunt inter esse per potentiam, & esse per essentiam. At omnia producere pertinet ad esse per potentiam: aliud ergo est esse per essentiam. Nihilominùs discursu distinctionis, id per aliquas negationes declarat; primò, dicens, Deum esse in rebus distinctis, & distantibus absque distinctione, & distantia partium ipsius Dei; secundò, esse, quin causet distantiam inter partes loci, interpositione sui; tertiò, quin eius essentia mutetur; quartò, quin locis definiatur; vltimò, quin eorum sordibus inquinetur.

6 Inqui

6 Inquirit secundò, vbinam erat Deus, antequàm fierent creaturæ? Respondet cum Augustino Deum esse, & habitare in se ipso. Nam Deus, vt sit, non indiget loco, & habitaculo creaturarum, vt eis cadentibus cadat, sicut domus cadit fundamento cadente: Deus enim non innititur creaturis, sed creaturæ potius innituntur Deo.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An, & quid sit, Deum esse in rebus, per essentiam, præsentiam, & potentiam? De quo hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 2. Durand. 1. *p. q.* 1. Bon. 1. *p. art.* 3. Gab. *q. vnica, art.* 1. Aureol. *art.* 1. *&* 3. Faber, cum Scoto *d.* 52. *cap.* 1. Interpretes S. Th. Caiet. Bañez, Zum. Ripa, Nazar. Conçal. Molina Vazq. Arrub. Fasol. & alij 1. *p. q.* 8. *art.* 3. Suar. 1. *p. lib.* 2. *cap.* 2. Tann. 1. *p. d.* 2. *q.* 4. *dub.* 3. *à n.* 10. Gran. 1. *p. contr.* 1. *tr.* 3. *de* 3. *sect.* 6. Val. 1. *p. q.* 8. 1. *p.* Albert. *tom.* 2. *prædic. quant. corol.* 7. Montepilosus 1. *p. d.* 18. *art.* 6.

Quæst. II. An Deus sit in rebus influens immediatè in omnes effectus creatos? De quo hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 1. Dur. 1. *p. q...* Gab. *q. vnica, art.* 2. Interpretes S. Th. 1. *p. q.* 8. *art.* 1. *& q.* 22. *art.* 3. *& q.* 104. *art.* 1. *&* 2. *& q.* 105. *art.* 5. Item Montepilosus 2. *p. d.* 7. *art.* 1. *& seqq.* Suar. *lib. de auxiliis*, *cap.* 4. *& disp.* 22. *Metaph. sect.* 1. Aluarez *lib.* 3. *de auxiliis, d.* 1. Molina *in concordia, q.* 14. *art.* 13. *disp.* 25. *&* 26. Auersa *tom.* 1. *Philos. à pag.* 426. Ruiz *de prouidentia, disp.* 5. *sect.* 11. *&* 12. Hurtado *disp.* 10. *Phys.* Arriag. *disp.* 10. *Phylos.*

Quæst. III. An ex influxu immediato omnipotentiæ Dei, rectè colligatur eiusdem immensitas, & in-

distantia à rebus? De quo hîc S.Thom.*q.*1.*art.*1.Dur. 1.*p.q.*1.Scot.*q.*1.Gabriel *q.vnica,art.*3.Aureol.*art.*2. Faber.*disp.*52. Interpretes S.Th.Caiet. Bañez, Zum. Nazar.Ripa, Gonçalez, Molina, Vazq.Fasol.Arrubal, & alij 1.*p.q.*8.*art.*1.*&* 3.Suarez *lib.*2. *de attributis, c.*2. Tanner.1.*p.disp.*2.*q.*4.*dub.*3.*à n.*5. Valent.1.*p. disp.*1. *q.*8. *p.*1. Gran.1.*p.controu.*1.*tr.*3. *d.*3.*sect.*5. Montepilos.1.*p.d.*18.*art.*5.

Quæst.IV. An esse vbique sit proprium Dei, quin vlli creaturæ possit concedi? De quo hîc S.Th. *q.*2. *art.*1.*&* 2.Durand.1.*p.quæst.*2. Gabriel *quæst. vnica, art.*3. Interpretes, S.Thomæ *q.*1.relati 1.*p.q.*8.*ar.*4. Suar. 1.*p.lib.*2.*cap.*2.*n.* 12. Tanner. 1.*p.disp.*2. *q.*4. *dub.*3.*à num.*12.Valent.1.*p.disp.*1.*quæst.*8. *p.*4. Gran. 1.*p.controu.*1. *tract.*3. *disp.*3.*sect.*7. Montepilos.1.*p. disp.*18.*art.*4.

Quæst. V. An Deus fuerit, & nunc sit in spatiis imaginariis extra mundum corporeum? De quo hîc Maior *q.*2. *S.*Thom.*q.*2.*art.* 2.Bonau.*art.*2.*q.* 3.Dur. *q.*2. Fab.*disp.*52.*c.*3. Interpretes S.Th.Zum. Bañez, Molina, Vazq.Fasol.& alij 1.*p.q.*8.*art.*2.*&* 3.Suar.*d.* 30.*Metaph.sect.*7.*à n.*30.Fonseca 5.*Metaph.c.*15.*q.*9. *sect.*4. Valent.1.*p.disp.*1.*q.*8.*p.*1. Sotus *lib.*4. *Physic. q.*2.Gillius *lib.*2.*tr.*9.*c.*18.Granad.1.*p.controu.*1.*tr.*3. *disp.*3.Albertin.*tom.*2.*prædic.vbi, q.*2. Monçeus fusè *disp.*1.Montepilos.1.*p.disp.*18.*art.*3.

Quæst. VI. An Deus habitet modo speciali in iustis absque gratia inhærenti? De quo hîc Aureol. *ar.* 3.Item, relati *distinct.* 16.*q.*5.

Quæst. VII. An esse ab æterno sit proprium Dei, & nulli creaturæ possibile? De quo hîc S.Th.*q. ar.*3. Eius Interpretes Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Gonçal. Molina,

Molina, Vazquez, Fasol, & Arrub. 1. *p.q.* 10. *artic.* 3. Suar. 1. *p. lib.* 2. *c.* 4. *& disp.* 50. *Metaph.* Tanner. 1. *p. d.* 2. *q.* 5. *dub.* 3. Gran. 1. *p. controu.* 1. *tr.* 3. *d.* 5. Valent. 1. *p. d.* 1, *q.* 10 *p.* 1. *&* 2. Montepilos. 1. *p. d.* 17. *art.* 9.

Quæst. VIII. An, & quomodo Angelus sit in loco? De quo hîc S.Th. *q.* 3. *art.* 1. Dur. 2. *p. q.* 1. Interpretes S. Thomæ, Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Molin. Vazq. Arrub. Bubalus, & alij 1. *p. q.* 52. *art.* 1. Suar. *de Angelis, lib.* 4. *à c.* 1. Tanner. 1. *p. d.* 5. *q.* 2. *dub.* 1. *& seqq.* Gran. 1. *p. controu.* 6. *tr.* 9. *d.* 3. Val. 1. *p. d.* 4. *q.* 3. *p.* 1. *&* 2. Alarcon. 1. *p. tr.* 6. *d.* 6. *c.* 1. *& seqq.* Albertin. *tom.* 1. *princ.* 1. *corol.* 16. *dub.* 2. *tom.* 2. *prædic. quant. & vbi, corol.* 1. Montepilos. 2. *p. d.* 18. *art.* 1. *&* 2.

Quæst. IX. An vnus Angelus possit esse simul in pluribus locis? De quo hîc S.Th. *q.* 3. *art.* 2. Dur. 2. *p. q.* 1. Interpretes relati S. Thom. 1. *p, q.* 52. *art.* 2. Suar. *lib.* 4. *de Angelis, c.* 10. Tann. 1. *p. d.* 5. *q.* 2. *dub.* 4. Gran. 1. *p. controu.* 6. *d.* 3. *sect.* 3. Val. 1. *p. d.* 4. *q.* 3. *punct.* 3. Alarcõ 1. *p. tr.* 6. *d.* 6. *c,* 5. *n.* 9. Mõtepilos. 2. *p. d.* 18. *ar.* 6.

Quæst. X. An plures Angeli possint simul esse in eodem loco? De quo hîc S.Th. *q.* 3. *art.* 3. Dur. 2. *p. q.* 1. Interpretes relati S. Thomæ 1. *p. q.* 52. *ar.* 3. Suar. *lib.* 4. *de Angelis, c.* 9. Tann. 1. *p. d.* 5. *q.* 2. *dub.* 5. Gran. 1. *p. controu.* 6. *d.* 3. *sect.* 3. Val. 1. *p. d.* 4. *q.* 3. *punct.* 4. Alarcon 1. *p. tr.* 6. *d.* 6. *c.* 5. *n.* 9. Montepilos. *p.* 2. *d.* 18. *art.* 7.

Quæst. XI. An, & quomodo Angelus moueatur secundùm locum? De quo hîc S.Th. *q.* 4. *ar.* 1. Dur. 2. *p. q.* 2. Interpretes S.Th. Caiet. Bañez, Zumel. Nazar. Mol. Vazq. Bubal. & Arrub. 1. *p. q.* 53. *art.* 1. Suar. *lib.* 4. *de Angel. c.* 1. *à n.* 14. *& c.* 12. Tann. 1. *p. disp.* 5. *q.* 2. *dub.* 6. Granad. 1. *p. controu.* 6. *d.* 1. Valent. 1. *p. dist.* 4. *q.* 4. *p.* 1. Montepilosus *p.* 2. *d.* 19. *art.* 1. *& sequentibus.*

Quæst.

Quæſt. XII. An Angelus moueatur ab extremo in extremum, quin pertranſeat medium? De quo hîc S.Thom.*q.*4.*art.*2.Dur.2.*p.q.*4.Interpretes relati S. Thomæ 1.*p.q.*53.*art.*2.Suar.*lib.*4.*de Angelis,à cap.*18.Tann.1.*p.diſp.*5.*q.*2.*dub.*7. Valent.1.*p.d.*4.*q.*4.*p.*1.Alarcon 1.*p.tr.*6.*d.*6.*cap.*5.*n.*7.Alb.*tom.*1.*princ.*1.*corol.*16.*dub.*1.& 2.Montep. *p.*2.*diſp.*19.*art.*7.

Quæſt. XIII. An motus localis Angeli ſit inſtantaneus, an ſucceſſiuus? De quo hîc S.T.*q.*4.*art.*5.Dur.2.*p.q.*2. Interpretes relatiS.Th.1.*p.q.*53.*art.*3.Suar.*lib.*4.*de Angelis,c.*20.& 21.Tann.1.*p.d.*5.*q.*2.*dub.*8. Valent.1.*p.d.*4.*q.*4.*p.*2.Albert.*tom.*1.*princ.*1.*cor.*16.*d.*3.& *ſeqq.*Montep.*p.*2.*diſp.*19.*art.*4.4.& 5.

Quæſt. XIV. An ſubſtantia ſpiritualis,& corporea poſſit exiſtere,quin ſit alicubi? De quo Interpretes S.Th.1.*p.q.*52.*art.*1.Bañez *dub.*1.*ad ſept.* Zum. *q.*4.*ad* 10.Vazq.*d.*196.*cap.*2.& 3.Alarcon 1.*p.tr.*6.*cap.*5.*n.*7.& *cap.*7.*à n.*10.Suar.*de Angelis,lib.*4.*cap.*3.Moncæus fusè *diſp.*1.*cap.*8.& *ſeqq.*Arriag.*diſp.*14.*Phyſ.ſect.*4.

Quæſt. XV. An poſſit eſſe ſubſtantia rationalis, quæ non poſſit moueri à ſe ſecundùm locum? aut irrationalis ita eſſentialiter affixa determinato loco, vt neque ab alio dimoueri ab eo poſſit? De quo nullus ſcribit; ſed non leuis, & importuna poterit hîc eſſe diſputatio.

DISTINCTIO XXXVIII.

Hic redit ad propoſitum,repetens ſuperiùs dicta, vt addit alia.

REdit ad diſputationem de futurorum ſcientia, & mouet quæſtionem, an ea ſcientia ſit cauſa futurorum?

futurorum; an futura, causa scientiæ? Nam pro sententia affirmante, & negante argumenta non desunt.

1 Scientiam esse futurorum causam, & non è contrà, suadetur primò, quia futura aliter euenire non possunt, quam sciuntur a Deo: quia scientia Dei falli non potest: falleretur autem, si aliter euenire possent. At, si scientia non esset causa futurorum, possent futura aliter euenire, quàm præscita sunt: quia non potest ex alia causa, quam ex scientia Dei, illis euenire necessitas existendi. Ergo futurorum scientia eorumdem causa est. Secundò, quia, iuxta August. res non ideò præsciuntur à Deo, quia futuræ sunt; sed ideò sunt futuræ, quia præsciuntur. Tertiò, quia scientia Dei est increata, & diuina. At res creatæ non possunt esse causa alicuius increati, & diuini.

2 Oppositum verò, scilicet, res futuras esse causam præscientiæ Dei, & non præscientiam, causam futurorum, probatur primò, quia scientia Dei æqualiter fertur in mala, ac in bona. At malorum causa non est. Ergo futurorum causa non est præscientia Dei. Secundò, quia, iuxta Origenem, Deus ideò præscit rem esse futuram, quia ipsa futura est; non verò ideò est futura, quia præscitur à Deo.

3 Vt tota lis dirimatur, præmittitur primò, causam bifariam sumi; tum propriè pro principio influente esse rei; tum impropriè pro sola conditione antecedenti, sine qua res esse non potest. Præmittitur secundò, etiam futurorum scientiam bifariam considerari; tum compositam, & coniunctam beneplacito, & decreto Dei; tum simplicem seorsim à beneplacito Dei.

4 Iam prima conclusio est: Si causa sumatur propriè,

priè, futura non sunt causa scientiæ Dei, neque scientia seiuncta à decreto Dei est causa futurorum; secùs coniuncta cum decreto. Probatur: Nam futura non possunt influere esse increatum, & diuinum in scientiam Dei; neque scientia Dei simplici notione futurorũ tribuit esse futuris, cùm nouerit mala, quibus Deus esse non tribuit. At verò scientia coniuncta decreto Dei tribuit esse bonis, quæ decernũtur à Deo; nõ verò malis, quæ à Deo decerni nequeunt. Quod argumenta primæ sententiæ probant, & August. confirmat.

5 Secunda conclusio: Si causa sumatur impropriè pro conditione antecedenti, possunt futura esse causa solius scientiæ seiunctæ à decreto, & non è contrà simplex scientia causa futurorum. Hoc probatur argumentis secundæ sententiæ. Neque Augustinus adductus pro prima sententia repugnat, cùm differat de scientia bonorum, provt coniuncta beneplacito Dei, de qua iam diximus, causam esse futurorum; neque ideò præsciri futura tali scientia, quia sunt futura; sed ideò esse futura, quia scientia approbationis, & beneplaciti præsciuntur.

6 Solùm superest dilui prima probatio, quomodo, scilicet, scientia Dei non sit causa necessitans libera contingentia. Respondetur: Libera contingentia possunt aliter euenire, quàm præscita sunt in sensu diuiso scientiæ, quamuis non in sensu composito, ne diuina scientia reddatur falsa. Neque hæc necessitas in sensu composito libertati creatæ repugnat: quia suppositio solius scientiæ à decreto seiunctæ non antecedit, sed subsequitur vsum futurum libertatis creatæ: siquidem, vt præmisimus conclusione secunda, futura sunt causa, sine qua non, antecedens scientiam,

tiam, & non è contrà. At necessitas ex sensu composito subsequenti vsum libertatis non præiudicat libertati.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An futura contingentia habeant determinatam veritatem in se? De quo hîc Aureol. *art.3.* Greg. Gab. Scot. & Bonau. *q.1.* Interpretes S. Thom. Nazar. Gonçal. Molin. Vazq. Arrub. & Fasol. *1.p.q.14.art.13.* Tann. *1.p.d.2.q.8.dub.6.* Alb. *tom.1.princ.4.q.4. Phylos.* Valent. *1.p.d.1.q.14.p.5.q.2.* Suar. *opus.2.lib.1.* Ruiz *de scientia, d.23.* Alarcon *1.p.tr.2.d.4.c.1. & 2.* Montep. *1.p.d.30.art.2.* Herice *d.6.c.7.* Aluiz *tr.1.d.6.sect.2.*

Quæst. II. An, & quomodo sit in Deo scientia futurorum absolutè? De quo hîc S. Thom. *q.1.art.5.* Aureol. *art.1.* Gab. & Okam. *q.vnica, art.2. & 3.* Greg. *q.2.* Dur. *q.3.* Fab. *d.54.* Interp. S. Th. Caiet. Bañez. Zum. Naz. Gonçalez, Mol. Vazq. Arrub. & Fasol. *1.p.q.14.art.3.* Aliique relati *dist.35.q.7.*

Quæst. III. An, & quomodo sit in Deo scientia futurorum sub conditione? De quo hîc Fab. *d.54.* aliique relati *dist.35.q.8.*

Quæst. IV. An scientia visionis sit causa futurorum, an futura causa scientiæ? De quo hîc S. Th. *q.1. art.1.* Bonau. *art.1.q.1.& 2.* Scot. & Dur. *q.1.* Interp. S. Th. Caiet. Bañ. Zum. Ripa, Nazar. Mol. Vazq. Arrub. Fasol. & alij *1.p.q.14.art.8.* Val. *1.p.d.1.q.14.p.5.§.3.* Aluarez *de auxiliis, d.16.* Tann. *1.p.d.2.q.8.dub.10.à n.4.* Suar. *de auxil. lib.1.c.13.* Ruiz *de scientia, d.15.16.33.& 36.* Ledesma *de aux.d.2.de scientia,*

d.1.dub.

*d.*1.*dub.*4. Alarcon 1.*p.tr.*2.*disp.*5.*cap.*4, *conc.* 5. Herice 1.*p.disp.*10.*c.*1.& 2. Moncæus *d.* 3.*c.* 19.

Quæst. V. An scientia visionis, aut quævis alia suppositio antecedens causalitate futura deroget libertati creatæ? De quo hic Greg. *q.*1. *art.*2.& *q.*2. *art.*3. Gab. cum Okam. *q. vnica* Faber cum Scoto *d.* 54.*c.*5. Valent.1.*p.d.*1.*q.*14.*p.*5.§.3. Gran. 1.*p.contr.* 2.*tr.*2.*d.*6. Tanner.1.*p.d.*2.*q.*8.*dub.* 1. Albert.*tom.*1. *princ.*4.*corol.*1.*p.*9. Ruiz *de scientia, d.* 33.& *seq.* Alarcon 1.*p.tr.*2.*d.*5.*c.*8. Montepilos.1.*p.d.*30.*ar.*11. Herice *l.*6.*c.*8. Aluiz *tr.*1.*d.*6.*sect.*11.& 13.

Quæst. VI. An scientia simplicis intelligentiæ sit causa futurorum, & practica. De quo hic S.Th. Bonau. Scot. & Dur. *q.*1. Interpretes relati S.Th. 1.*p.q.* 14.*ar.*8. Valent.1.*p.d.*1.*q.*14.*p.*8. Tanner.1.*p.d.*2.*q.* 8.*dub.*10.*à n.*4. Suar. *de auxil. lib.*1. *cap.*13.*à n.*15. Alarcon 1.*p.tr.*2.*d.*5.*c.*4. Ruiz *de scientia, d.*15.& 16. Montep.1.*p.d.*27.*ar.*11.& 12. Suar. *lib.*2.*de attrib.*4.

Quæst. VII. An Deus cognoscat futura præsentia in æternitate sua? De quo hic Aureol. *ar.*1. Item, relati *dist.*8.*q.*4.

Quæst. VIII. An, & quomodo sit in Deo scientia priuationum, entium rationis, & malorum culpæ? De quo hic S.Th. *q.*1.*ar.*4. Alij relati *d.*36.*q.*1.2.& 3.

Quæst. IX. An Deus cognoscat futura componendo, & diuidendo? De quo hic Dur. *q.*2. Richard. *ar.*1. *q.*4. Marsil. *art.*1.*conc.*8. Interpretes S.Th. Caiet. Bañ. Zum. Nauarrete, Nazar. Gonçalez, Ripa, Mol. Vazq. Arrub. & Fasol. 1.*p.q.*14.*ar.*7.& 14. Val. 1.*p.d.*1.*q.* 14.*p.*8. Ruiz *de scient. d.*13. Alarc. 1.*p.tr.*2.*d.*3.*c.*4.

Quæst. X. An Deus sit causa malorum culpæ? De quo relati *distinct.*39.*q.*9.

DISTINCT.

DISTINCTIO XXXIX.

Vtrùm ſcientia Dei poßit augeri, vel minui, vel aliquo modo mutari?

CONcluſio eſt: Scientia Dei nullius mutationis, augmenti, aut diminutionis capax eſt. Tum, quia Auguſtinus ait, ſcientiam Dei eſſe inamiſſibilem, & inuariabilem: ſi autem mutationis eſſet capax, poſſet variari, & amitti. Tum, quia ſcientia Dei eſt eius eſſentia. At eſſentia Dei expers eſt mutationis. Ergo etiam ſcientia. Etenim ſcientia nullam fert mutationem, quia mutatio redolet imperfectionem: at ſcientia identificata eſſentiæ infinitæ Dei, nullam imperfectionem ferre poteſt.

2 Obiicitur primò: Potuit Deus non ſcire futura, quæ nunc ſcit futura: nam futura potuerunt non eſſe futura, ac proinde neque præſcita à Deo futura. Ergo potuit Deus amittere ſcientiam futurorum. Item, potuit ſcire futura plura, quàm nunc ſunt futura. Nam ex poſſibilibus potuerunt futura eſſe plura, quàm nunc ſunt futura, quæ, ſi forent, ſcirentur à Deo. Ergo augeri potuit in Deo futurorum ſcientia. Reſpondeo: Deficientibus futuris, quæ nunc ſunt futura, aut exiſtentibus aliis quæ non ſunt futura, nulla foret mutatio intrinſeca Dei, ſed extrinſeca creaturarum. Nam infinitas ſcientiæ diuinæ exigit, vt potuerit ferri, & non ferri ad hæc & alia futura abſque diminutione, & augmento entitatis, & perfectionis ſcientiæ pro ſola diminutione, & augmento obiecti; aliàs ſcientia Dei imperfectionibus noſtræ ſcientiæ ſubiaceret.

3 Obiicit ſecundò: Si poteſt Deus ſcire ab æterno alia futura, quam nunc ſcit, abſque mutatione intrinſeca Dei, etiam poterit in tempore ſcire, quæ non ſciuit ab æterno abſque ſui intrinſeca mutatione. Nam, ſi Deus ſciens ab æterno alia, quàm nunc ſcit, non eſſet intrinſecè alius ab eo, qui nunc eſt: ergo neque ſciens in tempore alia, quàm ſcivit ab æterno, erit in tempore alius intrinſece ab eo, qui fuit ab æterno. Confirmatur: Dixit Hieronymus, *abſurdum eſſe ad hoc deducere Dei maieſtatem, quod ſciat per momenta, quot culices naſcantur quotve moriantur*, &c. Ergo Deus nō ſcit ſemper, & ſingulis momentis omnia, quæ ſcit. Reſpondet: Deus poteſt in tēpore ſcire, quæ ab æterno non ſciuit, in ſenſu diuiſo, non verò in ſenſu compoſito; repugnat enim cōponi, Deum ab æterno non ſciuiſſe aliquid futurū, & in tempore ſcire illud futurum: quia Deus in tempore neque ſcit, neque non ſcit, niſi ea, quæ ab æterno ſciuit, aut nō ſciuit: Quidquid enim in tēpore ſcibile eſt, ſcibile fuit ab æterno: eo autem ipſo, quod ab æterno ſcibile fuit, non potuit illud latere ſcientiam infinitam Dei, cuius eſſet imperfectio obiectum ſcibile ignorare. Ad confirmationem: Hieronymus non negat notitiam ab æterno, & ſimultaneam irrationalium, ſed notitiam ſucceſſiuam tantùm, quam indicat illud, *per momenta ſingula.* Deinde non negat omnem notitiam, ſed notitiam prouidentiæ omnino æqualem cum illa, quam habet creaturarum rationalium. Ideò mox addit: *Non ſimus tam fatui adulatores Dei, vt dum prouidentiam eius ad ima detrudimus, in nos ipſos iniurioſi ſimus, eadem rationalium, & irrationalium prouidentiam eſſe dicentes.*

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An contingentia habeant determinatam veritatem? De quo hîc Scot. *q.* 1. Aureol. *ar.* 2. Greg. *q.* 1. *ar.* 2. Alij relati *dist.* 38. *q.* 1.

Quæst. II. An scientia Dei sit immutabilis? De quo hîc S. Th. *q.* 1. *ar.* 1. & 2. Bonau. *ar.* 2. *q.* 2. Aureol. *ar.* 4. Gab. *q. vnica, ar.* 2. Dur. & Greg. *q.* 1. Interpretes S. Th. Caiet. Bañez, Zum. Nauarret. Nazar. Ripa, Gonçalez, Molin. Vazq. Arrub. & Fasol. 1. *p. q.* 14. *ar.* 15. Val. 1. *p. d.* 1. *q.* 14. *p.* 8. Tan. 1. *p. disp.* 2. *q.* 8. *dub.* 10. Granad. *contr.* 2. *tr.* 6. *disp.* 1. Alarcon 1. *p. tr.* 2. *d.* 1. *cap.* 4. Aluiz *tr.* 1. *d.* 10 *sect.* 3. Herice *disp.* 10. *cap.* 3. Ruiz *de scientia, disp.* 37. & 91. Suar. *lib.* 2. *de attrib. cap.* 3. & *disp.* 30. *Metaph. sect.* 9.

Quæst. III. An Deus cognoscat præsentia eadem indiuisibili visione, quâ ipsa prænouit futura? De quo hîc S. Th. *q.* 1. *ar.* 2. Gab. *ar.* 3. Greg. *ar.* 1. Interpretes S. Th. *q.* 14. & 15. Herice *d.* 10. *c.* 3. Albert. *tom.* 1. *princ.* 4. *corol.* 1. *n.* 26. Aluiz *tr.* 1. *d.* 5. *sect.* 5. Ruiz *de scientia, d.* 37. *sect.* 3. & 4. Alarcon. 1. *p. tr.* 2. *c.* 4. *à n.* 3. Suar. *lib.* 2. *de attrib. c.* 4. *à n.* 3. Gran. 1. *p. contr.* 2. *tr.* 6. *d.* 1.

Quæst. IV. An, & quomodo Deus cognoscat creaturas possibiles, & futuras, absolutas, & conditionatas. Hîc. Bō. *a.* 1. & 2. Scot. *q.* 1. Alij relati *dist.* 35. *q.* 7. & 10.

Quæst. V. An cum certitudine scientiæ Dei componatur libertas contingentium? De quo hîc Scot. *q.* 1. Aureol. *ar.* 1. Alij relati *dist.* 38. *q.* 4.

Quæst. VI. An Deus cognoscat componendo, & diuidendo? De quo hîc Gab. *q.* 1. *ar.* 1. Greg. *ar.* 2. Alij relati *dist.* 38. *q.* 9.

Quæst. VII. An Deus nouerit infinita per scien-

tiam simplicis intelligentiæ,& visionis? De quo hîc S.Th.*q.*1.*art.*3.Dur.*q.*2.Interpretes S.Thom.Caiet. Bañez,Zumel,Nauarrete,Nazar. Ripa,Gonçal. Mol. Vazq.Arrubal,Fasol. & alij 1.*quæst.*14.*art.*12.Tann. 1.*p.d.*2.*q.*8.*dub.*4.Val.1.*p.d.*1.*q.*14.*p.*6.Granad. 1.*p. controu.* 2.*tract.*2.*disp.*1.Ruiz *de scientia,disp.*20.Albert. *tom.* 1.*princ.* 5.*Phylos.à n.*21.Alarcon 1.*p.tr.*2. *disp.* 3.*c.* 3.Herice *tr.* 1.*disp.*5.*c.*6. Montepilos.1.*part. disp.*27.*art.*8.Aluiz *tract.* 1.*disp.*4.*sect.* 4. *& sequent.* Suar. *tom.*1.*in* 3.*p.d.*26.*sect.*3.

Quæst. VIII. An Deus eadem cognitione se, & creaturas cognoscat? De quo hîc Bonau.*art.* 2.*q.*1.

Quæst.IX. An prouidentia Dei sit actus scientiæ? De quo hîc S.Th.*q.*2.*art.*1.Interpretes ipsius,Caiet. Bañez, Zumel, Nauarrete, Nazar. Ripa, Gonçalez, Molina,Vazq.Fasol.Arrub.& alij 1.*p.q.*22.*art.*1.Valent. 1.*p.d.*1.*q.*22.*p.*1.Bellarm.*lib.*2.*de gratia,& lib. arbitrio,c.*9. Tann. 1.*p.d.* 3.*q.* 1.*dub.*1.*&* *q.*2. *dub.*2. Granad.1.*p.controu.*4.*tr.*1.*d.*2.*& tr.*5.*d.*2.*&* 3.Suar. *lib.*1.*de præd.c.*17. Ruiz *de prouid.d.*3.*& de prædestinatione,d.* 1. Alarcon 1.*p.tr.*4.*d.*1.*c.*2.Montepilos.1. *p.d.*36.*art.* 3.Herice *d.*22.Aluiz *tr.*3.*d.*3.

Quæst. X. An Deus omnibus creatis in singulari, & immediatè prouideat? De quo hîc S.Th.*q.*2.*art.*2. Dur.*q.*3.Interpr. S.Th.*q.*7.relati 1.*p.q.*22.*art.*2.Val. 1.*p.d.*1. *q.*14.*p.*2. Tannerus 1.*p. disp.*3.*quæst.*1. *dub.* 3.Granad.1.*p.contr.*4.*tr.*2.*disp.*1.*&* 2.Suarez *lib.*3.*de attribut.cap.*10.Ruiz *de prouidentia,d.*1.Alarcon 1.*p. tract.*4.*d* 1.*cap.*1.

Quæst. XI. An existente obiecto pro solo imperio voluntatis diuinæ, possit non esse in Deo aliquis actus scientiæ diuino intellectui possibilis? De quo nullùs

nullus scribit, & plures mihi dubitandi rationes occurrunt, & fortè consideranti occurrent, quæ explicationem desiderant.

DISTINCTIO XL.

Quid sit prædestinatio, & in quo differat à præscientia?

PRima conclusio: Prædestinatio est præscientia, & præparatio gratiæ, & bonorum, quibus homines saluandi sunt. Vnde eo differt à præscientia, quod prædestinatio complectitur scientiam: scientia verò non complectitur prædestinationem. Prædestinari enim non possunt nisi bona, & homines saluandi; præsciri autem possunt mala, & homines re ipsa damnandi. Ita Augustinus.

2 Secunda conclusio: Prædestinatus non potest damnari, nec reprobus saluari, *coniunctim*, hoc est, in sensu composito; sed *disiunctim*, hoc est, in sensu diuiso. Quo etiam sensu numerus electorum dicitur certus. Nam hæc duo repugnant componi, & hominem esse prædestinatum, & damnari: item, esse reprobum, & saluari. Petro tamen prædestinato potuerunt subtrahi à Deo auxilia efficacia gratiæ, solis sufficientibus relictis, quo casu non esset prædestinatus: item, Iudæ reprobo disponi auxilia efficacia gratiæ, cum quibus non esset reprobus.

3 At obiicies: In sensu composito, seu ex suppositione prædestinationis non potest homo damnari. At non est in potestate prædestinati, vt non sit talis sup-

positio prædestinationis. Ergo non est in potestate prædestinati, vt sit damnatio, atque adeò non erit libera, sed necessaria prædestinato consequutio salutis. Respondet, se in hac difficultate malle doceri, quàm docere. Tamen ait, eandem difficultatem esse de præscientia salutis, quæ est de prædestinatione. Itaque, sicut est in potestate hominis, vt Deus ab æterno non præscierit salutem futuram; quia, vt dictum est *dist*, 38, non ideò est salus futura, quia præscitur à Deo; sed ideò præscitur, quia futura est: ita etiam est in potestate hominis, vt non sit ab æterno prædestinatus, cùm prædestinatio præscientiam complectatur. Cæterùm, ex suppositione, quòd ab æterno salus præscita, & prædestinata est, non est in potestate hominis, vt non præsciatur, aut prædestinetur in tempore: quia præscientia, & prædestinatio, quæ ab æterno fuit, non potest in tempore non esse, aut è contrà.

4 Tertia conclusio: Sicut prædestinatio est præscientia, & præparatio gratiæ, & bonorum, quibus homines certissimè liberantur; ita reprobatio est præscientia malitiæ, & præparatio pœnæ eorum, qui in æternum damnantur. Vnde differt prædestinatio à reprobatione, quòd prædestinatione præsciuntur, & præparantur à Deo non solùm gloria, sed etiam media, quibus homines illam consequuntur; reprobatione verò solùm præparatur pœna; præsciuntur verò, & non præparantur media, scilicet, peccata, quibus homo perducitur in pœnam, vt illustrant optimè Augustinus, & Fulgentius.

5 Quarta conclusio: Effectus prædestinationis sũt dona gratiæ, tam actualia, quàm habitualia, quibus primùm iustificationem, deinde perseuerantiam, ac tandem

tandem beatitudinem adipiscimur. Effectus verò reprobationis sunt mala pœnæ æternæ; non verò culpæ. Etenim effectus prædestinationis, & reprobationis sunt ea, quæ prædestinatione in gloriam, & reprobatione præparantur in pœnam. Hæc autem sunt, quæ prædestinatione in gloriam, & reprobatione præparantur in pœnam. Addit tamen obdurationem, *quodammodo* esse effectum reprobationis æternæ: quia absolutè effectus non est; fortè quia non est effectus reprobationis *positiuæ*; sed negatiuæ tantùm, subtrahentis auxilia efficacia gratiæ, in qua sola subtractione obduratio consistit. Neque Deus illa subtrahit ex intētione peccati, aut pœnæ æternæ, prout requiritur ad reprobationē positiuam; sed ob causas, & fines nostro iudicio occultissimos, vt Aug. cum Apostolo docet.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An, & in quo actu intellectus constituta sit prædestinatio? De quo hìc S. Thom. *q.* 1. *art.* 2. Bonauent. *art.* 1. *q.* 2. Gregor. *quæst.* 1. *art.* 1. Scot. *quæst.* 1. Gabr. *quæst. vnica*, *articul.* 1. Aureol. *articul.* 1. Interpretes S. Thom. Caiet. Bañez, Zum. Nauar. Nazar. Ripa, Gonçal. Molin. Vazq. Fasol. Arrubal, & alij 1. *p. q.* 22. *art.* 1. *&* *q.* 23. *art.* 1. Alij relati *dist.* 39. *q.* 9.

Quæst. II. An præscientia conditionata, seu media, meritorum prædestinati, sit necessaria ad prædestinationem? De quo Suar. *lib.* 1. *de præd. c.* 7. *&* *lib.* 2. *opuscul. cap.* 2. Granad. 1. *p. contr.* 4. *tr.* 5. *disp.* 4. Tanner. 1. *p. d.* 3. *q.* 2. *dub.* 2. Herice *disp.* 22. *sect.* 3. Lessius *de auxil. capit.* 4. *num.* 16. Fonseca *tomo* 3.

Metaph. lib.6.cap.2.q.4.ſect.9. Ruiz *de prædeſt. diſp.* 55. *à ſect.6.* Aluiz *tr. 3. ſect. 3.* Montepiloſ. *1.p.diſp.36. art. 7. concl.4.* Interpretes S.Th. Zumel. Nazar. Nauarrete, Gonçalez, Molina, Vazq. Faſol. & Arrub. *1.p. q.23. art.1. & 4.*

Quæſt. III. An ad prædeſtinationem pertineat electio efficax ad gloriam ante præuiſa merita? De quo hîc Bonau. *art. 2. q. 2.* Maior *q. 2.* Greg. *q. 1. art. 1. & 2.* Scot. & Gab. *q. 1.* Interpretes S.Th. Caiet. Bañez, Zumel, Nauarrete, Nazar Ripa, Gonzalez, Molin. Vazq. Arrubal, Faſol. & alij *1.p.q.23. art.4. & 5.* Valent. *1.p. d.1. q.23. p.4. à* §.3. Tanner. *1.p.d.3.q.5.dub.3. & ſeq.* Catharinus *opuſc. de prædeſtinat. lib.1. cap. vltimo, & lib.3.c.1. & 2.* Leſſius *diſp. de prædeſt. à ſect.2.* Ecquius *in Chryſop. cent.7. & ſeq.* Suar. *lib.1. de prædeſt. cap.8. & lib.3. de auxil. cap.16.* Cabrera *in 3.p.q.1. ar.3. diſp.1.* Corduba *lib.1.q.56. & lib.3.q.14.* Moncæus *diſp.4.* Ruiz *de prædeſt. à diſp.8.* Herice *diſp.23.* Aluarez *de auxil. diſp.37.* Ledeſma *de auxil. art.18. 1. dif. poſt dub. 4.* Alarcon. *1.p.tr.4.diſp.2. à c.4.* Aluiz *tr.3. diſp.5. à ſect.3.* Montepiloſ. *1.p. diſp.36. art.7* Bellarm. *lib.2. de gratia, cap.15. & 16.* Carthag. *de prædeſtinat. diſcurſu 10.* Henriq. *de fine hominis, c.11. & 12.*

Quæſt. IV. An prædeſtinatio ſit certa, & ea certitudo proueniat ex efficacia intrinſeca auxiliorum gratiæ, an ex ſola præſcientia Dei, ſeu conſenſu præuiſo arbitrij creati? De quo hîc S.Th. *q.3. ar.1.* Eius Interpretes Bañez, Zum. Nazar. Nauar. Gonçal. Molina, Vazquez, Faſol. Arrubal. *1.p.q.23. art.6. & 7.* Valent. *1.p. diſp.1. quæſt.23. part.5.* Tanner. *1.p. diſput.2. quæſt.10. dub.8. & diſp.3. quæſt.6. dub.2.* Ruiz. *de prædeſt. diſp.53.* Granad. *1.p. contrŏu.4. tr.11. diſp.1.* Alarcon

con 1.*p.tr.*4.*disp.*6.*cap.*1. Item, iidem Authores, & alij, vbi differunt, an efficacia voluntatis diuinæ præfinientis actus liberos creatos præsupponat scientiam conditionatam consensus creati? Rursus omnes, qui examinant, an efficacia auxiliorum gratiæ sit per se intrinseca, an extrinseca, quos retulimus *distinct.*16. *quæst.*7.

Quæst. V. An prædestinatio sit in potestate prædestinati? De quo hîc Greg. & Gab. *q.*1. Ægid.*ar.*2. Interpr.*suprà* relati S.Th.1.*p.q.*23.*art.*6. & 7. Ruiz *de prædest.d.*55.*sect.*1.& *seq.* Alarcon 1.*p.tr.*4.*d.*4.*cap.*7. Gran.1.*p.contr. *4.*tr.*11.*d.*5. Tann. 1.*p.d.*3.*q.*6.*dub.*3. Aluiz *tr.*3.*d.*20. Ecquius *cent.*4. Valent. 1. *p.disp.* 1.*q.* 23.*p.* 4.§.8.

Quæst. VI. An certitudo, & efficacia prædestinationis diuinæ componatur cum libertate voluntatis creatæ? De quo hîc S.Th.*q.*3.*art.* 1. Bonauent. *art.*2. *q.*1.& 2. Greg.*q.* 1.*art.*3. Gab.*q.vnica.* Scot. *q.*1. Aureol. *art.*4. Interpretes S. Th. Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Gonçalez, Molina, Vazquez, Fasol. & Arrub. 1.*p.q.*23.*art.*6.& 7. Suar.*lib.*3.*de prædestin.c.*9.& 10. Tann. 1.*p.d.*3.*q.*6.*dub.*3. Bellarm.*lib.*3.*de iustificatione, c.*14.& 15. Val.1.*p.d.*1.*q.*23.*p.*4.§.8. Herice *disp.*31. Montepilos. 1.*p.disp.*39. *art.*9. Gran. 1. *p. controu.*4. *tr.*11.*disp.*2. Aluiz *tr.*3. *disp.*11. Ruiz *de prædestinatione, disp.*55.

Quæst. VII. An reprobatio sit ante præuisa demerita? De quo hîc D.Thom.*quæst.*4.*art.* 1. Bonau.*art.*3. *q.*1. Heruæus *quæst. vnica, art.*2. Greg.*q.* 1. Durand. *quæst.*2. Interpretes S. Thom. Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Nauarrete, Gonzalez, Ripa, Molina, Vazquez; Fasol. & Arrubal. 1.*p.q.*23. *art.*3. & 5. Ruiz *de prædestinat.*

*deſtinat.diſp.*15.Valent.1.*p.diſ.*1.*q.*23.*p.*2.*puncto* 3. Tann.1.*p.d.*3.*q.*7.*dub.*3.Suar.*lib.*5.*de prædeſt. cap.*3. Ecquius *de prædeſtin.cent.*3. Herice *diſp.* 33. Montepiloſ.1.*p.diſp.*40.*art.*2. Gran.1.*p.contr.*3.*tr.*8.*d.vnica.* Alarcon 1.*p.tract.*4.*diſ.*5.*concl.*1. Aluarez *de auxil.diſp.*110.Ruiz *tract.* 3.*d.*9.*ſect.*1.

Quæſt. VIII. An peccatum,aut permiſſio peccati ſit effectus reprobationis, aut prædeſtinationis ? De quo hîc Bonau. *art.*3.*q.*1.& 2.S. Thom. *q.*4.*art.*2. Durand.*q.*2.Interpretes S.Thom.Caiet.Bañez,Zum. Nauarrete,Gonçal.Nazar.Ripa, Molin.Vazq.Arrubal,Faſol.& alij 1.*p.q.*23.*art.*3. & 4. Valentia 1.*p. diſp.*1.*q.* 23.*p.*2. *punct.*2. Ruiz *de prædeſt. diſp.*23. Tann.1.*p.diſp.*3.*q.*3.*dub.* 3.& *q.*7.*dub.*2.Suar. *lib.* 3. *de prædeſtinatione,cap.*8.& *lib.*5.*cap.*7. Herice *d.*30. *cap.*6.& *d.*34.*cap.*3.Montepiloſ.1.*p.d.*39.*art.*7.& 8. *d.*40.*art.*6.& 7. Granad.1.*p.contr.*4.*tr.*6.*d.*5. Alarc. 1.*p.tr.*4.*d.*4.*cap.*5. & *d.*5.*cap.*5. Aluiz *tr.*3.*d.*4.*à. ſect.*11.& *d.*8.*ſect.*1.

Quæſt. IX. Quæ bona ſint prædeſtinationis effectus ? De quo hîc Greg. & Gab. *q.*1. Interpretes S. Thom.proximè relati *ad art.*2. & 4. Val.1.*p.q.*23. *p.*3. Ruiz *de prædeſt.diſp.*21.& 22. Tann.1.*p.diſp.*3. *q.*3.*dub.*1.& 2. Suar.*lib.*3.*de prædeſt.à.cap.*3.Herice *diſp.*30.*à cap.*2.Montep.1.*p.diſp.*39.*ab art.*2. Gran. 1.*p.contr.*4.*tr.*6.*diſp.*3.& 4. Alarc.1.*p.tr.*4.*diſp.*4. *à cap.*1. Aluiz *tr.*3.*diſp.*4. *à ſect.*3.

DISTIN

DISTINCTIO XLI.

Vtrùm aliquod sit meritum obdurationis, & misericordiæ?

PRæmittendum est, idem esse meritum misericordiæ, seu gratiæ, quod meritum prædestinationis: item, meritum obdurationis, seu pœnæ, quod meritum reprobationis. Nam esse meritum prædestinationis, aut reprobationis non est, esse meritum illorum actuum, qui ab æterno prædestinationem, aut reprobationem constituunt. Nam, cùm actus sint idem, quod Deus, sub meritis hominum non cadunt. Igitur meritum prædestinationis, & reprobationis solùm erit meritum gratiæ, & pœnæ, qui sunt effectus illarum.

2 Ergo conclusio est: Prædestinationis diuinæ nulla præcedit causa meritoria ex parte prædestinati; secùs reprobationis ex parte reprobi. Probatur: quia prædestinatio est actus misericordiæ, & gratuitus. Si verò præcederet meritum illius, non esset merè gratuita, vt ait Paulus *ad Roman.* 4. At reprobatio est opus iustitiæ, in quod Deus non fertur, nisi nostris operibus prouocetur. Secundò, quia ante primum effectum prædestinationis, qui est gratia Dei, nullum est meritum: nam opus elicitum solis viribus naturæ, meritorium non est. At verò ante primum effectum reprobationis potest esse demeritum, quia viribus naturæ possunt fieri peccata,

peccata. Ergo ante prædestinationem non est meritum prædestinationis, quamuis sit antecedens meritum reprobationis.

3 Huic doctrinæ aduersati sunt Semipelagiani, quos sectatus fuit Augustinus, antequàm Episcopus fieret; dicens, Iacob fuisse electum: quia Deus præsciuit eum futurum fidelem. Tamen Augustinus posteà hunc errorem correxit duplici argumento. Primò, quia electio ad gratiam, & gloriam prædicatur à Paulo omninò gratiosa: vbi autem locus datur merito antecedenti hominis, euacuatur gratia Dei. Secundò, quia ait Paulus nos electos, vt essemus credentes. Ergo non quia eramus credentes. Quibus corrigenda sunt omnia, quæ Operibus Augustini videntur contraria.

4 Eidem sententiæ contradixit alius error sentientium, animas hominum ante vnionem cum corpore mereri, & demereri apud Deum; & propter hæc merita, aut demerita, his, vel illis corporibus includi, & in mortem, aut vitam æternam destinari. Hic error depellitur eisdem argumentis, quibus præcedens. Item, quia testatur Paulus, Iacob dilectum; Esaü verò odio habitum; *cùm nondum nati essent, aut aliquid boni egissent, aut mali.*

5 Vt verò claudat totam de prædestinatione, & reprobatione doctrinam, explicat duo. Primò, hominem non reprobari, vt sit infidelis, & peccator; sicut prædestinatur, & eligitur, vt sit fidelis, & iustus; quia prædestinatio Dei potest esse causa nostræ iustitiæ, & fidei; reprobatio verò causa non est nostræ infidelitatis, & malitiæ. Secundò, Deum prædestinantem, & reprobantem homines, ea, quæ semel sciuit,

sciuit, eadem semper scire, quamuis obiecta in eodem statu futuritionis, præsentiæ, & præteritionis semper non sint: quia eadem prorsus obiecta, quæ sunt futura, sunt præsentia, & eadem prorsus præterita. Ergo eadem etiam semper est futurorum, præsentium, & præteritorum scientia, mutatione tantùm facta extrinsecus ex parte temporis successiui, sicut eadem est fides, qua ante Christum natum credebatur nasciturus, & qua nunc creditur esse natus. Cæterùm, eadem scientia, variatione extrinseca temporis potest variare vsurpationem *præscientiæ*. Quia vsurpatur *præscientia* solùm extrinsecè, quatenus est futurorum scientia seu scientia duratione antecedens præsentiam. Atque adeò obiectorum iam præsentium, & præteritorum notitia non tam *præscientia*, quàm *scientia* dicenda est.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An electio efficax prædestinatorum ad gloriam antecedat præuisionem meritorum? De quo hîc S.Thom *q.1.art.3*. Scot. *q.1*. Bonau. *art.1.q.1. & 2*.Dur.*q.1*.Greg.*q.1.art.1*.Aureol.*art.1*. Gab.*q.1. art.2*.Alij relati *dist.præcedenti,q.3*.

Quæst. II. An Deus reprobet hominem ante præuisa demerita? De quo hîc Greg. & Gabr. *q.1*. Aureol. *art.1*. Alij relati *dist.præcedenti,q.7*.

Quæst. III. An sit in Deo electio aliqua prædestinatorum ad gloriam ordine executionis, sub sequens præuisionem meritorum, & distincta ab electione antecedenti merita ordine intentionis? De quo hîc S.Th.*q.1.art.1*.Gab.*q.vnica,art.2*. Duran.*q.1*. Item, Tanner.

Tann.1.*p.d.*3.*q.*5.*dub.*2.*aſſert.*4.*&* 5.Ruiz *de prædeſtinat.diſp.*12.*ſect.*7.Arrubal.1.*p.diſp.*74.*cap.*2.Granad. 1.*p.contr.*4. *tr.*7.*d.*4.*à num.*33. Suarez *lib*3.*de auxil. cap.*19. *à n.*4.*& lib.*1. *de prædeſtinat. cap.*14. Montepiloſ. 1.*p.diſp.*58.*ar.*3. *num.*4. Gonçalez 1.*p. diſput.*73. *concluſ.*2.Herice *diſput.*23.*cap.*11. Aluiz *tract.* 3. *diſput.* 5.*ſec.*2.*&* 6.Alarcon 1 *p.tr.*3. *diſp.*5. *cap.*4.

Quæſt. IV. An opera naturalia elicita abſque auxilio gratiæ ſint meritoria de congruo noſtræ prædeſtinationis ad gratiam,ſeu gloriam? De quo hic Duran.*q.* 2. Gabr. *q.vnica,ar.*3. Greg. *q.*1.*ar.* 2. Aureol. *ar.*1.Scot.*q.*1.S.Thom.*q.*1.*ar.* 3. Maſcarenas *de auxil. d.*1.*p.*5. Lorca 1.2. *diſp.* 11.*&* 50.*de gratia.* Bellarm. *lib.*6.*de gratia,à cap.*1. Valentia *contr.de gratia, p.*2. *c.* 2.*&* 1.*p.d.*1.*q.*23.*p.*4.§.3.*&* 4.*&* 1.2. *diſp.* 8.*q.* 5. *punct.*4. Suarez *lib.*2. *de prædeſt. à cap.*6. *& lib.*8. *de gratia,cap.*7.Sotus *lib.*2.*de natura & gratia, cap.*3.*&* 4. Molina *in concordia, d.*1.*n.*4. Leſſius *de auxil.cap.* 10.Torres *opuſcul.*4.*diſp.*1.Pennotus *lib.*6.*de lib.arb. cap.*13.Montepiloſ.1.*p.diſp.*38.*art* 2.*&* 4.Tanner.1. *p.diſp.*3.*q.*4.*dub.*4.*&* 5.*&* 1.2.*diſp.*6. *quæſt.*3.*dub.*7. Ruiz *de prædeſtin. diſp.*5. *& de prouident. diſp.*21.*& ſequentib.* Vega *lib.*6. *in Trid. c.*17.*&* 20. & nos fusè *de ente ſupernaturali,diſp.*17. Herice *d.*25.*&* 26. Alarcon 1.*p. tract.*4.*d.*3.*à cap.*1. Interpretes S. Th. 1.*p.q.*23. *ar.*4.*&* 5.*&* 1.2.*q.*109. *ar.*6.*& quæſt.*112. *art.* 3.

Quæſt. V. An opera naturalia elicita abſque auxilio gratiæ, ſint diſpoſitio,ſaltem ex lege Dei, ad prædeſtinationem gratiæ, & gloriæ? De quo hic Dur. *q.*2.Gab.*q.vn.ar.*3.Aureol.*ar.*1. Scot.*q.*1.S. Th.*q.*1.

*art.*3.

1.*art*.3.Greg.*q*.1.Suar.2.*de prædest.cap*.7. Granad.1. *p.contr*.4.*tr*.7.*disp*.1.*&* 1.2.*contr*.8. *tr*.6.*d*.1.*sect*.7. Torres *opus*.4.*d*.1.*dub*.2. Vazq.1.*p.d*.91.*cap*.10. Molina *in concordia,disp*.10. Gonçalez 1.*p.disp*.74. *sect*.2.Herice *disp*.25.*&* 26.Zumel 1.2.*q*.112.*art*.3. *disp*.1.Lessius *de auxil.cap*.10. Pennotus *lib*.6.*de libertate,cap*.13.Lorca *disp*.11.*de gratia*. Valent.1.2. *d*.8.*quæst*.6.*p*.4.*&* 1.*p.disp*.1.*q*.23.*p*.4.§.3. & 4.Sotus *lib*.2.*de natura,& gratia,cap*.3.*&* 4.Montepilos. 1.*p.disp*.38.*art*.4. Tanner.1.*p.disp*.3.*quæst*.4.*dub*.4. & 5.*&* 1.2. *disp*.6.*quæst*.3.*dub*.7. Bellarm. *lib*.2.*de gratia,& lib.arb.cap*.9.Vega *lib*.6.*in Trident.cap*.17. *&* 20.Victor.*relect.vlt.de perv.ad vsum rationis,p*.3. Cartag.*de prædest.discursu* 8.Aragon 2.2.*q*.10.*art*.4. *conclus*.3. Aluarez *de auxil.disp*.56. *&* 57. Ruiz *de prouident.disp*. 21. *&* 22. cum aliis ab ipso relatis : & nos fusè *de ente supernaturali,disp*.18. Interpretes S. Thom. *vbi quæst.præcedenti*.

Quæst. VI. An illud axioma : *Facienti quod in se est Deus non denegat gratiam.* faueat prædestinationi gratiæ ex dispositione naturæ ? De quo nos fusè *disp*. 20.*de ente supernaturali*.Ruiz *de prouidentia,disp*.22. Palacios. Castro, vterque Medina, Victoria , Sotus, Viguerius,Molina, Vega,& alij relati ab ipso *disp*.21. Suar. *lib*.2.*de prædestinat.cap*.7. Herice *disp*.27. Aluarez *de auxil.disp*.56. Gran. *contr*.8.*de gratia,tr*.6. *disp*.1.Zumel 1.2.*quæst*.109.*art*.3.*disp*.1.Lorca *disp*. 11.*&* 26.*de gratia*. Interpretes S.Thom.& alij relati *quæst.præcedenti*.

Quæst. VII. An opera prædestinati subsequentia gratiam possint esse causa meritoria prædestinationis ad gratiam,vel gloriam ? De quo hîc Dur.*q*.2. Anr.

art.

art.1.§.*Restat nunc*: Argentinus *art*.1.& 2.Bonau.*ar*:1: *q*.1.& 2:Ecquius *de prædestinat*:*cent*.3. *à n*.2: Pigius *lib*.8.*de lib*:*arbit*:*cap*.8: Ruiz *de prædest*.*disp*.7.præsertim *sect*:3:Granad.1.*p*.*controu*:4:*tr*.7: *disp*.3: & 4. & *disp*.6.Suar.*lib*:2:*de prædest*.*c*.20.Herice *disp*.28: Aluiz *tr*.3:*disp*.7:*sect*.7.Alarcon 1.*p*.*tr*.4. *disp*.3: *cap*.4: §.3.Interpretes sæpiùs relati S.Th.1:*p*.*q*.23: *art*.5.

Quæst. VIII. An opere gratiæ elicita ab vno iusto sint causa meritoria prædestinationis alterius? De quo hîc S.Th.*q*.1:*art*.4.Dur.*q*.3: Item, Montepilos. 1.*p*: *d*.38.*art*.9:Tann.1.*p*.*d*.3.*q*.4 *dub*.2:*assert*.5.Suar.1.*p*: *lib*.2.*de prædestinat*.*cap*.21:& 24:Ruiz *de prædestinat*: *d*.58. Granad.1.*p*.*controu*.4:*tr*.7:*disp*.4.*sect*.5:Herice *disp*.29.*cap*.5.Alarcon 1.*p*.*tr*.4:*disp*.3. *c*.6. Interpretes S.Thomæ, Bañez, Zumel, Nazarius, Ripa, Gonçales, Molina, Vasquez, Arrubal, Fasol. & alij 1.*p*.*q*. 23.*art*.8.

Quæst. IX. An nostra prædestinatio adeò fuerit gratuita Deo, vt non fuerit ex meritis Christi? De quo Suar. *lib*.2.*de prædestinat*:*cap*.21.& 24.Tann.1.*part*. *disp*.3.*quæst*.4.*dub*.2.Valent. 1.*p*.*disp*.1.*q*.23.*p*.4.§.1. Ruiz *de prædestinat*.*disp*.57. Herice *disp*.29. *à cap*.1. Alarcon 1.*p*.*tr*.4.*disp*.3.*c*.4.§.2.& *c*.5.Montepilos. 1. *p*.*disp*.38.*art*.8. Interpretes S.Th.1.*p*.*q*.23: *art*.5.& 8.& 3.*p*.*q*.24.*art*. 4.

Quæst. X. An eadem sit ratione nostra scientia, qua Deus nouit obiecta futura, præsentia, atque præterita? De quo hîc S.Th.*q*.1.*art*.5. Bonauent.*art*:2. *q*.2.Alij relati *distinct*.39.*q*.3.

DISTIN

DISTINCTIO XLII.

De omnipotentia Dei: vbi priùs consideratur, quare sit omnipotens?

PRima propositio: Deus est omnipotens: quia potest facere omnia, quæ intrinsecè possibilia sunt. Tum, quia id expresse traditur ab Augustino in textu. Tum, quia id exigit infinitas virtutis Dei.

2 Obiiciuntur plura, quæ Deus non potest; primò, ambulare; secundò, peccare; tertiò, mori, vel falli. Ergo non potest omnia. Ad primum respondet: Vt Deus sit omnipotens, non requiritur, vt possit in se agere omnes effectus; sed vt eos possit in creaturis, quæ eorum capaces sunt. Ad secundum: Potentia peccandi non spectat ad omnipotentiam: quia peccare non est potentiæ, sed infirmitatis, & imperfectionis. Ad tertium: Virtus passiua non pertinet ad omnipotentiam: sed actiua effectuum in subiectis, quæ eorum capacia sunt. Posse autem mori, virtutis passiuæ est, non actiuæ. Erit igitur Deus omnipotens: quia mortem in omnes creaturas, & nulla creatura in Deum inducere potest.

3 Secunda propositio: Etiam dicitur omnipotens: quia potest, quidquid vult. Vbi triplex sensus huius causalis propositionis distinguitur. Primus est, quia potest, quidquid vult se posse. Secundus, quia potest, quidquid vult se facere. Tertius, quia potest, quidquid vult fieri, siue à se, siue ab alio. Postremo

duntaxat ſenſu Deus dicitur omnipotens : quia poteſt, quidquid vult : nam aliis duobus etiam Beatus poteſt, quidquid vult : nam, cùm eius voluntas recta ſit, nihil vult ſe poſſe, aut facere, niſi, quæ re ipſa poteſt facere. Tertio autem ſenſu duæ perfectiones omnipotentiæ ſignificantur. Prima eſt, efficacia agendi, qua à nullo poteſt impediri effectus à Deo efficaciter volitus. Secunda eſt extenſio virtutis ad omnia, quæ vel ab ipſo ſolo, vel ab ipſo cum creaturis fieri poſſunt : nam, cùm voluntas ad omnia poſſit extendi, omnipotentiæ eſt, poſſe quoque efficaciam virtutis extendi ad omnia. Concluſio ſic expoſita traditur expreſsè ab Auguſtino, & Chryſoſtomo, adductis à Magiſtro.

4 At notat, vt aliquis ſit omnipotens, non requiri, vt omnia poſſit à ſe; ſed ex ſe, vel per ſe. Nam ſecundùm Hilarium, Filius, & Spiritus ſanctus non poſſunt à ſe, quæ Pater poteſt, quamuis ſint omnipotentes : quia non habent omnipotentiam à ſe; ſed à Patre. Sufficit ergo habere omnipotentiam ſibi naturalem, & propriam, quamuis communicatam ab alio.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An omnipotentia Dei demonſtretur euidenter ratione naturali? De quo hîc Scot. & Gabr. *q*.1. Aureol. *p*. 2. *art*. 1. Item, Montepiloſ. 1. *p*. *d*. 42. *art*. 2. 7. *&* 8. Gran. 1. *p*. *tr*. *de potentia Dei*, *diſp*. 5.

Quæſt. II. An omnipotentia ſit attributum ratione diſtinctum à voluntate, & eſſentia Dei? De quo hîc S.Th. *q*. 1. *art*. 1. Aureol. *p*. 1. *art*. 2. Interpr. S.Th.

Caiet.

Caiet.Bañez, Zumel, Nazar. Ripa, Vazq. Molina, & alij 1.*p.q.*25.*art*.1.& 5.Tann. 1.*p.d.*2.*q*.11.*dub*.2.Val. 1.*p.d.*1.*q*.25.*p*.1.Suar.*d*.30.*Metaph.sect*.17.& *lib*.3. *de attributis*,*c*.9.Montepilos. 1.*p.d.*42.*art*.2. Gran.1. *p.tr.de potent.d*.2. Pennotus *lib*.3.*c*.13.& *lib*.4. *c*.3.

Quæst. III. An omnipotentia Dei influat immediatè in omnes effectus creatos? De quo hîc S.Thom. *quæst*.2.*art*.1. Scot.*q*.1.Gab. *quæst*.1.*art*.2.Alij relati *dist*.37.*quæst*.2.

Quæst. IV. An omnipotentia Dei sit causa peccati? De quo hîc S.Thom.*q*.2.*art*.1.Gabr.*q*.1.*art*.3.Greg. *q*.1.Alij relati *dist*.29.*q*.9.

Quæst. V. An omnipotentia possit facere, quidquid non implicat contradictionem? Et an sit ab omnipotentia Dei implicantia,& non implicantia creaturarum? De quo hîc S.Th.*q*.2.*art*.2.& 3.Scot.*quæst*.1. Bonau.*art*.1.*q*.1.& 4.clariùs,& fusiùs Aureol.*p*.2.*art*. 2.& 3.Greg.*q*.1.Interp.S.Thom.Bañez,Zum.Nazar. Mol. Vazq. & alij *q*.25.*art*.2.& 3. Tann.1.*p.d.*2.*q*. 11.*dub*.3.Suar.*lib*.3.*de attributis*,*c*.9.Valent. 1. *part*. *disp*.1.*q*.25.*punct*.3.Montepilos. 1.*p.d.*42.*art*.6. Granad. 1.*p.tr.de potent. Dei*,*d*.5.& 7.

Quæst. VI. An omnipotentia referatur ordine transcendentali ad creaturas possibiles? Implicitè hîc Interpretes Magistri relati *quæst.præcedenti*: explicitè verò relati *dist*.30.*q*.3.

Quæst. VII. An omnipotentia possit facere sine causa creata, quidquid potest cum illa. De quo hîc S.Thom. *q*.2.*art*.1.Scot.*q*.1. Bonau. *art*.1.*q*.2. Durand.*q*.2. Gabriel *q*.1.*art*.1.& 2.

Quæst.VIII.An auxilia gratiæ debeant esse intrinsecè efficacia, vt integra sit perfectio omnipotentiæ ad

agendum de arbitrio creato, quidquid voluerit? De quo relati *dist*.16.*q*.7.

Quæst. IX. An omnipotentiæ Dei correspondeat ex parte creaturarum potentia obedientialis, vt agat de illis effectus supra virtutem naturalem ipsorum? De quo Aur. hîc *p*.1.*art*.3. Bonau.*q*.3. Dur.*q*.2. Nos fusè *de ente supernaturali, disp*.40. & 41. Vazq.1.*p*. *d*.136.*c*.3.& *in* 3.*p.d*.57.*c*.5.& *d*.132,*à c*.3. Ragusa *tom*.1.*in* 3.*p.d*.107.*à* §.6. Coninch 3.*p.q*.62.*art*.4. *dub.vnico*. Fonseca 9.*Metaph.c*.1.*q*.4.*sect*.3.& 4. Suar. *tom*.1.*in* 3.*p.disp*.31. Ledesma *de perfectione Dei,q*.8. *art*.8. *in suo articulo*. Ioannes Vincentius *relatione de gratia Christi,q*.6. Nauarrete *tom*.2.*controu*.15.§.6. Cabrera 3.*p.q*.62.*art*.2.*disp*.4. Val.*tomo* 4.*disp*.5.*quæst*.3. *puncto* 1. Tan. 3.*p.disp*.1.*q*.5. *dub*.7. Bellarm.*tomo* 3. *lib*.1.*de effectu Sacrament.cap*.11. Præpositus 3.*p.q*.13. *art*.1. Ægid.de Præsent.*lib*.10.*de beatitudine, q*.2. Albert.*princip*.2.*philosophico,q*.1.*theologica, dubit*.1.2.& 3. Interpretes S.Th. 3.*p.quæst*.13.*art*.2. & *quæst*.62. *art*.1.& *seq*.

DISTINCTIO XLIII.

Opinio quorundam dicentium, Deum nihil posse nisi quod facit.

PRoponit sententiam aliquorum dicentium, sphæram omnipotentiæ diuinæ non porrigi vltra ea, quæ facit; nec alia esse possibilia, præter ea, quæ duratione temporali existentia sunt. Primò, quia Deus facere non potest, nisi quod bonum est. Non est autem

autem bonum, nisi quod re ipsa facit: nam, si aliud esset bonum, etiam illud Deus faceret, cùm non possit non facere, quod bonum est. Respondet. Vt Deus possit aliquid facere, non est opus, vt illud sit absolutâ existentiâ bonum; sed, vt esset bonum, si re ipsa existeret. At plura sunt præter existentia, & futura, quæ si re ipsa existerent, bona essent.

2 Secundò, quia Deus non potest facere, nisi quod iustitia, aut ratio exigit, seu debet. At iustitia, aut ratio non exigit, seu debet efficere alia quàm existentia; aliàs Deus prætermitteret illa contra iustitiam, contra rationem, & debitum. Respondet: In Deo non est propriè debitum, nec exigentia quidquam agendi. Item, non est alia ratio, neque iustitia, nisi ipsius voluntas. Vnde potest Deus facere alia, quàm ea, quæ nunc absolutè eius iustitia, seu ratio exigit, seu debet: quia, vt alia possit, sufficit, vt ea exigeret, seu deberet facere iustitia, & rationabilis voluntas Dei, si re ipsa fierent à Deo.

3 Tertiò, quia Augustinus ait, Deum id solùm non posse, quod non vult. At non vult alia, quàm ea, quæ facit. Ergo non potest facere alia. Item, ait, voluntatem non esse maiorem, quàm potentiam; neque potentiam maiorem, quàm voluntatem. Esset autem maior potentia, quàm voluntas, si posset plura, quàm vult. Ad primum respondet: Deus non potest facere, quod non vult, scilicet, se posse; secus quod non vult se facere; nam non velle facere plura, quàm existentia, potest oriri ex libertate Dei, non ex impotentia, vt oritur in nobis, qui plura possumus, quæ non volumus. Ad secundum: Potentia non est maior, quàm voluntas ex parte Dei, cùm vtraque sit vna, & eadem

res; secùs ex parte obiecti actualiter voliti, quia pro sua libertate non vult Deus plura, quæ posset velle, & facere, vt iam probauimus.

4 Igitur conclusio est: Deus potest producere plura, quàm ea, quæ re ipsa producit. A priori, quia omnipotentia Dei est infinita, quæ termino finito quoad entitatem, & cumulum exhauriri non potest. A posteriori, quia Deus potuit iustificare, & saluare plures homines, quàm iustificat, & saluat; potuit enim iustificare, & saluare Iudam. Denique ex sacris Literis: tum, quia Matth. 26. dicitur, potuisse Patrem exhibere Filio in sui defensionem, plusquàm duodecim legiones Angelorum, quas re ipsa non exhibuit: tum, quia iuxta eundem Matth. potuit Deus facere apud Tyrios, & Sidonios virtutes, quæ factæ sunt apud Iudæos; quamuis re ipsa non fecerit. Ergo plura prætermisit Deus, quæ agere posset, si vellet. Consequentia manifesta est, & ab Augustino colligitur ex superioribus.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An potentia Dei sit infinita, & eius infinitas demonstretur ratione naturali, tam à priori, quàm à posteriori? De quo hîc S. Th. *q. 1. art. 1.* Dur. *q. 1.* Aureol. *art. 1. & sequentib.* Greg. *q. 3.* Bonau. *q. 1. & 2.* Albert. *tom. 1. princip. 1. corol. 4. & tom. 2. prædic. quantitatis. corol. 6.* Suar. *lib. 3. de attributis, c. 9.* Granad. *1. p. tr. de potentia Dei, d. 4.* Tann. *1. p. disp. 2. q. 11. dub. 3.* Montepil. *1. p. d. 42. art. 3.* Val. *1. p. d. 1. q. 25. p. 2.* Fasol. *1. p. q. 7. art. 1. dub. 1.* Interpr. S. Th. Caiet. Bañez, Zum. Nazar. Molina, Vazq, & alij *1. p. q. 25. ar. 2.*

Quæst.

Quæst. II. An Deus possit facere aliquod infinitum in actu? De quo hîc Durand. *q.* 2. Greg. *q.* 4. Gab. *q.* 1. *art.* 4. Bonau. *art.* 1. *q.* 3. Maior *q.* 10. Interpr. S. Thom. 1. *p. q.* 7. *art.* 3. *&* 4. vbi Caiet. Bañez, Zumel, Nauarret. Nazar. Mol. Vazq. & Fasol. Item, Fonseca 2. *Metaph. c.* 2. *quæst.* 1. Valent. 1. *p. q.* 7. *p.* 2. *&* 3. Asturicensis *de gratia Christi, q.* 3. *art.* 2. Conimb. 3. *Physic. c.* 8. *q.* 2. Trigos. 1. *p. q.* 5. *art.* 3. Albert. *tom.* 2. *prædic. quantitat. disp.* 4. *q.* 4. *&* 5. Suar. *tom.* 1. *in* 3. *p. disp.* 22. *sect.* 1. *& in Metaph. disp.* 30. *sect.* 17. Vazq. 3. *p. disp.* 46. Hurtado *disput.* 13. *Phys.* Arriaga *d.* 13. *Phys.* Tann. 1. *p. d.* 2. *q.* 4. *dub.* 2. Montepilos. 1. *p. d.* 42. *art.* 10.

Quæst. III. An supposito possibili infinito in actu possit Deus producere simul omne creabile, aut intra rationem entis, aut intra idem genus, & speciem? De quo hîc Albert. *art.* 2. Mayron. *q.* 10. *art.* 2. *diffic.* 4. Item, Vazquez 1. *p. d.* 26. *cap.* 3. Fasol. 1. *p. q.* 7. *art.* 3. *&* 4. *dub.* 13. Nauarrete, *ibid.* §. 3. Asturicensis *de gratia, q.* 3. *art.* 2. *conc.* 2. Suar. *tom.* 1. *in* 3. *p. disp.* 32. *sect.* 1. Tanner. 1. *p. disp.* 2. *q.* 11. *dub.* 4. *assert.* 11. Capreol. Aureol. Dur. Conimb. Cabrera, & alij plures relati à Fasolo *suprà.*

Quæst. IV. An Deus agat ex necessitate naturæ? De quo hîc S. Th. *q.* 2. *art.* 1. Dur. *q.* 4. Gab. *q.* 1. Interpretes S. Th. 1. *p. q.* 19. *art.* 3. Pennot. *lib.* 2. *cap.* 1. *& l.* 4. *cap.* 3. *&* 4. Vualdensis *lib.* 1. *doctr. fid. cap.* 10. 15. *&* 21. Vazq. 1. *p. disp.* 81. Suar. *d.* 30. *Metaph. sect.* 16. Val. 1. *p. d.* 1. *q.* 19. *punct.* 4. *assert.* 2. Vazq. 1. *p. d.* 79. *&* 80. Ruiz *de volunt. d.* 7. Montepilos. 1. *p. d.* 33. *art.* 3. Gran. 1. *p. contr.* 3. *tr.* 3. *disp.* 4. Alarc. 1. *p. tr.* 3. *d.* 4. *c.* 2.

Quæst. V. An, si Deus ageret ex necessitate natu-

ræ, ageret creatura rationalis liberè? De quo hîc S. Thom. *q.* 2. *art.* 1. Dur. *quæst.* 4. Gab. *q.* 1. Item, Suar. *tom.* 1. *Metaph. disp.* 19. *sect.* 3. Vazq. 1. *p. disp.* 100. Ruiz *de scientia, d.* 52. *sect.* 2. *&* 3. Corduba *lib.* 1. *quæstionarii, quæst.* 55. *dub.* 4. Palacios *in* 1. *disp.* 38. *disp.* 2. Molina 1. *p. q.* 14. *art.* 3. *dub.* 11. Aluarez *de auxil. disp.* 26. Pennotus *lib.* 4. *cap.* 6. Arrub. 1. *p. disp.* 62. Trigosius 1. *p. quæst.* 15. *art.* 2. Tann. 1. *p. disp.* 2. *quæst.* 10. *dub.* 6. *assert.* 3. *&* 4. Interpr. S. Thom. Caiet. Bañez, Zum. Nazar. Ripa, Nazar. Nauarret. & Fasol. 1. *p. quæst.* 19. *articul.* 8.

Quæst. VI. An Deus possit agere quidquam obligatus ex iustitia, ita vt non agens esset iniustus? De quo hîc S. Thom. *quæst.* 2. *art.* 2. Durand. *quæst.* 5. Interpretes S. Thomæ 1. *p. quæst.* 21. *art.* 1. vbi Caiet. Bañ. Zum. Nauarrete, Ripa, Gonçalez, Pesantius, Mol. Vazq. Arrub. & Fasol. Rursus Vazq. 1. 2. *disp.* 223. *&* 3. *p. disp.* 7. *& sequent.* Suar. *opuscul.* 6. *de iustit. Dei, & tom.* 3. *de gratia, lib.* 12. *c.* 30. *& tom.* 1. *in* 3. *p. disp.* 4. *sect.* 5. *&* 6. Valent. 1. *disp.* 1. *q.* 21. *p.* 1. Trigosius 1. *p. q.* 17. *art.* 1. Torres 2. 2. *tom.* 2. *disp.* 5. *dub.* 1. 2. *&* 5. Coninch. 2. 2. *d.* 8. *dub.* 3. Lorca 1. 2. *disp.* 44. *de gratia, &* 3. *p. disp.* 8. Lessius *de diu. perfect. lib.* 13. *c.* 2. Aluarez 3. *p. disp.* 4. Cabrera 3. *p. quæst.* 1. *art.* 2. *disp.* 7. *&* 8. Ragusa 3. *p. d.* 3. Zumel 1. 2. *quæst.* 114. *artic.* 1. *disp.* 3. *&* 4. Ruiz *de volunt. d.* 58. Tann. 1. *p. disp.* 2. *quæst.* 10. *dub.* 2. *à num.* 14. Montepilosus 1. *p. disp.* 43. *art.* 8. *&* 9. Granad. 1. *part. contr.* 3. *tract.* 7. *dub.* 4. *d.* 4. *&* 5. Alarcon 1. *p. tract.* 3. *disp.* 8. *capit.* 5. *& seqq.* Lugus 3. *p. d.* 3.

Quæst. VII. An impossibilitas, aut possibilitas intrinseca rerum pendeat ab omnipotentia Dei, tanquam à prin

à principio ? De quo hîc Gab. *quæst.* 2. Scot. *q. vnica*, Alij relati *dist. præcedenti*, *q.* 5.

Quæst. VIII. An omnipotentia Dei sit connexa ordine transcendenti cum possibilitate intrinseca creaturarum ? De quo hîc Scot, *q. vnica, illat.* 3. Alij relati *dist.* 30. *q.* 3.

Quæst. IX. An omnipotentia possit communicari creaturæ ? De quo hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 2. Dur. *q.* 3. Item, Montep. 1. *p. disp.* 42. *art.* 14. Aluarez Gabr. Suarez, Vazquez, Ragusa, Lorca, & alij Interpretes S. Thom. 3. *p. q.* 13. *art.* 1.

DISTINCTIO XLIV.

An Deus possit facere aliquid melius, quàm facit?

QVi *distinct. præcedenti* arbitrati sunt, Deum non posse producere alia, quàm re ipsa existentia, & futura ; simul arbitrantur, neque ea, neque alia posse producere meliora, neque modo meliori. Nam, si posset, & non fecisset, inuidus esset. Quo argumento probauit Magister cum Augustino *dist.* 20. Patrem genuisse Filium sibi æqualem : quia, si potens non genuisset æqualem, inuidia esset non genuisse. Respondet ; Discrimen est inter Filium Dei, & creaturam : quia Filius est de substantia Patris, hoc est, per communicationem substantiæ Patris, atque adeò aut non potuit, aut debuit illum gignere æqualem; & non genuisse æqualem, esset iniquum, & inuidiosum Patri. Cæterùm, creatura non producitur per communica-

tionem substantiæ Dei, atque adeò potest illam producere meliorem,& meliorem, quin exhauriatur tota perfectio, quam Deus potest creaturæ conferre.

2 Ergo prima conclusio est: Deus potest producere; tum ea, quæ producit; tum alia; meliora, quàm sunt. Primò, quia vniuersitas rerum creatarum non est summè bona, aliàs æquaretur summæ bonitati Creatoris. Ergo hæc vniuersitas non consummat,seu exhaurit totum virtutem Dei. Ergo manet Deo potestas ad eadem,& alia producenda meliora. Neque satisfacies, si dicas, impossibilitatem non oriri ex defectu virtutis Dei, sed ex defectu capacitatis creaturarum. Quia,sicut spectat ad infinitam virtutem Dei tribuere illis bonitatem; ita & tribuere capacitatem. Ergo per capacitatem finitam non est exhausta, & consummata virtus Dei. Secundò, quia Augustinus ait, Deum potuisse producere creaturam rationalem, quæ nec peccare posset, nec vellet. Talis autem creatura melior esset,quàm omnes nunc productæ.

3 Secunda conclusio: Si modus producendi consideretur ex parte scientiæ diuinæ, non potest esse melior; secùs verò ex parte rei creatæ: quia scientia Dei non potest esse maior, nec melior, quàm est. At verò media, & alia, quæ Deus assequitur possibilia per scientiam, meliora sunt. Quare dixit Augustinus, multiplicem modum reparandi hominem fuisse Deo possibilem.

4 Tertia conclusio: Ad ea,quæ præterita sunt,manet in Deo eadem potentia, quæ erat ad eadem futura,atque præsentia. Nam potentia non destruitur per actum: sicut enim priùs quàm esset, eum respiciebat futurum, & cùm esset, respiciebat præsentem; ita,
postquàm

postquàm fuerit, eadem potentia respicit præteritum. Explicatur exemplo voluntatis,& scientiæ, quæ semper eadem obiecta respiciunt iam futura,iam præsentia,iam præterita. Itaque, licèt tempora varientur,& propterea comparatio potentiæ cum effectu diuersa sit ; potentia tamen eadem manet in ordine ad effectum, quem semel potuit producere. Vnde Deus modò potest mortuum fuisse, & resurrexisse pro tempore, pro quo mortuus fuit, & resurrexit : sicut modò vult,& scit resurrectionem,& mortem pro eo tempore existentem. Cæterùm,sicut Deus non vult, neque scit se modò mori , atque resurgere , sed pro tempore præterito; ita neque potest nunc primò mori, primóque resurgere in sensu composito,quo mors,& resurrectio præterita iam est.

QVÆSTIONES.

Quæst.I. An Deus teneatur velle,& producere optimum, quod potest? De quo hîc Scot. *q.*1. Ruiz *de volunt.d.*9.*& seq.*Gran.1.*p.tr.*2,*de volunt.d.*8.Lugus *in* 3.*p.d.*2.Alarcon.1.*p.tr.*3.*d.*3.*c.*7.Herice 1.*p.d.*20. *c.*5.Valent.1.*p.d.*1.*q.*25.*p.*3. Item,Interpretes S.Th. Caiet.Bañ.Zumel,Nazar.Nauarrete,Ripa,Pesantius Mol.& Vazq.1.*p.q.*25.*ar.*6.

Quæst. II. An Deus possit producere orbem meliorem,quàm productum?De quo hîc S.Th.*q.*1.*ar.*2. Gab. *q.* 1.Dur.*q.*3.Bonau.*ar.*1.*q.*1.*& seq.*Aureol. *ar*5. Interpretes S·Th.Caiet.Bañez,Zum. Nazar.Nauarr. Ripa,Pesantius,Molina, Vazq.& alij 1.*p.q.*25. *ar.*6. Tannerus 1. *p.d.*2. *q.*11. *dub.*4. *assert.*6. *& sequentib.*

Granadus

Granadus 1.*p.tract.de potentia Dei*,*d*.9.

Quæst. III. An Deus possit producere species infinitas rerum perfectiores,& perfectiores sine fine? De quo hîc Gabr.*quæst*.1.*art*.2. Durandus *q*.2. Aur. *art*.4. Heruæus *quæst*.1.*art*.2. Bacconus *q*.1.*art*.2. Interpretes S.Thom.Caietan. Bañez, Nazar. Zumel. Nauarrete,Gonçalez,Pesantius,Molina, & Vazquez 1.*p.q*.25.*art*.6. Fasol.1.*p.q*.6.*art*.3.& 4.*dub*.11.*à n*.14.Valent.1.*p.disp*.1.*q*.25.*p*.5.Suar.*lib*.3.*de attrib. c*.9.& *disp*.30.*Metaph.sect*.17.Tann.1.*p.disp*.2.*q*.11. *dub*.4,Gran.1.*p.tr.de potentia Dei*,*d*.9.*sect*.3. Montepilosus 1.*p.disp*.42.*art*.10.Arriaga *d*.13. *Physicor. sect*.3.

Quæst. IV. An Deus possit producere species rerum imperfectiores, & imperfectiores sine fine? De quo hîc Aureol.*art*.4.Granad.1.*p.tr.de potentia Dei, d*.9.*sect*.5.Arriaga *d*.13.*Physicorum*,*sect*.3. Rari sunt qui hac de re differant.

Quæst. V. An Deus possit producere creaturam infinitæ perfectionis? De quo hîc Durand.*q*.2.Aur. *art*.3.Item,Fasol.1.*p.q*.7.*art*.3.& 4.*dub*.13.*corol*.2. Tann.1.*p.disp*.2.*q*.4.*dub*.1.*assert*.5. Val.1.*p.disp*.1. *q*.7.*p*.2.Hurtado *disp*.13.*Physicor.sect*.1. Interpretes S.Thom.Caiet.Bañez, Zumel, Nazar.Ripa, Pesant. Nauarret.Mol.Vazq.1.*p.q*.7.*art*.2.

Quæst. VI. An possit Deus producere creaturam rationalem naturâ impeccabilem? De quo hîc Gabr. *q*.1.*art*.3.& nos fusè *disp*.23.*de ente supernaturali, à sect*.7. Suar.*lib*.3.*de Angelis*, *cap*.7.& *lib*.7.*cap*.3. Valent.1.*p.disp*.4.*q*.14.*p*.1. Vazquez 1.*p.disp*.231. Arrub.1.*p.d*.177.Salas *in* 1.3.*q*.3.*tract*.2.*d*.3.Gran. 1.2.*contr*.2.*tract*.1.*d*.2. Tann.1.*p.disp*.5.*q*.6.*dub*. 3 Albert.

3. Albert. 1. *p. q.* 3. Bañez 1. *p. q.* 63. *tit.* 1. *concl.* 1. Zum. *ibidem, q.* 1. Nazar. *ibidem, controu. vnica.* Ripa, & Puteanus *dubit.* 1. Herice *disp.* 48. Alarcon 1. *p. tr.* 1. *c.* 9. & 10. Montepilos. *tom.* 4. *disp.* 21. *art.* 3.

Quæst. VII. An Deus possit producere magnitudinem, aut multitudinem actu infinitam? De quo hîc Aureol. *art.* 1. & 2. Alij relati *distinct. præcedenti, quæst.* 2.

DISTINCTIO XLV.

De voluntate Dei, quæ essentia Dei est, vna, & æterna; & de signis eius.

INcipit differere de voluntate Dei; primáque conclusio est: Voluntas Dei, etiam libera, qua obiecta creata amat, non distinguitur ab essentia. Primò, quia bonitas sanctitatis, & honestatis non distinguitur ab essentia. Hæc autem bonitas est intrinseca, & essentialis amori, quo Deus prosequitur opera honesta, ac sancta. Secundò, quia voluntas creaturarum est in Deo æterna. Nihil autem à Deo distinctum æternum est. Tertiò, quia voluntas distincta esset motus internus Dei, cùm sit vitalis. At in Deo nullus est motus internus, cùm intrinsecè immutabilis sit.

2 Obiicit: Si Deo idem est velle, quod esse. Ergo, sicut Deus dicitur velle omnia, dicetur esse omnia. Instat argumentum in scientia: nam in Deo idem est scire, quod esse. Tamen non dicitur esse omnia; sicut dicitur scire omnia. Similiter, idem est posse, quod

esse

eſſe. Dicitur tamen poſſe omnia; non verò omnia eſſe. Deinde, aliter ſignificantur *omnia*, cùm Deus dicitur eſſe omnia;ac cùm dicitur velle,aut ſcire omnia: nam Deum eſſe omnia, ſignificat, Deum identificari omnibus; quod falſum eſt: Deum verò velle omnia, tantùm ſignificat, omnia eſſe obiecta voluntatis, quæ identificatur Deo; quòd verum eſt.

3 Secunda concluſio: Nulla eſt quærenda cauſa voluntatis diuinæ, atque adeò non eſt quærendum, quare Deus creauit cœlum,& terram,aut ſimilia. Primò,quia, ſecundùm Auguſtinum, qui quærit cauſam voluntatis diuinæ,quærit aliquid maius voluntate diuina. Nihil autem eſt maius voluntate diuina. Secundò, cauſa voluntatis diuinæ antecedit ipſam. Nihil autem antecedit voluntatem diuinam. Tertiò, voluntas diuina eſt cauſa omnium. Ergo ipſius nulla eſt cauſa. Vnde.

4 Tertia concluſio eſt: Voluntas Dei eſt prima cauſa omnium. Primò, quia ſapientia Dei pertingit à fine, vſque ad finem, fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Hæc autem à ſapientia diſponi non poſſunt,niſi interuentu voluntatis. Secundò, quia, iuxta Auguſtinum, nullus eſt effectus, ſiue ſolitus, ſiue inſolitus, & rarus, qui contingat ſine voluntate Dei.

5 Quarta concluſio: Quamuis voluntas Dei ſit realiter vna; conſideratione tamen, & loquutione noſtra multiplex eſt. Alia enim eſt voluntas beneplaciti, quæ eſt beneplacitum, ſeu decretum abſolutum, & efficax Dei, cui reſiſti non poteſt, & quod opere ſemper impletur: alia eſt voluntas ſigni, quæ ſecun

secundùm proprietatem voluntas non est; sed per figuram, quatenus solùm indicat voluntatem Dei, siue impleatur, siue non. Qua ratione in sacris Literis, & ab Ecclesiæ Patribus dicuntur *voluntas Dei*, & in plurali etiam *voluntates*, præceptum, prohibitio, consilium, permissio, & operatio. Vnde voluntas signi potest non impleri: quia plura continentur in sacris Literis à Deo præcepta, quæ non sunt impleta. Ideò, cùm in sacro Textu legitur *voluntas Dei*, diligenter obseruandum est, an de voluntate beneplaciti, cui resisti non potest; an de voluntate signi, quæ frustrari potest, sermo sit.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An sit in Deo voluntas, & rectè colligatur ex intellectu? Vbi, an possit esse substantia intellectiua, non volitiua? De quo hîc S. Thomas *ar.* 1. Durand. *q.* 1. Bonau. *q.* 1. Interpretes S. Thomæ 1. *p. quæst.* 19. *artic.* 1. vbi Caiet. Bañez, Zumel. Nazar. Gonçalez, Molina, Vazq. Fasol. Arrub. & alij. Item, Valentia 1. *p. disp.* 1. *quæst.* 19. *p.* 1. Herice 1. *p. disp.* 11. *cap.* 2. & 3. Ruiz *de voluntate, disp.* 1. Tannerus 1. *p. disput.* 2. *quæst.* 10. *dub.* 1. Granad. *tract.* 1. *de voluntate, disp.* 1. Montepilos. 1. *part. disput.* 33. *artic.* 1. Aluiz *tract.* 2. *d.* 1.

Quæst. II. An Deus velit creaturas existentes, & possibiles? De quo hîc S. Thom. *art.* 2. Bonau. *q.* 2. Interpretes S. Th. 1. *p. quæst.* 19. *art.* 2. vbi Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Nauarret. Gonçalez, Ripa, Pesant. Molina, Vazquez, Fasol. & Arrub. Item, Tannerus 1. *p. dist.* 2. *quæst.* 10. *dub.* 1. Valent. 1. *p. d.* 1. *quæst.* 9. *p.* 3.

Gran.

Gran. *tr.2.de volunt. d.1. & 2.* Ruiz *de volunt. d.5.* Alarcon 1.*p.tr.3.d.3.c.4.& 6.*Aluiz *tr.2.diſp.4.ſect.* 1.Herice 1.*p.diſp.*18.

Quæſt. III. An volitio libera creaturarum ſit adæquate identificata naturæ diuinæ; & quid illa ſit? De quo hîc Scot. *q.vnica.* Aureol. *art.1.& ſequenti.* Interpretes S.Thom. 1.*p.q.*19.*art.*2.*&* 3. Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Nauarret. Gonzalez, Ripa, Peſantius, Molina, Vazq. Faſol. & Arrub. Item Suar. *diſp.* 30.*Metaph.ſect.*9.Val. 1.*p.diſp.*2.*q.*19.*p.*3. Tann. 1. *p.diſp.*2.*q.*10.*dub.*4. Albertin. *tom.*1.*princ.*6. *coroll.* 2.*q.*2.Gran.*tract.*3.*de voluntat.diſp.*4. Montepiloſ. 1. *p.diſp.*33.*art.*4.Ruiz *de volunt.diſp.*11.*&* 12.Alarcon 1.*p.tract.*3.*diſp.*4.*cap.*4. *& ſequenti,* Fonſeca 3.*tom. Metaph.lib.*7.*cap.*8 *q.*5.*ſect.*3. Salas 1.2.*tract.*3.*diſp.* 1.*ſect.*8.§.7. Herice 1.*p.diſp.*16. Salazar *de concept.c.* 24.*ſect.*3. Legionenſis 1.*p.variarum, q.*6.*ſcholaſt.c.*5. Aluiz *tr.*2.*d.*5.*ſect.*2.*& ſequentibus.*

Quæſt. IV. An voluntas Dei ſit cauſa immediata rerum? De quo hîc S. Thom. *art.*3. Dur. *q.*2. Gregor.& Gabr.*q.vnica.*Bonau.*art.*1.*q.*1.*&* 2.Interpretes S.Thom.*q.*19.*art.*4.vbi Caietan.Bañez, Zumel, Naz. Nauarret. Gonçalez, Molin. Vazquez, Faſol. & Arrubal.Item, Gran.*tr.*4.*de volunt. d.*5. Ruiz *de volunt.d.* 14.Aluiz *tr.*1.*diſp.penultima,ſect.vltima.*

Quæſt. V. An bonitas creata poſſit eſſe cauſa, ſeu ratio motiua voluntatis diuinæ? De quo relati *diſt.*1. *quæſt.*9.

Quæſt. VI. An rectè diuidatur voluntas Dei in voluntatem beneplaciti, & ſigni? De quo hîc S.Th. *art.*4.Bonau.*art.*3.*q.*1.Interpretes S. Thom. 1.*p.quæſt.* 19.*art.*11.vbi Caietan.Bañez, Zumel, Nauarret.Naz.

Gonçalez.

Gonçalez, Ripa, Pesant. Molina, Vazq. Fasol. & Arrub. Item, Tann. 1. *p. d.* 2. *quæst.* 10. *dub.* 3. Valent. 1. *p. disp.* 1. *quæst.* 19. *p.* 2. Gran. *tr.* 5. *de volunt. d.* 2. Montepilos. 1. *p. disp.* 33. *art.* 11. Ruiz *de volunt. d.* 17. Alarcon 1. *p. disp.* 6. *tract.* 3. *c.* 1. Aluiz *tr.* 2. *d.* 9. *sect.* 2. Pennotus *lib.* 4. *c.* 22. Suar. *lib.* 3. *de attrib. c.* 8.

Quæst. VII. An sit in Deo voluntas beneplaciti absoluta, & efficax actuum liberorum creaturæ? De quo hîc Capreol *q.* 1. *concl.* 1. Valentia 1. *p. q.* 19. *p.* 6. & *quæst.* 23. *p.* 3. & *quæst.* 23. *p.* 4. Molina 1. *p. q.* 14. *art.* 13. *disp.* 18. Vazquez 1. *p. disp.* 89. *c.* 10. & *disp.* 99. *c.* 3. & *tom.* 1. *in* 3. *p. disput.* 74. *c.* 7. Suarez *opuscul.* 1. *lib.* 1. *c.* 16. & *lib.* 1. *de prædestinat. cap.* 8. Tanner. 1. *p. disp.* 2. *quæst.* 10. *dub.* 8. Granad. *tract.* 4. *de voluntate*, *d.* 3. Ruiz *de prouidentia, disput.* 6. & *sequentib.* Alarcon 1. *p. tract.* 4. *disput.* 1. *c.* 6. Arrubal 1. *p. disp.* 67. Herice 1. *p. disput.* 19. & 23. Aluiz *tr.* 3. *disp.* 5. *sect.* 8. & 9. Moncæus *disp.* 4. Aluarez *de auxiliis, disp.* 22 Bellarmin. *lib.* 1. *de gratia*, & *lib. arbit. c.* 12. Curiel *lib.* 1. *controu.* 7. *art.* 4. Pennotus *lib.* 4. *c.* 8. & *sequentib.*

Quæst. VIII. An sit in Deo aliqua voluntas beneplaciti conditionata, & inefficax? De quo Valent. 1. *p. disp.* 1. *quæst.* 19. *p.* 6. Gran. *tr.* 4. *de voluntate, disp.* 1. & 2. Montepilos. 1. *p. disp.* 33. *art.* 10. Alarcon 1. *p. tr.* 3. *disp.* 5. *à c.* 8. Aluiz *tract.* 2. *disp.* 9. *sect.* 2. Aluar. *de auxiliis, disp.* 34. Aliique referendi *dist. sequenti. q.* 4. Pennotus *lib.* 4. *c.* 20.

DISTINCTIO XLVI.

Sententiæ, qua dictum est, Dei voluntatem non posse cassari, quædam videntur obuiare.

EX dictis *distinct. præcedenti* statuenda est hæc conclusio: Voluntas beneplaciti in Deo non potest frustrari. Tum, quia Propheta clamat: *Omnia quæcunque voluit, fecit in cœlo, & in terra.* Et Apostolus: *Voluntati eius quis resistet?* Tum, quia derogaret efficaciæ infinitæ voluntatis omnipotentis Dei effectu frustrari.

2 At tria obiecta explicationem desiderant. Primum est, quia 1. Tim. 1. *Deus vult omnes homines saluos fieri.* Tamen omnes homines non fiunt salui. Secundò, quia Matth. 23. ait Dominus: *Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti.* Vbi queritur Deus de resistentia sibi facta, & sua voluntate à Synagoga frustrata. Tertiò, quia Deo nolente peccata fieri, peccata fiunt. Ad primum respondet: Sensus Pauli non est, Deum velle, vt omnes homines salui fiant; sed omnes homines, qui salui fiunt, Deo volente saluari: vt, cùm dicitur Petrus docere omnes pueros huius ciuitatis; sensus non est, nullum esse puerum in ciuitate, quem Petrus non doceat: sed nullum doceri, qui à Petro non doceatur. Quo sensu Ioan. 1. Christus dicitur illuminare omnem hominem venientem in hũc mundum, cùm plures in mundũ veniant, qui à Christo illuminati non sunt: quia nullus illuminatur in salutem, qui à Christo lumen non habeat. Ad secundũ: Sensus

Sensus est: Quoties volui congregare, & congregaui filios tuos, te nolente, & reluctante? Itaque, quod volui, perfeci; sed te inuito, & renitente frustrà. Ad tertium: Peccata non fiunt ab homine, Deo nolente, aut volente fieri; sed tantùm permittente.

3 Quare secunda conclusio est: Deus permittit fieri peccata, quin sit positiua nolitio, aut positiua volitio peccatorum; sed solùm non volitio priuatiua. Nolitio non est: quia aliàs à voluntate peccatoris vinceretur, & frustraretur voluntas Dei. Neque est volitio: quia Deus non est author peccati, neque vt homo deterior fiat.

4 Opponitur primò: Peccata fiunt Deo concurrente. Ergo etiam volente. Secundò, teste Augustino, bonum est Deo fieri peccata, aliàs Deus non permitteret peccata. Ergo potest velle, vt fiant. Tertiò, verum est fieri peccata. At omnis veritatis causa est voluntas Dei. Ergo etiam veritatis peccatorum causa est. Ad primum: Vt peccata fiant, non requiritur concursus Dei volitus; sed tantùm permissus, hoc est, non impeditus per nolitionem. Ad secundum: Multipliciter dicitur bonum. Primò est bonum in se, & ei, cui fit; sed non facienti: vt, dare eleemosynam pauperi propter vanam gloriam. Secundò, est bonum in se, & facienti; sed non ei, cui fit: vt, prædicare propter Deum obstinatis. Tertiò, est bonũ in se, & facienti, & ei, cui fit; vt, prædicare prædestinatis. Quartò, dicitur bonũ, quod in se, & facienti malũ est, solùm quia ex illo reportantur aliqua bona. Hac solùm ratione peccata esse, bonum est Deo: & propter istam bonitatem potest Deus peccata permittere; sed nulla ratione positiuè velle. Ad quartum: Deus est causa

veritatis formalis orationis enunciantis peccata; quia in ea nulla malitia eſt; ſecùs verò veritatis obiectiuæ peccatorum, in qua intrinſecè continetur malitia.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An voluntas abſoluta, & efficax Dei poſſit fruſtrari? De quo hîc Scot. *q. vnica*, Dur. *quaſt.* 1. Gabr. *quaſt. vnica.* Greg. *quaſt. vnica.* Interpretes S. Thomæ, Caietan. Bañez, Zum. Nazarius, Nauarrete, Gonçalez; Molina, Vazquez, Arrub. & Faſol. 1. *part. q.* 19. *art.* 6. Item, Valent. 1. *p. diſp.* 1. *q.* 19. *p.* 6. Tann. 1. *p. diſp.* 2. *quaſt.* 10. *dub.* 8. Gran. *tr.* 4. *de voluntate Dei, diſp.* 3. Ruiz *de voluntate, diſp.* 18. Aluarez *de auxil. diſp.* 32. Pennotus *lib.* 4. *c.* 22. Montepiloſ. 1. *p. diſp.* 33. *art.* 9. Alarcon 1. *p. tr.* 3. *diſp.* 5. *c.* 7.

Quæſt. II. An poſſit eſſe in Deo voluntas abſoluta, & efficax noſtrorum actuum, ſalua ipſorum libertate? De quo hîc Scot. *q. vnica.* Dur. *q.* 1. Alij relati *diſt. præcedenti, q.* 7.

Quæſt. III. An ſit in Deo aliqua voluntas beneplaciti, quæ non impleatur? De quo hîc Gabriel *quaſt. vnica, art.* 2. Bonau. *art.* 1. Alij relati *diſt. præcedenti, q.* 8.

Quæſt. IV. An ſit in Deo voluntas, & qualis ſit, quæ vult omnes homines ſaluos fieri? De quo hîc S. Th. *art.* 1. Scot. *q. vnica.* Dur. *q.* 1. Gabr. *q. vnica, art.* 1. Gregor. *quaſt. vnica, art.* 3. Bonau. *art.* 1. Interpretes S. Thomæ, Caietan. Bañez, Zumel, Nazarius, Nauarrete, Gonçalez, Ripa, Peſant. Molina, Vazquez, Arrubal, & Faſol. 1. *p. quaſt.* 19. *art.* 6. Valent. 1. *p diſp.* 1. *q.* 19. *p.* 2. & 6. Tann. 1. *p. diſp.* 2. *q.* 10. *dub.* 4. *à n.* 5.

Suar.

Suarez *lib.4. de prædestinat. c.8.* Granad.1.*p.tr.4.de volunt.d.4.*Ruiz *de voluntate,disp.19.&* 20. Aluarez *de auxil.disp.33.*Pennotus *lib.5.c.10.* Montepilosus 1.*p.disp.33.art.10.*Alarcon 1.*p.tr.3.disp.6.c.3.*Aluiz *tr.2.disp.9.sect.2.*

Quæst. V. An Deus voluntate salutis tribuerit omnibus hominibus sufficientia ad salutem? De quo hîc S. Th. *art.1.* Scot. *quæst. vnica.* Dur. *quæst.1.* Gabriël *q.vnica, art.2.* Ruiz *de prædestinat.à disp.39.* præsertim 45.*&* 46.Driedo *de captiuit. & redempt.c.3.&* 4. Palacios *in 2. dist. 26. disp.vnica.* Cartag. *discursu* 8. *de prædestinat. dub.1. &* 2. Zum. *tom.1. opusc.disp.5.sect.2.*Bellarm. *lib.2.de gratia,& lib.arb. à c.1.* Molina *in concord.q. 14.art.13. disp.10. &* 11. Valent.1.*p.d.8.q.3.p.4.§.de gratia sufficient.*Suar. *lib. 4.de prædestin.c.3. & lib.3.de auxil.cap.6.* Vazq.1.*p. disp.97. &* 1.2. *disp.193.* Aluarez *de auxil.disp.112.* Pennotus *lib.7.c.19.& sequentib.* Herice 1.*p.disp.34. à c.4.& d.35.* Alarcon 1. *p.tract.4. disp.5. c.8. &* 9. Aluiz *tr.3.d.10.sect.5.&* 6. Lessius *de prædest.sect.6. assert.1.*

Quæst. VI. An Deus præfiniat voluntate positiua, & efficaci actum peccati? De quo hîc S.Thom. *art.4.*Dur.*quæst.2.*Gabriël *quæst.vnica,art.3.*Greg.*q. vnica,conclus.2.*Bonau.*quæst.2.* Interpretes S.Thom. Caiet.Bañez,Zum.Nazar.Nauarrette, Ripa, Gonçalez, Molina Vazq. Arrubal, & Fasol. 1.*p.q.19.art.9.* Tann.1.*p.d.2.q.10.dub.7.* Suar. *lib.2. opuscul.cap.4.* Val.1.*p.disp.1.q.29.p.3.*Gran. *tr.4.de vol.d.3. sect.2.* Ruiz *de voluntate,à disp.27.ad.51.*Aluar.*de auxil.d. 24.*Pennot.*lib.4.c.8.*Mont.1.*p.disp.33.art.7.* Her.1.*p.*

disp. 19. *cap.* 5. Alarcon *tract.* 4. *disp.* 1. *cap.* 5.

Quæst. VII. Quænam sit in Deo voluntas antecedens, & consequens? De quo hîc S. Thom. *art.* 1. Dur. *quæst.* 1. Gabriel *quæst. unica, art.* 1. Greg. *quæst. unica*, Bonau. *quæst.* 1. Interpr. S. Thom. Caiet. Bañez, Zum. Nazarius, Nauarrete, Ripa, Pesant. Molina, Vazquez, Arrubal, & Fasol. 1. *p. quæst.* 19. *art.* 6. & 11. Valent. 1. *p. disp.* 1. *quæst.* 19. *p.* 2. Tann. 1. *p. disp.* 2. *quæst.* 10. *dub.* 3. Gran. 1. *p. tract.* 5. *de voluntate*, *d.* 1. Ruiz *de voluntate*, *disp.* 18. Aluarez *de auxil. d.* 34. Pennotus *lib.* 4. *c.* 21. Montepilos. 1. *p. d.* 33. *art.* 11. Suar. *lib.* 3. *de attribut. c.* 8. Alarc. 1. *p. tract.* 3. *d.* 6. *c.* 2. Aluiz *tr.* 2. *disp.* 9. *sect.* 2.

Quæst. VIII. An sit in Deo voluntas, quæ sit potentia, & actus primus volendi? De quo hîc Aureol. *art.* 1. Scot. *quæst. unica* Interp. S. Thom. 1. *p. q.* 14. & 19. *art.* 1. Suar. *lib.* 3. *de attributis, cap.* 1. & *in Metaph. disp.* 30. *sect.* 15. Vazq. 1. *p. disp.* 102. *num.* 1. Tanner. 1. *p. disput.* 2. *quæst* 11. *dub.* 5. Gran. 1. *p. tract.* 1. *de voluntate, disp.* 1. Gonçalez 1. *p. d.* 50. *sect.* 2. Arrub. 1. *p. disp.* 44. Raynaudus *Theolog. natur. distinct.* 8. *à num.* 52. Ruiz *de voluntate*, *disp.* 2. & *de Trinitate*, *disp.* 8. *sect.* 10. Herice 1. *p. disp.* 12. Alarc. 1. *p. tract.* 3. *disp.* 1. *cap.* 1. Aluiz *tract.* 2. *disp.* 2. *sect.* 1. & relati *dist.* 35. *quæst.* 3.

Quæst. IX. An rectè diuidatur voluntas Dei in voluntatem beneplaciti, & signi? De quo hîc Aureol. *art.* 2. Greg. *quæ. unica, art.* 1. Alij relati *distinct. præcedenti, q.* 6.

Quæst. X. An possit esse in Deo pura omissio circa peccatum, & aliud obiectum, absque volitione, & nolitione positiua? De quo relati *dist. seq. q.* 7.

Quæst.

Quæst. XI. Quænam sit in Deo voluntas permittens? De quo relati *dist. sequenti, q. 6.*

DISTINCTIO XLVII.

Quòd voluntas Dei semper impletur de homine, quocunque se vertat.

CONclusio est: Voluntas Dei semper impletur, non solùm in agentibus necessariis; sed etiam in liberis, quocunque se vertant, siue in bonum, siue in malum. Primò, quia id pertinet ad efficaciam omnipotentis voluntatis Dei. Secundò, quia, vt docet Augustinus, voluntas Dei impletur, non solùm quando homo operatur benè; sed etiam quando operatur malè contrà eius voluntatem. Nam, cùm operatur benè, peragit homo, quod à Deo volitum est; cùm verò operatur malè, agit Deus de homine peccante, quod vult, vel ipsi condonando peccatum, vel ipsum castigando.

2 Dicitur autem, hominem peccantem agere contra Dei voluntatem, quod præter eam non est: quia vt præmisimus *dist.* 45. voluntas Dei alia est beneplaciti, quæ est decretum efficax Dei de opere agendo, aut non agendo: alia signi, quæ est præceptum, aut prohibitio obligans ad agendum, vel non agendũ quamuis non habeat decretum de opere agendo. Peccata ergo dicuntur esse præter voluntatem beneplaciti; quia nulla est volitio, aut nolitio positiua peccati agendi: esse verò contra voluntatem signi; quia sunt contra præceptum, aut prohibitionem Dei.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An omnis voluntas beneplaciti in Deo ſit abſoluta, & efficax? De quo hîc S.Thom. *art.* 1. Scot. *q. vnica*, Alij relati *diſt.* 45. *q.* 8.

Quæſt. II. An voluntas abſoluta, & efficax poſſit fruſtrari? De quo hîc S.Thom. *art.* 1. Scot. *q. vnica*, Aur. *art.* 2. Alij relati *diſt. præcedent. q.* 1.

Quæſt. III. An voluntas libera, & efficax ſit adæquatè identificata Deo, an inadæquatè importet actionem extrinſecam Dei; aut quid ea ſit? De quo hîc Aur. *art.* 1. *&* 2. Alij relati *diſt.* 45. *q.* 3.

Quæſt. IV. An Deus præfiniat efficaciter actus noſtros, quos præcipit? De quo hîc S.Th. *art.* 4. Dur. *q.* 3. Alij relati *diſt.* 45. *q.* 7.

Quæſt. V. An Deus poſſit præcipere actus malos? De quo Dur. *q.* 4. Gabriel *q. vnica*. Bonauent. *art.* 2. Ruiz *de voluntate, diſp.* 44. *ſect.* 3. *& de prouidentia, diſp.* 12.

Quæſt. VI. Quid ſit in Deo permiſſio peccati? De quo hîc S.Thom. *art.* 2. Scot. *quæſt. vnica*. Valentia 1. *p. diſput.* 1. *q.* 19. *p.* 2. §. *De permiſſione*. Ruiz *de voluntate, diſp.* 31. Pennot. *lib.* 7. *c.* 6. *num.* 7. Montepiloſ. 1. *p. diſput.* 33. *art.* 8. Herice 1. *p. diſput.* 27. *num.* 10. *& diſput.* 30. *num.* 29. Raynaud. *diſciplina moralis diſp.* 4. *à num.* 350.

Quæſt. VII. An in Deo poſſit eſſe pura omiſſio actus abſque volitione, & nolitione poſitiua? De quo hîc S.Thomas *art.* 2. Scot. *quæſt. vnica* Durand. *q.* 1. Valent. 1. *p. diſputat.* 1. *quæſt.* 23. *parte* 2. *puncto* 1. Albertinus *tomo* 1. *princ.* 4. *quæſt.* 4. *dubio* 2. Ruiz *de voluntate*

voluntate,disp.8.sect.3.conclus.2. Vazquez 1.*p.dis.76. à num.17.* Suar.*disp.30.Metaph.sect.9.num.59.* Fonseca *lib.7.Metap.cap.8.quæst.5.sect.3.* Salas 1.2.*tr.3. disp.1.sect.7.* Montepilos.1.*p.disp.33.art.8.cap.1. &* 3. Aluiz *tract.2.disp.6.sect.3.*

DISTINCTIO XLVIII.

Quòd aliquando homo bona voluntate, aliud vult, quàm Deus; & aliquando malâ, id quod Deus bonâ voluntate vult.

PRima propositio: Potest esse mala voluntas, quæ conformatur diuinæ in volito materiali. Nam malus filius vult mala voluntate mortem patris, quam Deus decernit. Tum, quia ad bonam voluntatem non sufficit velle bonum; sed etiam ex fine bono. Tum, quia Deus potest velle aliquid fieri à se, aut aliâ causâ, & simul prohibere, vt alius id velit: quia Dominum supremum plura decere possunt, quæ non decent alios sibi inferiores.

2 Secunda propositio: Potest esse bona voluntas, quæ non conformatur diuinæ in volito materiali. Nam bonus filius bonâ voluntate desiderat vitam patris, Deo volente mortem ipsius: nam ea, quæ honestant voluntatem Dei, possunt non honestare voluntatem hominis.

3 Tertia propositio: Voluntas exequens obiectum volitum à Deo potest esse mala. Nam voluntas inferens Christo mortem erat mala: & tamen exequeba-

tur obiectum volitum à Deo. Ratio eſt: quia, licet Deus volebat, vt Iudeis inferentibus mortem, Chriſtus acceptaret illam; quia ea acceptatio conferebat in redemptionem generis humani: cæterùm non volebat, vt Iudæi illam inferrent. Neque refert, non potuiſſe mortem acceptari, niſi illatam ab aliquo, ſcilicet, Iudæis: quia ea acceptatio erat volita ſub conditione, quòd inferretur mors à Iudæis; aut potuit eſſe volita abſolutè, quin vellet, ſed tantùm permitteret actionem malam Iudæorum: ſiquidem volitio peccati Iudæorum non erat neceſſaria; ſed ſufficiebat permiſſio, vt eſſet mors, & acceptatio bona Redemptoris.

4 Vndè primò potuerunt iuſti complacere in paſſione Chriſti, quatenus nobis ſalutifera; quamuis non poſſent in ea complacere, quatenus à Iudæis illata, & Chriſto nociua; quaſi afflictio, & nocumentum Chriſti eſſet motiuum placendi, ſed ſola redemptio. Secundò, plura eſſe, propter quæ poſſimus velle paſſionem Chriſti, quàm paſſionem Martyrum; cum plura ſint bona, quæ nobis attulerit paſſio, quàm Martyrum paſſio: quanquam & Martyrum paſſionem gratam habere nobis liceat propter bona, quæ ipſis Martyribus, & Eccleſiæ vniuerſæ accreſcunt.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An rectitudo moralis creaturæ rationalis ſumatur ex conformitate cum voluntate diuina? De quo hîc Scot. *quæſt*. 1. Granad. 1. 2. *contr*. 2. *tract*. 13. *diſp*. 4. Suar. 1. 2. *diſp*. 11 *de actibus humanis*. Salas 1. 2. *tract*. 7. *diſp*. 5. Tann. 1. 2. *diſp*. 2. *quæſt*. 6. *dub*. 6. Valent. 1. 2. *diſp*. 2. *quæſt*. 14. *p*. 8. Raynaudus *diſciplina*


disciplina moral, disp.4.num.47. Interpretes S. Thomæ Caiet. Conrad. Medina, Zumel, Lorca, Vazq. & alij, *2. quæst.19. art.9. &* 10,

Quæst. II. An, & quomodo teneamur conformare nostram voluntatem diuinæ? De quo hîc omnes Interpretes Magistri. Item, Granad. 1. *p. tr.8. de prædestinatione, à num.60.* fusiùs 12, *contr.2. tract.13. à disp.1.* Suar. 1.2. *disp.11. de actibus humanis.* Salas 1.2. *tr.7. disp.5.* Tann. 1.2. *disp.2. quæst.6. dub.6.* Val. 1.2. *disp.2. quæst.14. p.8.* Raynaud. *disciplina moral. disp.4. num.48.* Interpretes S. Thom. Caiet, Conrad. Medina, Zumel, Lorca, Vazquez, & alij 1.2. *quæst.19. art.9. &* 20,

Quæst. III. An Deus velit, ante præuisum peccatum, passionem Christi, aut aliud obiectum connexum cum peccato? De quo relati *dist.40. q.8.*

Quæst. IV. An possimus velle damnationem nostram, aut alienam, saltem post reuelationem illius? De quo hîc Gregor. *quæst. vnica, art.3.* Gabriel *ibidem*, & alij Interpretes. Granad. 1. *p. tract.8. de prædestinat. à n.60.* Suar. 1.2. *disp.11. de actibus humanis, sect. vlt.* Lorca 1.2. *de actibus humanis. disp.43. memb.3.* Salas 1.2. *tr.7. disp.5. sect.3.* Valent. 1.2. *disp.2. q.14. p.8.* Tanner. 1.2. *disp.2. q.2. dub.6.*

LIBER



LIBER SECVNDVS.

In hoc Libro agit Magiſter de operibus Dei, præſertim creaturis rationalibus, Angelis, ſcilicet, & hominibus.

DISTINCTIO I.

Vnum eſſe rerum principium oſtendit, non plura.



RIMA concluſio: Deus eſt primum rerum creatarum efficiens principium. Probatur ex illo Geneſ. 1. *In principio creauit Deus cœlum, & terram.* Vbi notanda ſunt duo, quibus Deus agens ad extra differt ab Angelis, & hominibus ad extra agentibus. Primò, Deus creare poteſt: Angeli verò, & homines non creare, ſed facere, aut agere poſſunt. *Creare* enim eſt, quidpiam ex nihilo producere. *Facere* verò, ſeu *agere*, eſt producere quidpiam ex præſuppoſito

sito subiecto. At solus Deus potest quidpiam ex nihilo producere: Angeli verò, & homines indigent subiecto, in quo, aut ex quo quidpiam producant. Vnde solus Deus dicitur propriè, & strictè Creator: quanquam interdum fusa significatione etiam ea, quæ in subiecto fiunt, creari dicantur. Secundò, Deus in tempore incipit agere absque mutatione intrinseca sui: Angeli verò, & homines cum mutatione sui. Nam Angeli, & homines nequeunt ad extra agere, quin præcedat in ipsis, aut noua volitio, aut agitatio, seu motio localis interna. At Deus potest de nouo agere, quin de nouo incipiat velle, aut motu interno agitari, solùm quia ab æterno voluit, vt tali tempore res inciperent esse de nouo: sicut Sol plura ad extra producit, quin vllam in se mutationem subeat.

2 Vnde duo errores præciduntur. Primus est Platonis, constituentis tria principia, sine principio rerum, Deum, scilicet, exemplar, & materiam. Secundus est Aristotelis, volentis, mundum fuisse ab æterno, & huius principia fuisse materiam, formam, & Deum. Etenim constat ex sacro Textu, Deum solum esse primum rerum principium, & non ab æterno, sed in tempore agens.

3 Secunda conclusio: Bonitas diuina est vltimus finis, seu prima causa finalis rerum creatarum. Nihil enim erat, quod Deum impelleret ad creandum mundum, nisi summa bonitas communicatiua sui; cuius infinitatem decebat esse primam causam finalem creaturarum, sicut omnipotentiam esse primam causam efficientem. Vnde dixit Augustinus, ideò nos creatos bonos, quia Deus summè bonus est; neque aliam quærendam finalem causam, quare Deus

nos

nos creauerit, nisi propter suam bonitatem.

4. Tertia conclusio: Finis secundarius creationis mundi; fuit creatura rationalis beanda possessione Dei. Tum à priori: quia finis primarius Dei fuit, summam suam bonitatem, & beatitudinem aliis communicare. Nulla autem creatura est particeps eius summæ bonitatis, ac beatitudinis, sicut creatura rationalis, quæ intelligendo, & amando potest illam possidere, eáque frui. Tum à posteriori: quia omnia creata seruiũt creaturæ rationali, & in eius vtilitatem destinata sunt; increata verò in eiusdem fruitionem conceduntur. Vnde superiora, æqualia, & inferiora bona in eius vtilitatem referunt. Superiora, scilicet, diuina, vt eis fruatur, æqualia, scilicet, aliæ creaturæ rationales, vt cum eis possit conuiuere. Inferiora verò, scilicet, irrationalia, vt eius seruitio incumbant.

5 Quarta conclusio: Creatúram rationalem creauit Deus incorpoream, & corpoream. Incorporea est Angelus, qui purè spiritus est: corporea est homo, qui ex corpore & spiritu est constitutus. Creauit autem spiritum corpori coniunctum. Tum, vt beatificam Dei cum homine vnionem suaderet possibilem: nam faciliùs creditu erit, diuinam essentiam nostris mentibus vniri posse, si consideremus, spiritum longè distantem à corpore, adeò strictè cum corpore colligari, vt eo spoliari recuset, Paulo attestante, qui ait 1. Corinth. 15. *Nolumus spoliari, sed superuestiri.* Tum, vt subditus passionibus corporeis, & humilem corporis conditionem patienter ferens mereretur in consortium aliorum spirituum, altissimámque sui, & corporis gloriam subleuari. Ergo, cùm subiectum huius Libri sint opera creationis Dei; & omnium præstan

præstantissima sint creaturæ rationales; & creaturarum rationalium, Angeli; ideò primùm disputationes aggreditur de Angelis.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An sint plura principia prima? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 1. Greg. *q.* 1. *art.* 2. Interpretes S. Thomæ 1. *p.* *q.* 2. *art.* 3. & *q.* 11. *art.* 3. Fasol. *ibidem.* Fonseca *lib.* 2. *Metaph.* *c.* 2. *q.* 1. Suar. *disp.* 29. *Metaph.* Arriag. *d.* 10. *Physic.* *sect.* 1. Pennot. *lib.* 8. *de lib. arb.* *c.* 1. & *seq.* Perer. *lib.* 15. *de principiis rer. natur.*

Quæst. II. An creatura possit aliquid efficere? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 3. Interpretes S. Thomæ 1. *part.* *q.* 115. *art.* 1. & 2. Suar. *disp.* 18. *Metaphys.* *sect.* 1. Hurtado *disp.* 9. *Physic.* *sect.* 2. Montepilos. *tom.* 4. *disp.* 5. *art.* 1. Fonseca *lib.* 5. *Metaph.* *cap.* 2. *quæst.* 7. Auersa *tom.* 1. *Physic.* *pag.* 354. Arriaga *dub.* 11. *Physic.* *sect.* 1.

Quæst. III. An creatura possit creare. Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 2. Dur. *q.* 4. Gabr. *q.* 4. Fab. *d.* 4. Interpretes S. Thomæ, Caietan. Bañez, Zumel, Nazar. Molina, Vazquez, & alij 1. *p.* *q.* 45. *art.* 5. Suar. *d.* 20. *Metaph.* *sect.* 2. Montepilos. *tom.* 4. *d.* 2. *art.* 3. & 4. Hurtado *d.* 12. *Physic.* *sect.* 7. Arriaga *d.* 11. *Physic.* *sect.* 5. Fonseca *lib.* 5. *c.* 2. *q.* 8. Gran. 1. *p.* *controu.* 6. *tract.* 1. *d.* 3. & 4. Tann. 1. *p.* *d.* 6. *q.* 1. *dub.* 2. Valent. 1. *p.* *d.* 3. *q.* 3. *p.* 4. Pennot. *lib.* 8. *de lib. arb.* *c.* 7. & 8.

Quæst. IV. An creatio sit actio distincta à Deo, & termino creato? Hîc Scot. *q.* 4. Gabr. *q.* 1. Gregor. *q.* 5. & 6. Fab. *disp.* 8. Aureol. *quæst.* 2. *art.* 1. & 2.

Interpretes

Interpretes S. Thom. Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Molina, Vazq. & alij 1.*p.q.*45.*art.*3. Suar.*d.*20.*sect.*5. Fonseca *lib.*7. *Metaph.c.*8.*q.*4. Montepilos.*tom.*4.*d.*1. *art.*5.*&* 6. Gran. 1.*p.controu.*6.*tr.*1.*d.*2. Tann. 1. *p.d.* 6.*q.*1.*dub.*1. Hurtad.*d.*12.*Physic.sect.*3. Arriaga *d.*9. *Physic.sect.*4. Valent. 1.*p.d.*3.*q.*2.*p.*1.

Quæst. V. An Deus immediatè concurrat in effe-ctus creaturarum? Dur.*q.*5. Gab.*q.*2. Alij relati *lib.*1. *dist.*37.*q.*2.

Quæst. VI. An creatura, tam permanens, quàm succesſiua, potuerit esse ab æterno? S. Thom. *quæst.*1. *art.*5. Dur.*quæst.*2.*&* 3. Scot.*quæst.*3. Gabr.*quæst.*3. Greg.*q.*3. Fab.*d.*5. Aureol.*q.*1.*art.*2.*&* 5. Interpretes S. Thomæ 1.*p.q.*46.*art.*1.*&* 2. Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Molin. Vazq. & alij. Rursus Valent. 1.*p.d.*3.*q.* 3.*p.*2. Fasol. 1.*p.quæst.*2.*art.*3. *dub.*4. Conimb. *lib.*8. *Physicor. c.*2.*q.*6. Montepilos.*tom.*4.*d.*3.*art.*5.*& seq.* Tann. 1.*p.d.*6.*q.*1.*dub.*3. Hurtad.*d.*16.*&* 18. *Physic.* Arriag.*d.*17.*Physic.sect.*2. Auersa *q.*31.*Phil.sect.*8.*&* 9. Rub.*lib.*8.*Physic.q.*2.*& seq.*

Quæst. VII. An Deo competat agere propter finem? S.Th.*q.*2.*art.*1. Dur.*q.*8. Gab.*q.*5. Alij relati *lib.*1.*dist.*1.*q.*8.

Quæst. VIII. An Deus velit creata propter suam bonitatem. Hîc S.Thom. *q.*2.*art.*2. Alij relati *lib.*1. *dist.*1.*q.*9.

Quæst. IX. An velit creata propter bonitatem hominis, aut alicuius creaturæ. Hîc S.Thom.*q.*2.*art.* 3. Alij relati *lib.*1.*dist.*1.*q.*9.

Quæst. X. An animus exigat vnionem cum corpore. Hic S.Th.*q.*2.*art.*4. Conimb.*tr.de anim.d.*2.*ar.*2. Auers.*de anima,q.*59.*sect.*1. Hurt.*d.*18.*de anima,sect.*3.

Rub.

Bub. *de Ang.* q. 5. n 4. §. 10. Arriaga d. 10. *de anima*, *sect*. 2.

Quæst. XI. An animus indiuiduus sit ex se indifferens ad plura corpora indiuidua? Hîc S. Th. q. 2. art. 5. Vide authores agentes *de indiuiduatione formæ per materiam*, relatos *dist*. 3. q. 2.

Quæst. XII. An Trinitas personarum sit per se requisita Deo ad creationem? Hîc Scot. q. 1. Fab. d. 1. Alij relati *lib*. 1. *dist*. 29. q. 7.

Quæst. XIII. An Angeli sint incorporei? Hîc Fab. d. 9. Caiet. Bañez, Zumel, Nauarr. Nazar. Pesant. Mol. & Vasq. 1. p. q. 50. art. 1. Suar. *de Ang. lib*. 1. c. 5. & 6. Val. 1. p. d. 4. q. 1. p. 2 Gran. 1. p. contr. 7. tr. 1. d. 1. Tan. 1. p. d. 5. q. 1. dub. 2. Arrub. 1. p. d. 148. Montepilos. tom. 4. d. 8. art. 6. Alarcon 1. p. tract. 6. d. 1. cap. 4.

Quæst. XIV. An sint compositi? Hîc Fab. d. 10. Alij *dist*. 3. q. 1.

Quæst. XV. An sint incorruptibiles? Hîc Fab. d. 10. c. 2. Caiet. Bañez, Zumel, Naz. Nauar. Pesant. Mol. & Vazq. 1. p. q. 50. n. 5. Suar. *de Ang. lib*. 1. c. 9. Val. 1. p. d. 4. q. 1. p. 4. Granad. *de Ang*. tr. 1. d. 3. Tann. 1. p. d. 5. q. 1. dub. 1. Arrub. 1. p. d. 151. Montepilos. tom. 4. d. 8. art. 10. Alarcon 1. p. tr. 6. disp. 1. c. 6.

DISTINCTIO II.

Quæ considerandæ sunt de angelica natura.

PRoponit in genere ea, quæ de Angelis disserenda sunt. Primò de tempore, & loco, in quo creati

ſunt. Secundò, quales extiterunt, qui receſſerunt à Deo per culpam,& qui acceſſerunt Deo per amorem. Tertiò, de excellentia, & differentia ipſorum. Quartò,de officiis,& nominibus,quibus diſtinguuntur;& aliis huiuſmodi.

2 Prima ergo concluſio eſt: Angeli non ſunt creati ante mundum corporeum,ſed ſimul cum illo. Probatur primò ex illo Eccleſiaſt. 8. *Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul.* Secundò ex Geneſis 1. *In principio creauit Deus cœlum, & terram.* Nam, Interprete Auguſtino *ſuper Geneſim, lib. 5. cap. 1.* per cœlum intelligitur creatura ſpiritualis, & per terram,creatura corporea. In principio autem creata ſunt, quia initio temporum ſunt condita. Nam,docente Auguſtino , ante Angelum creatum,nulla tempora realia præceſſerunt; nec ante tempora vlla creatura præceſſit.

Obiicit primò illud Eccleſ. 1. *Primò omnium creata eſt ſapientia.* Ibi enim *ſapientia* non intelligitur Filius Dei; qui non eſt ſapientia creata. Ergo intelligitur Angelus primò omnium creatus. Secundò, Hier. *in Epiſt. ad Tit.* dicentem, ante noſtrum tempus præceſſiſſe ſæcula, in quibus Angeli ſeruierunt Deo. Ad primum reſpondet : Angelus primò omnium dicitur creatus prioritate dignitatis,non temporis. Ad ſecundum: Hieronymus eam ſententiam vt alienam refert, non probat vt ſuam.

4 Secunda concluſio : Angeli creati ſunt in cœlo Empyreo. Deprehenditur ex illo Lucæ 10. *Videbam Satanam cadentem de cœlo.* Vbi nomine cœli intelligunt Empyreum Strabus,& Beda,& communiter Interpretes,quoties ſacer Textus cœli meminerit. Item, quia cæteri cœli non primo die cum Angelis, ſed ſecundo

cundo die facti sunt. Nec refert, illud Esaiæ 14. *Ascendam in cœlum, & similis ero Altissimo.* tribui Angelo peccanti. Quia cœlum, in quod angelica superbia anhelauit, non erat corporeum; sed celsitudo, & æqualitas cum Deo.

5 Tertia conclusio: Non solùm creatura corporea, sed etiam angelica, ex vi suæ creationis informis condita fuit. Nam, sicut res corporeæ primùm creatæ sunt absque distinctione, & forma, quam deinde sortitæ fuerunt: ita Spiritus angelici decorati primùm non sunt eis ornamentis gratiæ, quæ præcedente conuersione perfecta in Deum, posteà induerunt. Quamquam celsa naturæ dona sibi debita etiam tunc denegata non sunt.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Quando creati sunt Angeli? Hîc S. Thomas *quæst. 1. art. 3.* Gregor. *quæst. 1.* Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Pesant. Molina, & Vazquez 1. *part. q. 61. art. 2. & 3.* Suar. *de Ang. lib. 1. cap. 3.* Valent. 1. *p. disp. 3. q. 3. p. 1. & disp. 4. quæst. 12. p. 2.* Granad. *de Ang. tract. 10.* Tanner. 1. *p. disp. 5. q. 1. dub. 1.* Arrub. 1. *p. q. 61. num. 1. & 2.* Montepilos. *tom. 4. d. 8. art. 3.* Alarcon *tract. 6. d. 1. c. 3.*

Quæst. II. Quo differt æuum Angeli ab æternitate, & tempore? Hîc S. Thom. *quæst. 1. art. 1.* Gabr. *quæst. 1.* Scot. *quæst. 1.* Fab. *d. 11.* Aureol. *q. 2. art. 1.* Caiet. Bañez, Zum. Nazar. Gonçal. Nauarret. Ripa, Pesant. Mol. Vazq. Fasol. & alij 1. *p. q. 10. art. 4. & 5.* Suar. *d. 50. Metaph. sect. 5.* Val. 1. *p. d. 1. q. 10. p. 3.*

Granad. *de attrib. d.* 5. *sect.* 5. Tann. 1. *p. d.* 2. *q.* 5. *dub.* 2. Montepil. *tom.* 4. *d.* 9. *art.* 1.

Quæst. III. An duratio Angeli sit modus distinctus à substantia Angeli? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 2. Dur. *q.* 3. Gabr. *q.* 1. Scot. *q.* 2. Fab. *d.* 12. Aureol. *q.* 2. *art.* 2. Suar. *d.* 50. *Metaph. sect.* 1. *&* 2. Fasol. 1. *p. q.* 10. *art.* 1. *dub.* 2. Perer. *lib.* 12. *c.* 5. *p.* 3. *&* 4. Guillius 1. *p. lib.* 2. *tr.* 10. *c.* 5. *&* 6. *Conimb.* 4. *Phys. c.* 14. *q.* 2. *art.* 1. *&* 2. Val. 1. *p. d.* 1. *q.* 10. *p.* 1. Montepilos. *tom.* 4. *d.* 9. *art.* 3. *& seq.*

Quæst. IV. Vbinam creati sint Angeli? Hîc S. Th. *q.* 2. Scot. *q.* 5. Aureol. *q.* 3. *art.* 2. Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Nauarret. Pesantius, Molina; Vazquez, & alij 1. *p. q.* 61. *art.* 4. Suarez *de Angelis, lib.* 1. *c.* 4. Valent. 1. *p. disp.* 4. *q.* 12. *p.* 3. Granad. *de Angelis, tr.* 10. *à n.* 14. Tanner. 1. *p. disp.* 5. *q.* 1. *dub.* 1. Montepil. *tom.* 4. *disp.* 8. *art.* 4. Alarcon 1. *p. tr.* 6. *d.* 1. *c.* 3.

Quæst. V. An, & quomodo Angelus sit in loco? Hîc Greg. *q.* 2. Gab. *q.* 2. Scot. *q.* 6. Fab. *d.* 15. *&* 16. Bonauent. *art.* 1. *q.* 1. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 37. *q.* 8.

Quæst. VI. An Angelus possit simul occupare duo loca? Hic Greg. *q.* 3. Gab. *q.* 2. Scot *quæst.* 7. Fab. *d.* 18. Bonau. *art.* 2. *q.* 2. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 37. *q.* 9.

Quæst. VII. An duo Angeli possint occupare eundem locum? Hîc Gab. *quæst.* 2. Scot. *q.* 8. Fab. *disp.* 19. Bonau. *art.* 2. *q.* 4. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 37. *q.* 10.

Quæst. VIII. An Angelus moueatur secundùm locum? Hîc Gab. *q.* 3. Scot *q.* 9. *&* 10. Fab. *d.* 20. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 37. *q.* 11.

Quæst. IX. An moueatur instantaneè, an successivè? Hîc Gabr. *q.* 3. Scot. *q.* 11. Fab. *d.* 21. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 37. *q.* 13.

Quæst. X. An possit transire ab extremo in extremum

mum, quin pertranseat medium? Hîc Gabr. *q.* 3. Scot. *q.* 12. Fab. *disp.* 22. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 37. *q.* 12.

Quæst. XI. An sit in loco diuisibili, & per vbi intrinsecum diuisibile? Hîc Bonau. *art.* 2. *quæst.* 3. Suar. *de Angelis, lib.* 4. *cap.* 17. *tom.* 3. *in* 3. *p. disp.* 48. *sect.* 1. *in Metaph. disp.* 30. *à num.* 49. *&* *disp.* 51. *num.* 36. Vazq. 1. *p. disp.* 188. *cap.* 7. Gran. *de Angel. tract.* 9 *disputat.* 3. *sect.* 3. Tann. 1. *p. disp.* 5. *quæst.* 2. *dub.* 2. Arrub. 1. *p. disp.* 155. Montepilos. *tom.* 4. *disp.* 18. *art.* 3. Alarcon 1. *p. tract.* 6. *disp.* 6. *cap.* 4. Albertin. *tom.* 2. *prædic. quant. & vbi, corol.* 1.

Quæst. XII. An possit creari, quin sit alicubi? De quò *lib.* 1. *distinct.* 37. *q.* 14.

Quæst. XIII. An possit creari incapax motus localis ab intrinseco? De quo *lib.* 1. *dist.* 37. *q.* 15.

Quæst. XIV. An Angeli sint creati absque donis gratiæ? Hîc Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Nauarret. Pesant. Molina, Vazq. 1. *p. q.* 62. *art.* 3. Suarez *de Angel. lib.* 5. *c.* 4. Val. 1. *p. d.* 4. *q.* 13. *p.* 1. Granad. *de Angel. tr.* 11. *d.* 3. *&* 6. Tann. 1. *p. d.* 5. *q* 6. *dub.* 1. Arrubal 1. *p. disp.* 174. Montepilosus *tom.* 4. *disp.* 20. *art.* 3. *&* 4. Alarcon 1. *p. tr.* 6. *disp.* 8. *c.* 1.

DISTINCTIO III.

Quales facti fuerint Angeli; & quòd quatuor eis attributa sunt in ipso initio suæ conditionis.

PRima conclusio: Angeli creati sunt primò naturâ simplices, & immateriales. Secundò, personalita-

tibus discreti. Tertiò, virtute intelligendi perspicaces. Quartò, voluntate, & potestate liberi. Hæc non probantur: quia spectant ad definitionem, & primum naturæ angelicæ conceptum.

2 Secunda conclusio: Differens, & inæqualis fuit in Angelis primò, substantia; secundò, vis intellectiua; tertiò, libertatis potestas. Probatur: creaturæ corporeæ conditæ sunt naturâ, & proprietatibus differentes, & inæquales. Ergo etiam incorporeæ. At ad naturam spectat substantia; ad proprietates verò intellectus, & libertas. Ergo hæc in Angelis differentia, & inæqualia sunt. Prætereà, Angelis concessa sunt dona gratiæ iuxta conditionem naturalium. At dona gratiæ varia, & inæqualia concessa sunt. Ergo naturalia etiam sunt inæqualia, & varia. Vbi obseruandum est, inæqualem intelligentiam oriri ex inæqualitate naturæ; & inæqualem libertatem ex inæqualitate intelligentiæ, quæ radix est libertatis. Item, inæqualem libertatem esse posse, quin inferior intelligentia necessitatem agendi inducat, sicut nullam inducit ignorantiam.

3 Tertia conclusio: Cum inæqualitate naturæ, & superiorum proprietatum æqualis fuit Angelis immaterialitas, & immortalitas. Quia hæ proprietates important negationem quantitatis, & mortis, quam omnes Angeli æqualiter fundant, cùm omnes æqualiter quantitati, & morti repugnent.

4 Quarta conclusio: Omnes Angeli primùm creati sunt boni, atque adeò in primo instanti immunes fuerunt peccati. Boni creati dicuntur; non, quia in primo instanti virtutibus supernaturalibus adepti sunt iustitiam supernaturalem; sed, quia

Innocentes

innocentes sunt conditi absque malitia peccati. Ideò enim Augustinus *lib.1. super Genes. cap.1.* ait, angelicam naturam primò creatam informem,& cœlum obscurum; deinde verò formatam, & illustratam luce: quia primò data eis non fuit forma, & splendor gratiæ, quam posteà propriâ dispositione adepti sunt. Iam probatur conclusio primò, quia si in primo instanti crearetur natura mala, Deus esset author malitiæ, cùm natura secundùm se totam in eo instanti formaretur à Deo. Secundò, quia malitia naturæ non esset malitia voluntatis, atque adeò Deus non damnaret voluntatem, sed naturam; quod iniquum esset. Tertiò, quia, vt arguit Augustinus *suprà*, si natura angelica non esset producta bona, verum non esset illud Genes.1. *Omnia fecit Deus valdè bona.*

5 Opponitur primò illud Iobi 4. *Hoc est initium figmenti Dei, quod fecit Deus, vt illudatur ei.* Secundò illud Ioannis 8. *Ille homicida erat ab initio,& in veritate non stetit.* Quæ intelliguntur de Dæmone. Ad primum respondet cum Augustino: Angelus malus dicitur initium figmenti Dei factum, vt illudatur ei: quia Deus eum fecit; quamuis prænouit posteà peccaturũ, prouidens simul plura bona, quæ ex eius peccato,& tẽtationibus euenirent iustis in illusionem eiusdem. Ad secundum respondet etiam cum Augustino: Diabolus ab initio dicitur homicida: quia continuò post initium deliquit; vel, quia ab initio hominis, non ipsius Angeli hominem interemit. Imò ex eodem testimonio confirmatur conclusio: nam si in veritate non stetit. Ergo priùs erat in veritate: nam à veritate cadere, aut veritatẽ deserere nõ posset, nisi priùs in illa esset, vt argu t

Augustinus *lib. 2. de Genesi ad litteram, capite 23.*

6 Quinta conclusio: Angelorum intellectus prima conditione nouit speculatiuè seipsum; alios Angelos, & Deum; practicè verò quid amore, & quid odio sibi prosequendum erat. Rursus ex hâc notione voluntas in naturalem sui, & conditoris amorem, absque merito tamen, exarsit. Hæc non probat Magister: quia simplici propositione probabilia, & credibilia sunt.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Angelus sit, possitve esse compositus ex partibus essentialibus, aut integralibus, aut ex natura, & personalitate? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 1. & 2. Dur. *q.* 1. & 2. Aureol. *q.* 1. *art.* 3. & 4. Bonau. *art.* 1. & 2. Caiet. Bañez, Zum. Nazar. Nauar. Pesant. Mol. Vazq. & alij 1. *p. q.* 50. *art.* 2. Suarez *lib.* 1. *de Ang. c.* 6. & 7. Valent. 1. *p. d.* 4. *q.* 1. *p* 4. Granad. *de Ang. tract.* 1. *d.* 2. Tanner. 1. *p. d.* 5. *q.* 1. *dub.* 2. Arrub. 1. *p. d.* 149. Montepil. *tom.* 4. *d.* 8. *art.* 7. & 8. Alarcon 1. *p. tr.* 6. *d.* 1. *c.* 5.

Quæst. II. An plures esse possint vnius speciei? Hîc S. Th. *quæst.* 1. *art.* 4. Durand. *quæst.* 3. Scot. *q.* 7. Gabr. *q.* 1. Fab. *d.* 23. Caiet. Bañez, Zum. Nazar. Nauar. Pesant. Mol. Vazq. Bubalus, & alij 1. *p. q.* 50. *art.* 3. & 4 Suar. *de Angel. lib.* 1. *cap.* 15. & *in Metaph. disp.* 5. *sect.* 2. *à num.* 23. Val. 1. *p. d.* 4. *q.* 1. *p.* 3. Granad. *de Ang. tr.* 1. *d.* 4. Tanner. 1. *p. d.* 5. *q.* 1. *dub.* 5. Arrubal. 1. *part. d.* 150. Montepil. *tom.* 4. *d.* 8. *art.* 11. Alarcon 1. *p. tract.* 6. *d.* 1. *cap.* 7.

Quæst. III. An sint re ipsa specie diuersi? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 5. Gab. *q.* 1. Caiet. Bañez, Zum. Nazar. Nauar,

Nau. Pesant. Molin. Vazq. Bubalus, & alij 1.*p.q.*50. *art.*4. Suar. *de Angel.lib.*1.*c.*12.*& sequenti.* Valent.1. *p.d.*4.*q.*1.*p.*3. Granad. *de Angel.tr.*1.*d.*4. Tannerus 1. *p.d.*5.*q.*1.*dub.*5. Arrubal 1.*p.d.*150.*c.*1. Montepilos. *tom.*4.*d.*8.*art.*11.*&* *d.*23.*art.*1.*&* 2. Alarcon 1.*p.tr.*6. *d.*1.*c.*7.*&* 8.

Quæst. IV. An potuerit in primo instanti peccare? Hîc S.Th.*q.*2. Greg.*q.unica.* Bonau. *artic.*1.*q.*2. Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Nauarrete, Pesant. Molina, Vazquez & alij 1.*p.q.*63.*art.*5. Suar. *de Angel.lib.* 3.*c.*9.*& lib.*7.*c.*20. Valent. 1.*p.d.*4.*q.*14.*p.*4. Granad. *de Angel. tr.*13. *d.*4. Tann. 1. *p.d.*5.*q.*6.*dub.*2.*&* 3. Arrub. 1. *p.d.*179. Montepilos. *tom.*4.*d.*15.*art.*9.*&* *d.*21.*art.*5. Alarcon 1.*p.tr.*6.*d.*5.*c.*3.

Quæst. V. An indigeat speciebus ad cognoscendum, & eas sumat à rebus? Hîc S.Th.*q.*3.*art.*1. Dur. *q.*6. Scot.*q.*10.*&* 11. Gab.*q.*2. Fab.*d.*26.*&* 27. Bonau. *art.*2.*q.*1. Caiet. Bañ. Zum. Nazar. Nau. Pesant. Mol. Vazq. Bub. & alij 1.*p.q.*54.*art.*4.*&* *q.*55.*art.*1.*&* 2. Suar. *de Ang.lib.*2.*c.*3.*& seq.* Valent. 1.*p.d.*4.*q.*6.*p.*1. *&* 2. Gran. *de Ang.tr.*3.*d.*1.*& seq.* Tan. 1. *p.d.*5.*q.*1. *dub.*2. Arrub. 1.*p.d.*163.*&* 164. Montepilos. *tom.*4. *d.*12.*art.*4.*&* 5. Alarcon 1.*p.tr.*6.*d.*3.*c.*1.*&* 2. Albert. *tom.*1.*princip.corol.*7.*&* 8.

Quæst. VI. An superior cognoscat per vniuersaliores species? Hîc S.Thom. *q.*3.*art.*2. Caiet. Bañez, Zum. Naz. Nauar. Pesant. Molina, Vazquez, & alij 1.*p.q.*55.*art.*3. Suarez *de Angel.lib.*1.*c.*15. Valent. 1.*p.d.*4.*q.*6.*p.*3. Granad. *de Angel.tr.*3.*disp.*4. Tan. 1.*p.disp.* 5.*quæst.*3.*dub.*2. Arrub. 1. *p.d.*165. Montepilos. *tom.*4.*d.*12.*art.*8. Alarcon. 1.*p.tr.*6. *d.*3. *c.*3. Albert. *tom.*1.*princip.*1.*corol.*9.

Quæst.

Quæst. VII. An possit elicere cognitiones obiectorum particularium inadæquatas speciebus. Hîc S. Thom.*q.* 3,*art.* 3. Caiet.Bañez, Zum,Nazar.Nauar. Pesant.Mol.Vazq.& alij 1.*p.q.*58.*art*,1, *&* 2. Suar. *de Ang.lib.*2.*c.*34. Val.1.*p.d.*4.*q.*9.*p.*1. *&* 3. Gran. *de Ang.tr.*7,*d.*2.Tan.1,*p.d.*5,*q.*2.*dub.*8.Arrub.1,*p.d.* 165. Montep.*tom.*4.*d.*12,*art.*7, Alarc,1.*p.d.*2.*cap.*4.

Quæst. VIII. An plura simul possit cognoscere? Hîc S.Th.*q.*3.*art.*4. Caiet.Bañez, Zum.Naz, Nau. Pesant. Molin.Vazq. & alij 1.*p.q.*58,*art*,2. Suar. *de Ang.lib.*2.*c*,37.Val.1.*p.d*,4,*q.*9.*p.*3,Gran.*de Ang.tr.* 7.*d.*2.Tann. 1.*p.d.*5.*q.*3.*dub.*8.Arr.1.*p.d.*165. Montep.*tom.*4.*d.*13.*art*,4.*&* 5.Alarc. 1.*p.d.*2.*cap.*4.

Quæst. IX. An in primo instanti creatus sit absque donis gratiæ? Hîc S,Thom. *quæst.*3. *art.*5, Alij *dist.*2.*q.*14.

Quæst. X. An destitutus donis gratiæ possit Deum super omnia diligere? Hîc S.Th.*q.*3.*art.*6.Bonauent, *art.*3.*q.*1.Caiet.Bañez, Zumel Naz.Nauar. Pesant, Molina,Vazquez,& alij 1.*p.quæst.*60.*art.*5. *&* *q.*62. *art.*2.Suarez *de Angelis,lib.*3.*cap.*5.*&* *lib.*5.*cap.*7.*&* *sequentib.* Valentia 1.*p.disp.*4. *quæst.*11.*p.*2. Granad.*de Angelis, tract.*11.*disp.*1.Tannerus 1.*p.disp.*5. *quæstione* 4. *dub.*1. *&* *quæst.*6. *dub.*1. Arrubal. 1.*p.* *quæst.*60.*num.*4. Montepilosus *tomo* 4.*disp.*15.*art.*5. *&* 6.

Quæst. XI. An seipsum necessariò cognoscat? Hîc Dur.*q.*8.Scot.*q.*8. Fab. *disp.*24. Caiet.Bañez, Zum. Nazarius,Nanarrete, Pesant.Molina, & Vazq. 1.*p.q.* 56.*art.*1.*&* *q.*58.*art.*1.Suar.*de Angelis,lib.*2.*cap.*35. Valentia 1.*p.disp.*4.*q.*9.*p.*1.Granad.*de Angelis,tr.*4. Tann.1.*p. disp.*5.*q.*3.*dub.*3. Arrubal. 1. *p.disp.*166. *cap.*1.

cap. 1, Montepilos. *tomo* 4. *disp.* 12. *art.* 1. & 3. Alarcon 1. *p. tr.* 6. *disp.* 2. *cap.* 3.

Quæst. XII. An seipsum necessariò diligat? Caiet. Bañez, Zum. Nazar. Nauarrete, Pesant. Mol. Vazquez & alij 1. *p. q.* 60, *art.* 3. Valent. 1. *p. d.* 4. *q.* 11. *puncto* 2. Granad. *de Angel. tr.* 8. Tann. 1. *p. d.* 5. *q.* 4. *dub.* 1. Montepilos. *tomo* 4. *disp.* 15. *art.* 4. Alarcon 1. *p. tr.* 6. *disp.* 5. *cap.* 2.

Quæst. XIII. An Deum in via per species nouerit? Hîc Scot. *q.* 9. Gab. *q.* 2. Fab. *d.* 25. Bonau. *art.* 2. *q.* 2. Interpretes relati S. Th. 1. *p. q.* 56. *art.* 1. Suar. *de Angelis, lib.* 2. *cap.* 17. & 18. Valent. 1. *p. disp.* 4. *q.* 7. *p.* 3. Gran. *de Angelis, tr.* 4. *n.* 18. Tann. *d.* 5. *q.* 3. *dub.* 3. Arrub. 1. *p. d.* 166. *cap.* 2. Montep. *tomo* 4. *d.* 12. *art.* 13. & 15. Alarcon 1. *p. tr.* 6. *d.* 3. *cap.* 4.

DISTINCTIO IV.

An perfectos, & beatos creauit Deus Angelos; an miseros, & imperfectos?

PRima conclusio: Angeli non sunt creati miseri: nam Angeli non sunt creati cum peccato: miseria autem creaturæ rationalis peccatum est.

2 Secunda conclusio: Angeli non sunt creati beati, Nam Angeli mali creati non sunt beati. Ergo nec boni. Quia ante peccatum nulla facta est inter bonos & malos discretio. Antecedens probatur: quia incerti erant de beatitudine retinenda. Cum hac autem incertitudine non poterant esse beati, vt docet Aug. *lib.* 11. *super Genes. cap.* 10. & 17. Item, aut Angeli mali ignorarunt

ignorarunt id, quod de ipsis futurum erat, aut præsciuerunt. Si ignorarunt, non poterant cum ea ignorantia esse beati. Si præsciuerunt casum; & supplicium futurum, & illud vitare non valuerunt, miserrimi erant: si valuerunt, & noluerunt, erant stultissimi. Ergo nulla ratione beati.

3 Obiicit Augustinum dicentem, reuelatum fuisse Angelis bonis statum futurum, qui malis occultus fuit. Respondet: Augustinus id non asserendo, sed opinando proposuit. Nam continuò subdit, ante peccatum non fuisse bonos à malis discretos: quia non fuit Deus priùs vltor, quâm Angelus peccator.

4 Tertia conclusio: Angeli creati sunt perfecti quoad naturalia; secùs verò quoad supernaturalia Nam eis contulit Deus omnia bona naturalia, quæ primæ creationi debebantur, secùs verò supernaturalia, quæ ad eorum beatitudinem, & gloriam attinebant. Vbi distinguit trifariam perfectum. Primò enim Angelus dicitur perfectus, quia non deficit ei, quod secundùm circunstantiam temporis debitum est: qua ratione in primo instanti fuit perfectus. Secundò, quia non deficit omne illud, quod ad eius beatitudinem exigitur? & hac ratione fuit Angelus perfectus post opera viæ. Tertiò, quia non deficit omnis perfectio, quæ intra vniuersam latitudinem entis continetur: quo pacto solus Deus perfectus est.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Angelus sit creatus in gratia; Hîc S. Th. *art.* 3. Dur. *quæst.* 2. Aureolus *ar.* 1. Gabr. *quæst.* 1. Bonau. *ar.* 1. *q.* 2. Alij relati *distinct.* 2. *quæst.* 14.

Quæst.

Quæst. II. An in gloria? Hîc S. Thomas *art.* 1. Durand. *quæst.* 1. Gabriel *quæst.* 1. Scot. *quæst.* 1. Bonauent. *art.* 1. *quæst.* 1. Caietan. Bañez, Zumel, Nazar. Nauarrete, Pesant. Molina, & Vazquez 1. *p. quæst.* 62. *art.* 1. Suar. *lib.* 5. *de Angelis, cap.* 2. Valentia 1. *p. disp.* 4. *q.* 13. *p.* 2. Granad. *de Angelis, tr.* 11. *disp.* 2. Tannerus 1. *p. disp.* 5. *q.* 6. *dub.* 1. Arrubal 1. *p. disp.* 162. Montepil. *tomo* 4. *disp.* 20. *art.* 2. Alarcon 1. *p. tr.* 6. *disp.* 8. *c.* 2.

Quæst. III. An damnationem, aut beatitudinem futuram prænouerit? Hîc S. Thomas *art.* 2. Dur. *q.* 3. Gab. *q.* 5. Bonau. *art.* 2. *q.* 1. *&* 2.

Quæst. IV. An potuerit in primo instanti peccare? Hic Aureol. *art.* 2. *&* 3. Greg. *q. vnica,* Gab. *q.* 1. Fab. 28. Alij relati *dist.* 2. *q.* 4.

DISTINCTIO V.

De conuersione, & confirmatione stantium, & auersione, & lapsu cadentium.

PRima propositio: Aliqui Angelorum continuò post creationem à Deo auersi sunt; quia Deum odio habuerunt, aut inuiderunt per superbiam: alij verò in Deum sunt conuersi, quia charitate Deo adhæserunt. Porrò liberum illis erat arbitrium, quo poterant eligere, & deserere bonum, quod vellent. Ideò, iuxta sacrum Textum, *Diuisit Deus lucem à tenebris* id est, bonos Angelos à malis. *Et lucem appellauit diem, & tenebras noctem,* quia bonos Angelos gratiâ sua

suâ illuminauit: malos verò subſtractione gratiæ illuminantis excæcauit.

2 Vnde primò per conuerſionem alij facti ſunt iuſti, alij per auerſionem iniuſti. Conuerſio enim non fuit à malo in bonum; ſed à bono naturæ in bonum gratiæ, ſiue à dilectione naturali in dilectionem ſupernaturalem, qua poterant eſſe iuſti. Secundò, ante iſtam dilectionem, ſeu conuerſionem, conceſſit Deus bonis Angelis gratiam cooperantem, non verò gratiam operantem. Nam gratia cooperans eſt, qua voluntatem adiuuat ad agendum opus ſupernaturale promouens in ſalutem: operans verò eſt gratia, qua homo, vel Angelus de impio fit pius, & de malo bonus. At Angeli ante conuerſionem in Deum non erant impij, & mali; erant verò ſuis viribus inſufficientes ad conuerſionem ſupernaturalem. Ergo non indigebant gratia operante, ſed cooperante. Tertiò, hæc gratia cooperans non eſt conceſſa malis Angelis: quia illis non operantibus conuerſionem, non eſt Deus cooperatus per gratiam.

3 Sed obiicitur: Ergo non fuit illis culpabilis auerſio à Deo, cùm non poſſent ſine gratia conuerti. Negatur conſequentia: quia poterant ſine gratia non auerti à Deo per dilectionem naturalem, quæ erat in ipſorum poteſtate, quam deſerentes amiſerunt gratiam paratam à Deo ad dilectionem, & conuerſionem ſupernaturalem; & ideò ſua culpa deſtituti ſunt gratia. Neque propterea alij ſuo merito illam habuerunt: quia dilectio naturalis, quæ præceſſit, non erat meritoria gratiæ, quamuis auerſio naturalis ſit demeritoria.

4 Secunda concluſio: Probabilius eſt, per hanc conuer

conuersionem non meruisse Angelos bonos beatitudinem supernaturalem; sed per obsequia nobis exhibita in obedientiam Dei subsequentia beatitudinem. Supponit enim cum aliis, in eo instanti, in quo in Deum supernaturali dilectione conuersi sunt, accepisse pro posteriori naturæ beatitudinem, & gratiam habitualem. At in eo instanti non poterant mereri beatitudinem: tum, quia in eodem instanti non potest esse meritum beatitudinis,& præmium; via enim, & terminus, iuxta prouidentiam ordinariam, simul esse non possunt: tum, quia ante gratiam habitualem meritum condignum non est. Meruerunt igitur illam per opera subsequentia. Quia non restant alia opera, quibus beatitudinem mererentur. Ideò deserit eorum sententiam, qui volunt, in eo instanti,in quo conuersi sunt, per ipsam conuersionem meruisse beatitudinem.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Angelus post creationem possit peccare contra præcepta supernaturalia,& naturalia? Hîc S.Th. *q.*1.*art.*1. Dur. *q.*1. Caiet. Bañez, Zum. Nazar. Nauarrete, Pesantius, Molina, & Vazquez 1.*p.q.*63. *art.*1.*&* 2. Suarez *de Angelis, lib.*3.*cap.*7. *& lib.*7. *cap.*3. Valentia 1.*p.d.*4.*q.*14.*p.*1. Granad. *de Angelis,tr.*13.*disp.*1. Tannerus 1.*p.disp.*5.*q.*6.*dub.*2.*&* 3. Arrubal. 1.*p. disp.*177. *à num.*11. Montepilos. *tomo* 4. *disp.*15.*art.*7.*& disp.*21.*art.*2. Alarcon 1.*p.tr.*6.*d.*5. *cap.*3.

Quæst. II. An potuerit diuinitatem ambire? Hîc S.Thom. *q.*1.*art.*2. Dur. *q.*1. Bonauent. *art.*1.*q.*1. *&* 2.

& 2. Caietan. Bañez, Zumel. Nazar. Nauarrete, Pesantius, Molina, & Vazquez 1.*p.q.*63.*art.*3. Suarez *de Angelis, lib.*7.*cap.*12. Val. 1.*p.disp.*4.*q* 14.*p.* 2. Granad. *de Angelis, tr.* 13.*disp.*2.*sect.* 5. Tann. 1.*p.disp.* 5. *q.*6.*tr.*6.*dub.*4. Arrub. 1.*p.d.* 178. Montepilos. *tomo* 4. *d.* 21.*art.* 8. *&* 9. Alarcon 1.*p.tractat.*6.*d.*9.*capit.* 1. *&* 2.

Quæst. III. Quodnam fuerit re ipsa primum Dæmonis peccatum? Hîc S. Thom. *q.* 1.*art.* 3. Durand. *quæst.* 1. Bonauent. *art.* 1.*q.* 1. *&* 2. Interpretes S. Th. Caiet Bañez, Zum. Nazarius, Nauarrete, Pesant. Mol. & Vazq. 1.*p.q.*63. *art.* 3. Suarez *de Angelis, lib.* 7. *cap.* 9. *& seqq.* Val. 3.*p.d.*4.*q.*14.*p.*3. Gran. *de Angelis tr.* 13. *disp.* 2. Tann. 1. *p.d.*5.*q.*6. *dub.*4. Arrub. 1.*p. disput.* 178. Montep. *tomo* 4.*disput.* 21. *art.*7. *& seq.* Alarcon 1.*p.tr.*6.*disp.*9.*cap.* 1. *&* 2.

Quæst. IV. An eguerit auxilio gratiæ ad conuersionem in Deum disponentem ad iustificationem? Hîc S. Th. *q.* 2.*art.* 1. Bonau. *art.*3. *q.*1. Interpretes S. Th. Caiet. Bañez, Zumel, Nazarius, Nauarrete, Pesantius Molina, & Vazq. 1.*p.q.*62.*art.*2. Suar. *de Angelis, lib.* 5.*cap.* 8. *& seq.* Val. 1.*p.d.*4.*q.*13.*p.*1. *&* 12.*d.*8.*q.* 3. *p.*3.*prop.* 8. Granad. *de Angelis, tr.* 11.*d.*5. Tann. 1.*p.d.* 5.*q.*6.*dub.*1. Arrub. 1.*p.disp.* 175. Montep. *tom.*4.*disp.* 20.*art.*1. *&* 5. Alarc. 1.*p.tr.*6.*disp.*8.*cap.*4.

Quæst. V. An malis Angelis data sint auxilia gratiæ præuia ad conuersionem in Deum? Interpretes relati S. Th. 1.*p.q.*62.*art.*2. *&* 3. Suarez *lib.* 5.*cap.* 8. Val. 1.*p.disp.*4.*q.*13.*p.*1. Granad. *de Angelis, tr.* 11. *disp.*5. Tann. 1.*p.disp.*5.*q.*6.*dub.*1. Arrub. 1.*p.d.*175. *&* 176.*c.*3. Montepilos. *tom.* 4.*d.*20.*art.*5. Alarc. 1.*p. tr.*6.*disp.*8.*cap.*1. *&* 4.

Quæst.

Quæst. V I. An boni suam beatitudinem meruerint? Hîc S.Th.*q.2.art.2.*Gabr.*q.vnic.*Aureol.*art.1.* Dur.*q.3.*Scot.*quæst.1.*Fab.*d.29.*Bonau.*art.3.q.2.*Interp. S.Th.Caiet.Bañez,Zum.Naz.Nauarret.Pesant. Molina, Vazquez, & alij 1.*p. quæst.62. art.4.* Suar. *de Angelis,lib.5.de Ang. cap.9.& lib.6.cap.4.* Val. 1. *p.d.4. q.13. p.2.* Gran. *de Ang. tract.12. diss.1. & 2.* Tann. 1.*p. disp.5.q.6. dub.2.* Arrub.1.*p. disput.176.* Montepil. *tomo* 4.*disp.20.art.6.* Alarcon 1.*p.tract.6. d.8.c.6.& 7.*

Quæst. V I I. An potuerint eam mereri per actus solùm naturâ, & non tempore antecedentes beatitudinem? Hîc S.Thom.*q.2.art.2.*Gabr. *quæst.vnic.*Aureol.*art.2.*Durand.*quæst.3.*Sot.*quæst.1.*Fab. *disp.29.* Bonau.*art.3.q.2.* Interpretes S.Thom.Caiet.Bañez, Zumel,Nazar. Nauarrete,Pesantius,Molina,& Vazquez 1.*p.quæst.62. art.4.& 5.* Suarez *de Ang. lib.6. c.4.*Valentia 1.*p.disp.4.q.13.p.2.* Granad. *de Ang.tr. 12.disp.3.*Tann.1. *p.disp.5.q.6.dub.2.*Arrubal.1.*p.d. 176.*Montepil. *tomo 4.d.20. art.6.& 7.* Alarcon 1.*p. tr.6.d.8.c.6.*

Quæst. VIII.An per actus consequentes beatitudinem? Hîc S.Th *q.2.art.2.*Gab.*q.vnica.*Aureol.*art.2.* Durand.*q.3.*Scot.*q.1.*Fab *disp.29.*Bonau.*art.3.q.2.* Interpretes S.Th.*vbi q.præced.*Suar. *lib.6.cap.4.*Val. 1.*p.d.4.q.13.p.2* Gran.*de Ang.tr.12.disp 3.*Tann.1. *p.d 5.q.6. dub.2.* Arrub.1.*p. disp.176.* Montepilos. *tomo.4. disp.20. artic.6.* Alarc. 1.*p. tract.6. disp.8. cap.6.& 7.*

Quæst. I X. Quotnam fuerint instantia viæ Angelorum? Hîc Gabr. *q.vnica.* Aureol. *art.2.*Durand. *q.2.*Scot.*q.1.& 2.*Fab.*disp.30.c.3.*Interpretes sæpius

relati S.Thom.1.*p.q.*62.*art.*5.*&* q.63.*art.*5.Suar. *de Angelis, lib.*6.*c.*1.*&* 2. *& lib.*7.*c.*21.*& lib.*8.*cap.*3. Valent.1.*p.d.*4.*q.*13.*p.*2.Gran.*de Angelis,tr.*12.*d.*4. Tanner.1.*p.d.*5.*q.*6.*dub.*2.*&* 3. Arrub.1.*p.disp.*176. *c.*2.Montepilos.*tomo* 4.*disp.*20.*art.*7.*&* 8.Alarcon 1. *p.tr.*6.*disp.*8.*c.*7.*&* 8.

Quæst. X. An Angelus potuerit in primo instanti per actum bonum mereri, aut per peccatum demereri beatitudinem? Hîc Greg.*q.vnic.* Durand. *q.*2. Scot. *q.*2.Fab.*disp.*28.Alij relati *dist.*3.*q.*4.

Quæst. XI. An in primo instanti re ipsa fuerint boni beati, & mali miseri? Hîc Scot. *q.*2. Alij relati *dist.*2.*q.*14.

Quæst. XII. An possit esse Angelus naturâ impeccabilis? Hîc S.Th.*q.*1.*art.*1.Dur.*q.*1. Interpret.S. Thom.Bañez, Zumel.Nazar.Nauar. Pesant. Molina & Vazq.1.*p.q.*63.*art.*1.Suar.*de Angelis,lib.*3. *cap.*7. *& lib.*7.*c.*3.Valent.1.*p.disp.*4.*quæst.*14.*p.*1.Gran.1.2. *contr.*2.*tr.*1.*disp.*2.Tann.1.*p.disput.*5.*quæst.*6.*dub.*3. Arrubal.1.*p.d.*177.Montepilos.*tom.*4.*disp.*21.*artic.*3. Alarc.1.*p. tr.*1.*d.*2.*c.*9. *& sequentib.* Salas 1.2. *q.*3. *tract.*2.*d.*3. Herice 1.*p. d.*48. Albert. 1.*princip. q.*3.

DISTINCTIO VI.

Quòd de maioribus, & minoribus quidam ceciderunt, inter quos vnus fuit celsior, scilicet, Lucifer.

PRima propositio: Ex Angelis cadentibus alij aliis excellentiores fuerunt. Primò, quia inter eos refertur

refertur Lucifer, tanquam omnium supremus, qui Iobi 40. dicitur *principium viarum Dei*. Ezech. 28. *signaculum similitudinis, plenus scientia, & perfectione, decorus in deliciis Paradisi*. Quia, Gregorio interprete 32. Moral. & homilia de centum ouibus: *Quò in eo subtilior fuit natura, eò magis in illo imago Dei insinuatur impressa.* Item, *in eodem capite* Ezechielis dicitur: *Omnis lapis pretiosus operimentum eius.* Quia eodem Gregorio interprete, cæteris omnibus clarior fuit. Quare dixit Isidorus *lib. 1. de summo bono, c.* 12. consideratione suæ excellentiæ superbiisse, & ambiuisse æqualitatem cum Deo, iuxta illud Esaïæ 14. *In cælum ascendam super astra cæli, & similis ero Altissimo.* Secundò, quia *Apocalyp.* 12. dicitur, Draconem, hoc est, Luciferum, cadentem de cœlo secum traxisse tertiam partem stellarum, hoc est, aliorum Angelorum; qui, sicut stellæ claritate differunt, nobilitate inæquales sunt.

2 Secunda propositio: Angeli cadentes, sicut naturâ; ita officio, & munere inæquales sunt. Primò, quia inter eos, sicut inter homines seruatur ordo vnius reipublicæ ad perniciem hominum, quam intendunt. Hic autem ordo exigit, vt alij aliis prælati sint, & in varia munera distribuantur. Secundò, quia eorum alij dicuntur præesse vni prouinciæ, alij his hominibus, alij illis, alij vitio superbiæ, alij luxuriæ: vnde dictus est spiritus superbiæ, spiritus auaritiæ; imò & Dœmonis nomine vocantur diuitiæ, hoc est, *Mammona*, quia eis vtitur Dæmon ad perdendos homines. Vbi id ex Origene *homil.* 15. *super Iosuë*, notare est, eos, qui à iustis in aliqua materia superantur, priuati potestate tentandi in eadem materia,

vt eis exprobretur ineptitudo tentandi in illa.

3 Tertia propositio: Locus, à quo Lucifer cum suis consortibus cecidit, est cœlum Empyreum; in quem verò fuit deiectus, est aer, Locus *à quo* habetur Apocalyp. 12. *Draco de cœlo cadens*. Item, quia in cœlo fuerunt creati, & commorabantur ante peccatum. Locus *in quem* exprimitur Ephes. 6. *Colluctatio est nobis contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus*, quia luctamur cum Dæmonibus, qui spiritus sunt, & incolunt aërem, qui cœlum in sacro Textu appellatur. Item, quia Diabolus *Ephes.* 2. Princeps aëris dicitur: quia suum domicilium, & regnum habet in aëre. Prætereà quia in cœlo esse non debet, cùm cœlum non sit locus doloris, & pœnæ; sed delectationis, & gaudij: nec in terra esse expedit, cùm nimis in homines sæuirent. Ergo in aëre collocati sunt hominibus vicini, vt, cùm Deus permiserit, carcere fracto, præstò, cum hominibus certamen, & tentationem inire queant.

4 At obseruandum est primò, hunc carcerem eis deputatum fuisse solùm vsque ad postremum iudicij diem. Tunc enim omnes in Inferos detrudentur iuxta illud Matthæi 25. *Ite, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius.* Secundò, plures eorum etiam modò occupare Infernum: quia animæ damnatorum illuc descendunt torquendæ: tortores autem sunt Dæmones. Tertiò, varia esse iudicia circa locum, quem incolit Lucifer. Alij enim arbitrantur, Luciferum, ex quo de cœlo eiectus est, religatum semper fuisse, & nunc esse in Inferno, quin inde exire aliquando permissus sit. Alij verò volunt, permissum fuisse egressum, primò, vt tentaret Adamum; secundò, vt tentaret

tentaret Christum, à quo victus iterum in vincula coniectus est. De quo tamen nihil certò potest decerni. Illud certius est, tempore Antichristi liberiorem illi futurum accessum ad homines, & magis solutam ad tentandum potestatem. Quia *Apocalyp.* 20. dicitur: *Cùm consummati fuerint anni, soluetur Satanas de carcere suo, & exiet, & seducet gentes.* Quod prædicitur de tempore Antichristi, in quo Matth. 24. *Tanta erit tribulatio, vt etiam, si fieri potest, moueantur electi.*

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An inter Angelos sit necessaria inæqualitas specifica, quin sit possibilis sola numerica? De quo *dist.* 3. *q.* 2.

Quæst. II. An Lucifer fuerit nobilitate supremus Angelorum? Hîc S.Thom. *art.* 1. Bonau. *art.* 1. *q.* 1. Durand. *quæst.* 1. Caiet. Bañez, Zum. Nazar. Rauarrete, Pesant. Mol. & Vazq. 1. *p.* *q.* 63. *art.* 7. Suar. *de Angel. lib.* 7. *c.* 16. Val. 1. *p.* *d.* 4. *quæst.* 14. *p.* 5. Gran. *de Angel. tract.* 13. *d.* 2. *sect.* 6. & *tract.* 16. *d.* 6. Tann. 1. *p.* *d.* 5. *q.* 6. *dub.* 3. Arrub. 1. *p.* *q.* 63. *art.* 7. *n.* 1. Montepil. *tomo* 4. *disp.* 21. *art.* 10.

Quæst. III. An potuerit appetere Diuinitatem? Hîc Gabr. *q. vnica.* Aureol. *art.* 2. Scot. *q.* 1. Fab. *disp.* 31. Alij relati *dist.* 5. *q.* 2.

Quæst. IV. Quodnam fuerit primum eius, & aliorum peccatum? Hîc Gabr. *q. vnica.* Aur. *art.* 1. Scot. *q.* 2. Fab. *disp.* 32. & 33. Alij relati *dist.* 5. *q.* 3.

Quæst. V. An potuerit pœnitere peccati ex natura rei? Hîc Gabr. *quæst. vnica.* Caiet. Bañez, Zumel.

Nazarius, Nauarrete, Pesantius, Molina, & Vazquez 1.*p*,*q*,64.*art*,1. Suar.*de Angelis*,*lib*.3.*cap*.10. Valent. 1.*p*.*disp*.4.*q*.15.*p*,2. Granad.*de Angelis*,*tr*,14.*disp*.1. Tann. 1.*p*,*disp*,5.*q*.4.*dub*,2. Arrub. 1.*p*.*disp*.18. Montepil.*tom*.4.*disp*.15.*art*,10, Alarcon 1,*p*,*tr*.6,*disp*.5.*c*.4, & *disp*.9.*c*.5.

Quæst. VI. An, & quomodo extra Infernum crucientur Dæmones ab igne? Hîc Bonau, *art*,2.*q*.1, Caiet, Bañez, Zumel, Nazarius, Nauarrete, Pesantius, Molina, & Vazquez 1.*p*.*q*.64, *art*.3, & 4. Suarez *de Angelis*, *lib*,8,*c*,12,13,14. & 16. Valentia 1.*p*,*disp*.4, *q*,15,*p*,3, Gran.*de Angelis*.*tr*,14.*disp*.4. Tanner. 1.*p*. *disp*,5,*q*.6.*dub*,6, Arrubal. 1,*p*.*disp*,181, Montepilos, *tom*,4.*disp*.22.*art*,3. Alarcon 1.*p*.*tr*.6. *disp*.9.*c*.9, & *sequentib*. Albert, *tom*. 1.*princ*.2,*corol*,4.

Quæst. VII. An Angelus possit moueri secundùm locum? Hîc Gregor, *q*.1. Alij relati *lib*. 1. *distinct*. 37, *quæst*. 11.

Quæst. VIII. An possit moueri successiuè? An etiã instantaneè Hîc Greg. *q*.2. & 3. Alij relati *dist*. 37, *quæst*. 13.

DISTINCTIO VII.

Quòd boni Angeli adeò sunt confirmati per gratiam, vt peccare non possint; & mali ita obdurati in malo, vt benè viuere nequeant.

PRima conclusio: Angeli beati peccare non possunt, Primò, quia ita sunt confirmati in gratia, vt Deus

Deus non reliquerit in potestate ipsorum amissionem gratiæ, volens, vt ea perpetuò duret independenter ab ipsorum arbitrio. Secundò, quia Deus potest per gratiam reddere impeccabilem voluntatem. Ea autem gratia est concessa, & debita statui beatitudinis Angelorum. Tertiò, quia, teste Augustino *in Enchirid. c.* 105. Angeli beati volunt necessariò esse beati, quin velle possint esse miseri. Si autem peccare possent, etiam possent velle miseri esse, cùm peccatum maxima miseria sit.

2 Obiicit: Angeli beati sunt liberi. Ergo possunt peccare. Nam secundùm Hieronymum *tract. de filio prodigo*, liberũ arbitrium creatum vertibile est in malũ: quia solus Deus est, in quem peccatum non cadit. Respõdet: Angeli beati naturâ vertibiles sunt in malũ, quia in primordio creationis, & posteà, ante beatitudinẽ, peccare poterant, sicut mali. At per gratiam inuertibiles facti sunt. Vnde Hieronymus intelligendus est, solum Deum esse naturâ impeccabilem; creaturam verò, quæ liberi arbitrij est, flecti posse naturâ in malum. Quod confirmat illud Isidori lib. 1. de summo bono, c. 12. *Angeli mutabiles sunt naturâ: immutabiles per gratiam.* Itẽ illud Augustini lib. 3. cõtra Maximinum, c. 13. *Cuicunque creaturæ rationali præstatur, vt peccare non possit; non est hoc naturæ propriæ, sed gratiæ.* Nihilominùs Angeli beati liberi sunt: quia nulla cogente necessitate possunt velle, & non velle plura bona; quãuis nulla possint velle mala. Nam hæc differentia ad bonũ sufficit ad libertatem, vt constat in Deo, qui liber est absque indifferentia volendi malum. Quare rectè ait Augustinus *in Enchir. c.* 105. libertatem ad peccandum potiùs esse ad seruitutem: *Quippe liberius est*

arbitrium, quod non potest seruire peccato.

3 Secunda conclusio: Angeli damnati non possunt bene moraliter operari. Nam sunt obstinati in malo. Obstinatione autem non possunt bonum amare. Item, ratione damnationis sunt destituti omni auxilio gratiæ efficacis, tam naturalis, quàm supernaturalis. At in statu damnationis non possunt velle bonũ morale, absque auxilio gratiæ. Nam in eo statu habent liberũ arbitrium omninò corruptum, atque depressum magis, quàm homines viatores in statu naturæ lapsæ; atque adeò eis saltem difficile, & moraliter impossibile est sine gratia, opus bonum Deo gratum elicere; sicut hominibus grauem tentationem superare.

4 Obiicit: Dæmones volunt plura conformia voluntati Dei, vt torquere animas damnatorum. Ergo volunt plura moraliter bona. Respondet: Volunt bona, sed non voluntate bona: nam, vt voluntas moraliter bona sit, non sufficit velle bonum; sed etiam velle illud propter se, & non propter malum finem, in quem semper Dæmones intendunt.

5 Tertia conclusio: Quamuis Dæmones priuentur potestate, siue physica, siue morali agendi bonum morale, priuati non sunt potestate assequendi plura per cognitionem naturalem. Nam Dæmones assequuntur plura; tum perspicacitate naturali sui intellectus; tum experimento temporum; tum illuminatione, & reuelatione aliorum Angelorum. Sic testatur Isidorus *suprà*. Quare plura futura naturalia certò, plura libera diuinando prædicunt.

6 Quarta conclusio: Interdum sinitur Dæmonibus potestas agendi ad extra plura opera mira, vel in admonitionem, vel in tentationẽ fidelium. Sic habet Augustinus

Augustinus *lib. 3. de Trinitate, cap.* 7. Et probatur: quia ministerio Dæmonum Magi Pharaonis fecerunt serpentes, & alia mirabilia, vt habetur *Exodi* 7. *&* 8. etenim magicarum artium peritissimi sunt. Ergo, vbi eis non prohibetur vsus earum, poterūt mira operari.

7 Vbi obseruandum primò, hanc potestatem non esse illis omninò expeditam, & liberam; sed impeditam à Deo. Tum, quia Magi Pharaonis, qui fecerunt serpentes, non valuerūt efficere cyniphes: tamen possent, si non arcerentur à Deo. Tum, quia aliàs inuerterent plura, quæ ad rectam moderationem vniuersi necessaria sunt. Secundò, nō creari à Dæmonibus animalia, quæ ipsorum artibus fiunt. Nam ea nō efficiunt ex nihilo, sed educunt ex virtute causarum naturalium, in quibus continebantur, applicando actiua passiuis. Sicut nec parentes creant prolem, nec agricolæ fruges, nec Prædicatores gratiam iustificantem, quamuis eorum ministerio fiant effectus.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Angeli beati possint peccare? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 1. Bonau. *p.* 1. *art.* 2. *q.* 1. Gabr. *q.* 1. Dur. *q.* 1. Greg. *q.* 2. Caiet. Bañez, Zum. Nazar. Nauarret. Pesant. Molin. & Vazquez 1. *p. q.* 82. *art.* 8. Suar. *de Ang. lib.* 6. *c.* 7. *&* 1. 2. *tr. de beat. d.* 10. *sect.* 1. Val. 1. 2. *d.* 1. *q.* 4. *p.* 1. Gran. 1. 2. *controu.* 1. *tr.* 3. *d.* 1. Tanner. 1. 2. *d.* 1. *q.* 3. *dub.* 3.

Quæst. II. An impotentia peccandi possit conuenire creaturæ rationali ex natura, quin ex gratia? Hîc Gabr. *q.* 1. Alij relati *dist.* 5. *q.* 12.

Quæst. III. An Angeli damnati possint benè mo-

raliter operari? Hîc S.Thom.*quæst*.1.*art*.2. Bonauent, *p*.1.*art*.1. *q*.11. Greg.*q*.1. Gabr.*q*.1. Scot.*q*.1. Durand.*q*.2. Caietan. Bañez, Zumel, Nazar. Nauarret. Pesant. Molina & Vazq.1.*p*.*q*.64.*art*.2.Suar.*de Ang*. *lib*.8.*c*.8.Valent.1.*p*.*d*.4.*q*.15.*p*.2.Granad.*de Ang*. *tr*. 14.*d*.3.Tannerus 1.*p*.*d*.5.*q*.6.*dub*.5.Arrub.1.*p*.*d*.180. Montepil.*tom*.3.*disp*.22.*art*.8.Alarcon 1.*p*.*tr*.6.*d*.9. *cap*.6.

Quæst.IV.An impotentia benè moraliter operandi possit conuenire creaturæ rationali ex sua natura, quin ex statu damnationis? Interpretes relati S. Th.1. *p*.*q*.63.*art*.4.Suar. *de Ang*.*lib*.7.*c*.2.Gran.1.2.*contr*. 2.*tr*.1.*d*.2.*sect*.3.Tann, 1.*p*.*d*.5.*q*.6.*dub*.3.Montepil. *tom*.4.*disp*.21.*art*.4.

Quæst.V, An ex natura rei, secluso statu damnationis, possit Angelus retractare sua decreta libera? Hîc Bonau.*p*.1.*art*.1.*q*.1.Aureol.*art*.2.S. Th.*q*.1.*art*.2. Alij relati *d*.6.*q*.5.

Quæst, VI.An.Angelus possit cognoscere futura? Hîc Bonau.*p*,2.*art*.1.*q*.3.Durand.*q*.3. Caiet.Bañez, Zum.Nazar.Nauar-Pesant.Molin.& Vazq.1.*p*.*q*.57. *art*.3.Suar.*de Ang*.*lib*.2.*c*.9.& 10.Valent.1.*p*.*d*.4.*q*.8. *p*.3.Granad.*de Ang*.*tr*.5.*d*.1. Tann.1.*p*.*d*.5.*q*.3.*dub*. 5.Arrub.1.*p*.*d*.167.& 168.Montepil.*tom*.4.*d*.12.*ar*. 11.Alarcon 1.*p*.*tr*.6.*d*.3.*c*.7.Albertinus *tom*.1.*princ*. 1.*corol*.12.

Quæst. VII. An possit cognoscere præsentia secreta cordis alterius? Caiet.Bañez, Zumel, Nazar.Nauarret. Pesant. Molina,& Vazquez 1.*p*.*q*.57.*art*.4. Suar.*de Angel*.*lib*.2.*c*.31.& *sequent*. Valent.1.*p*.*d*.4. *q*.8.*p*.4. Granad. *de Angelis*, *tract*.5.*disp*.2. Tanner. 1.*p*.*d*.5.*quæst*.3.*dub*.6.Arrubal. 1.*p*.*disp*.169.& 170.

Montepilos.

Montepilos, *tom.* 4. *d.* 11. *art.* 3. *& sequent.* Alarcon 1. *p. tract.* 6. *disp.* 3, *cap.* 10. *& sequent.* Albertin. *tom.* 1. *pr.* 1, *corol.* 10.

Quæst. VIII. An possit esse in Angelo circa præsentia error, aut circa præterita obliuio? Hîc Bonau. *p.* 2. *art.* 1. *q.* 1. *&* 2. Caiet. Bañez, Zumel. Nazar. Nauar. Pesant. Molina, & Vazquez 1. *p. q.* 58. *art.* 5. Suar. *lib.* 2. *de Angel. cap.* 39. Valentia 1. *p. d.* 4. *q.* 9. *p.* 4. Granad. *de Ang. tract.* 7. *d.* 5. Tanner. 1. *p. d.* 5. *q.* 3. *dub.* 8. Montep. *tom.* 4. *d.* 12. *art.* 10. *& d.* 13. *art.* 9.

Quæst. IX. An res per species cognoscat, & eas à rebus ipsis accipiat? Hîc Greg. *q.* 3. *&* 4. Alij relati *dist.* 3. *q.* 6.

Quæst. X. An possit quidquam agere circa alias creaturas? Hîc S. Th. *quæst.* 3. *art.* 1. Bonauent. *p.* 2. *art.* 2. *q.* 2. Interpretes S. Th. sæpiùs relati *q.* 110. *ab art.* 1. *ad* 4. Suar. *lib.* 4. *d. Angel. c.* 25. *& seq.* Valent. 1. *p. d.* 4. *q.* 2. *p.* 3. *& d.* 5. *q.* 1. *p.* 3. *&* 4. *& d.* 8. *q.* 5. *p.* 1. *&* 2. Gran. *de Ang. tr.* 9. *d.* 5. *&* 6. Tann. 1. *p. d.* 5. *q.* 5. *dub.* 2. *& seq.* Montepil. *tom.* 4. *d.* 26. Alarcon 1. *p. tr.* 6. *d.* 7. *cap.* 4.

Quæst. XI. An aliqua creatura possit creare? De quo relati *distinct.* 1. *q.* 3.

DISTINCTIO VIII.

Vtrùm Angeli omnes corporei sint?

PRima cõcl. Probabilius est, Angelos esse incorporeos. Primò, quia maior pars Catholicorũ Scriptorũ Angelos tuetur incorporeos. Secũdò, quia Angeli assumunt

aſſumunt corpora in miniſterium Dei, vt hominibus loquantur nomine Dei, vel alicuius perſonæ Trinitatis, ſicut tradunt ſacræ Litteræ. At, ſi corporei eſſent, non poſſent corpora aſſumere in hoc miniſterium, cùm ſubſtantia corporea penetrabilis non ſit cum alia corpulenta ſubſtantia, ſicut penetrantur Angeli aſſumentes corpora in miniſterium Dei.

2 Hanc ſententiam, tanquàm omninò exploratam, non tradit. Quia plerique viri docti oppoſitum docent, tanquam Auguſtino conformius. Primò, quia Auguſtinus *ſuper Geneſim* habet, Dæmones dici aërea animalia, & ex corpore aëreo conſtantia, vt poſſint ab igne torqueri. Secundò, quia *lib. 3. de Trinitate, c. 1.* quærens, an Deus in forma corporea hominibus apparens, nouam aliquam ſubſtantiam corpoream, in qua appareret, creauerit, an huic miniſterio ſeruierint ſubtilia corpora Angelorum, craſſiores, & viſibiles qualitates induentia; quæſtionem ancipitem reliquit, verúmque ſuppoſuit, Angelos corporibus conſtare. Nihilominus reſpondet cum aliis, hæc Auguſtinum non ſuppoſuiſſe ex ſuo. Sed ex aliorum iudicio, vt coniicere eſt ex loco *ſuper Geneſim.* vbi non habet; *Dæmones ſunt,* ſed, *dicuntur aërea animalia,* quia ab aliis corporei dicebantur.

3 Vnde colligitur, Deum nunquam immediatè, & per ſpeciem propriam mortalibus oculis viſibilem apparuiſſe. Quia ſemper apparuit viſibilis in corporea ſubſtantia creaturæ ab Angelis formata, & aſſumpta. Inſuper, quia *Exodi 33.* dixit Deus Moyſi: *Non videbit me homo, & viuet*, & Ioannis 1. *Deum nemo vidit vnquam,* ſcilicet, viſione corporea per ſpeciem propriam elicita. Propterea, quia quidquid viſione corporea

porea visibile est, mutabile est per accidentia corporea, quæ sunt eius visionis obiecta. At Deus immutabilis est.

4 Secunda conclusio: Dæmones ingredientes hominum corpora non intrant substantialiter in illa, nec essentialiter illabuntur mentibus eorum. Supponimus, Dæmones ingredi corpora hominum, quia Euangelistæ testantur, homines fuisse à Dæmonibus obsessos, & virtute Christi Dæmones eiectos. Conclusio probatur: quia, vt testantur Gennadius, & Beda, Dæmones solas operationes accidentales possunt exercere in homines, quos obsident, illos vexando, & in malum commotione spirituum, & phantasiæ inducendo. Vt autem substantialiter ingrederentur, & illaberentur, opus erat, vt vel eis substantialiter vnirentur, vel actione substantiali eos conseruarent, & eo titulo dominarentur cordibus, mouendo illa, quò vellent. Quod solius Dei est, & Dæmonibus datum non est.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Angeli sint corporei? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 1. Bonauent. 1. *p. art.* 1. *quæst.* 1. Durand. *q.* 1. Aureol. *art.* 1. Gab. *q.* 1. Alij relati *dist.* 1. *q.* 13.

Quæst. II. An assumant corpora? & quid sit eorum assumptio? Hîc S. Thom. *quæst.* 1. *art.* 2. Bonau. *p.* 1. *art.* 1. *q.* 2. Durand. *q.* 2. Gabr. *q.* 1. Fab. *disp.* 42. Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Nauarr. Pesant. Mol. & Vazq. 1. *p. q.* 51. *art.* 2. Suar. *de Angel. lib.* 4. *cap.* 33. *& seq.* Valent. 1. *p. d.* 4. *q.* 2. *p.* 2. Granad. *de Ang. tr.* 9. *d.* 2. Tann. 1. *p. d.* 5. *q.* 5. *dub.* 5. Arrub. 1. *p. d.* 152. *c.* 2. *&* 3. Mon-
tepil

tepil.*tom.*4.*d.*17.*art.*1.*&* 2.Alarcon 1.*p.tract.*6.*d.*7. *cap.*3.

Quæst. III. Quos effectus, & an vitales possint agere in corporibus assumptis? Hîc S.Thom.*q.*1.*art.* 4.Bonau.*p.*1.*art.*3.Durand.*q.*2. Aureol. *art.*4. Scot. *q.*1.Gab.*q.*1.Fab.*d.*42.*c.*3. Caiet.Bañez,Zumel,Nazar.Nauarret. Pesant. Mol.& Vazq.1.*p.q.*51. *art.*3. Suar.*de Ang.lib.*4.*c.*38.*&* 39.Valentia 1.*p.d.*4.*q.*2. *p.*3.Granad.*de Ang.tr.*9.*d.*2. Tannerus 1.*p.d.*5. *q.*5. *dub.*5.Arrub. 1.*p.d.*152.*c.*4.Montepilos. *tom.*4.*d.*15. *art.*4.*&* 5.Alarc.1.*p.tr.*6.*d.*7.*c.*4.

Quæst. IV. An Deus ipse, an Angelus loco Dei in figuris corporeis apparuerit? Hîc S.Th.*quæst.*1.*art.* 6.Gabr.*q.*1.Ægid.*q.*2. Interpretes S.Thom.proximè relati *art.*2.Suar.*lib.*6.*de Ang.c.*20.*&* 21. Val.1.*p.* *d.*4.*q.*2.*p.*2.Gran. *de Ang.tr.*9. *d.*2.*sect.*1. Tann. 1. *p.d.*5.*q.*5.*dub.*5.*num.*1.12.*&* 13. Alarcon 1.*p. tr.*6. *d.*7.*cap.*3.

Quæst. V. An Deus immediatè visus sit ab aliquo viatore? Caiet.Bañez,Zum. Nazar. Nauarr. Pesant. Ripa, Gonçalez Arrub.Molina, Vazquez,& Fasol.1. *p.q.*12.*art.*11.Suar.*lib.*2.*de attribut.c.*30.Valent.1.*p.* *d.*1.*q.*12.*p.*7.Granad.*de visione,tr.*7.*d.*1.*&* 2. Tann. 1.*p.d.*2.*q.*6.*dub.*1.Alarcon 1.*p.tr.*1.*d.*1.*c.*4.

Quæst. VI. An Deus possit videri in se oculis corporeis? Hic S.Thom.*q.*1.*art.*6.Caiet.Bañez,Zum. Nazar. Nauarr.Pesant.Ripa,Gonçal.Arrub.& Fasol. 1.*p.q.*12.*art.*3.Suarez *lib.*2.*de attrib.c.*6.Val.1.*p.d.*1. *q.*12.*p.*8.Granad.*de visione,tr.*4.*d.*1.Tan.1.*p.d.*2.*q.*6. *dub.*1.Arrub.1.*p.d.*18.Alarcon 1.*p.tr.*1.*d.*1.*c.*5.

Quæst. VII. An Dæmones obsidentes hominem, valeant quidquam in hominis voluntatem? Hîc S. Thom.

S.Thom.*q*.1.*art*.5.Bonau.*p*.2.*quæst*.4.*&* 5. Durand. *q*.4.Gab.*q*.2.Fab.*d*.42.*c*.4. Interpretes S.Thom. sæpiùs relati 1.*p*.*q*.111.*art*.1.*&* 2.Suar.*de Angel*.*lib*.6. *c*.16.*lib*.8.*c*.18. Val.1.*p*.*d*.8.*q*.6.*p*.1. Gran. *de Ang*. *tom*.16.*d*.8. Tanner.1.*p*.*d*.5.*q*.6. *dub*.7. *&* 8. *&* 1.2. *d*.2.*q*.2.*dub*.5.Montepilos.*tom*.4.*d*.28.*art*.5.Alarc.1. *p*.*tr*.6.*d*.9.*c*.12.*&* *d*. 10.*c*.5.Azor.*lib*.1.*c*.20.*q*.9. Salas 1.2.*tr*.5.*d*.3.*sect*.1.

Quæst. VIII. An possit Dæmon naturali intelligentia assequi affectus, & cogitationes cordis humani. Hîc Bonau. *p*.2.*q*.6.Dur. *q*.5. Alij relati *d*.7.*q*.7.

Quæst. IX. An possint Angeli diuinitùs vniri intrinsecè cum corpore? Hîc Aureol.*art*.2. Interpretes S.Thomæ 1.*p*.*q*.51.*art*.1.*&* 2.Suar.*lib*.4.*de Angel*. *c*.36.*&* *tom*.1.*in* 3.*p*.*d*.13.*sect*.4.Tann.1.*p*.*disp*.5.*q*.1. *d*.2.Montep.*tom*.4.*d*.8.*art*.9.Alarcon.1.*p*.*tr*.6.*d*.1.*c*.5.

DISTINCTIO IX.

De ordinum distinctione?

PRima conclusio: Omnes Angeli in nouem ordines distributi sunt, scilicet, Angelos, Archangelos, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Thronos, Cherubim, & Seraphim. Qui omnes ad tres Hierarchias spectant, complectentes tria terna; primam & supremam, continentem Seraphim, Cherubim, & Thronos; secundam, & mediam, Dominationes, Virtutes, & Potestates; tertiam, & vltimam, Principatus, Archangelos, & Angelos. Id probatur; tum authoritate Patrum, præsertim Dionysij *lib*.1.*de Cœlesti Hier*.*c*.6.tum, quia in sacris Litteris eorum mentio fit.

Porrò

Porrò ordo eſt multitudo Angelorum inter ſe præcellenti aliquo dono gratiæ ſimilium ; vt Seraphim, ardore charitatis; Cherubim, plenitudine ſcientiæ; & ſic de aliis. Donum autem, quo vnus ordo diſtinguitur ab alio, commune etiam eſt aliis ; Seraphini enim præditi ſunt ſcientiâ, quæ Cherubinos diſtinguit. Diſtinguit tamen ordinem ab aliis; primò, quia inter dona illius ordinis cæteris donis præſtantius eſt. Secundò, quia in eo dono ſuperat inferiores ordines. Quare, licèt ſcientia Seraphinorum maior ſit, quàm Cherubinorum, non diſtinguit ſcientia Seraphinos à Cherubinis : quia Seraphini altiori alio dono gratiæ, ſcilicet, charitatis illuſtrati ſunt.

3 Secunda concluſio : Hæc ordinum diſtinctio à primordio creationis facta non eſt. Quia à primordio creationis non fuerunt illis infuſa dona gratiæ, per quæ hæc diſtinctio facta eſt.

Obiicitur, Luciferum fuiſſe ex ordine ſupremo, & eius conſortes ex aliis ordinibus, & Dæmones ab Apoſtolo *Eph.* 5. dici Principes, & Poteſtates. Reſpõdetur : Ideò Dæmones appellantur vocibus ordinum eiſque adſcribuntur : quia, ſi non obſtitiſſet peccatum, ad eos ordines pertinerent.

Tertia concluſio : Omnes Angeli eiuſdem ordinis æquales non ſunt. Nam Lucifer ſpectans ad primum ordinem cæteris præſtantior prædicatur, vt conſtat *ex diſtinctione 6*. Rectè enim in eodem ordine inæqualitas eſſe poteſt : nam, neque omnes Apoſtoli pertinentes ad vnum ordinem, neque omnes Martyres pertinentes ad alium inter ſe æqualis dignitatis habentur.

6 Quarta concluſio : Homines prædeſtinati non conſtituunt decimum ordinem. Nam homines prædeſtinati

destinati dicuntur reparare ruinas Angelorum, qui ceciderunt, iuxta Apostolum *Eph.* 1. Item, quia ait Gregorius *homilia* 34. *in c.*15. *Lucæ*, homines prædestinatos iuxta dona gratiæ, quibus eminent, in ordinibus Angelorum collocari. Nihilominus dicitur, ex illis compleri decimus ordo; solùm, quia tanta erit eorum multitudo, vt suppetat ad ordinem conficiendum. Quanta autem futura sit prædestinatorum multitudo, incertum est. Nam Gregorius *suprà* arbitratur, æqualem fore multitudini Angelorum permanentium in cœlo, propter illud Deuteronomij 32. *Statuit terminos populorum iuxta numerum Angelorum Dei.* Augustinus verò, æqualem fore multitudini Angelorum cadentium de cœlo, quia in perfectum eorum numerum reparandum succedunt.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An in primo instanti data sint Angelis dona gratiæ, per quæ facta est ordinum distinctio? Hìc S. Thom. *q.* 1. *art.* 7. Alij relati *dist.* 2. *q.* 14.

Quæst. II. An dona inæqualia gratiæ distinguentia ordines Angelorum, concessa sint iuxtà inæqualitatem naturæ? Hìc S. Thom. *q.* 1. *art.* 5. Bonau. *quæst.* 3. Caiet. Bañez, Zumel, Nazarius, Nauarrete, Pesant, Molina, & Vazq 1. *p. quæst.* 62. *art.* 6. Suar. *de Angel. lib.* 5. *c.* 10. *& lib.* 6. *c.* 4. Val. 1. *p. d.* 44. *q.* 13. *p.* 3. Gran. *de Ang. tr.* 11. *d.* 7. Tann. 1. *p. d.* 5. *q.* 6. *dub.* 1. Arrub. *p.* 1. *d.* 174. *à n.* 14. Montepil. *tom.* 4. *d.* 20. *art.* 5. Alarc. 1. *p. tr. ct.* 6. *d.* 8. *c.* 5.

Quæst. III. An cum æqualibus donis gratiæ præ inæqualitate, & differētiá naturæ, sint inæquales, & di-

de Ripalda in Mag. Sent. O tertiæ

rentes operationes supernaturales gratiæ? Hîc S.Th. *quæst*.1.*art*.7. Bonau. *quæst*.3. Durand. *q*.2. Caietan. Bañez, Zumel.Nazar.Nauar.Ripa,Pesant.Gonçalez, Molina,Vazquez,Arrub.& Fasol.1.*p.quæst*.12.*art*.6. Suar.*lib*. 2.*de attrib.c*.19.*& sequent*.Val.1.*p.d*.1.*q*. 12. *p*.4.Gran.*de visione Dei,tr*.5.*d*.8.*&* 11.Tann.1.*p.d*.2. *quæst*.6.*dub*.5.Arrub.1.*p.d*.22. Alarcon 1.*p. tract*.1. *d*.3.*cap*.6.

Quæst. IV. An in eodem ordine Angelorum repugnet esse sola differentia numerica illorum? Hîc S.Thom.*quæst*.1.*art*.5.Bonau. *quæst*.8. Aureol. *quæst*. 3.*art*.4.Gabr.*quæst*.1.*litera D.& I*.Alij relati *dist*.3. *quæst*.2.

Quæst. V. An maiora sint dona gratiæ, & merita Angelorum, quàm hominum prædestinatorum? Hîc S. Thom.*q*.1.*art*.8.Bonauent.*quæst*.5. Durand.*quæst*. 2.Gabr.*quæst*.1. Interpretes S.Thom.sæpiùs relati 1. *p.quæst*.108.*art*.8.Suar.*de Angelis,lib*.6.*c*.4.*à n*.16. Gran.*de Angel.tr*.16.*disp*.3.Tann.1.*p.disp*.5. *quæst*.1. *dub*.5.Montepilos.*tom*.4.*d*.23.*art*.3.

Quæst. VI. An multitudo prædestinatorum hominum æquet, excedátve multitudinem Angelorum bonorum,an malorum? Interpretes S. Thomæ relati 1.*p.q*.23.*art*.7.Suar.*lib*.6.*de prædest.c*.3.Val.1.*p.d*.1. *q*.23.*p*.6. Granad. *de prædest.tr*.11. *d*.3. Montepilos. *tom*.4.*d*.8.*art*.12.Alarc.1.*p.tr*.4.*d*.6.*c*.2.

Quæst. VII. An inter Angelos sit loquutionis communio? Hîc Scot.*q*.2.Aur.*quæst*.1.*art*.4. Gabr. *quæst*.2.Faber *d*.35.Caiet.Bañez,Zumel,Nazar. Nauarret.Pesant.Mol.Vazq.& alij 1.*p.quæst*.107.*art*.1. Suar. *de Angel.lib*.2.*cap*.26.*&* 27. Valent.1.*p.d*.8. *quæst*.4.*p*.2.Gran.*de Angel.tract*.5.*d*.4.Tann.1. *part*. *disp*.

disp. 5 .*q*. 4 .*dub*. 3 . Arrub. 1 .*p*.*d*. 171. Montepilos. *tom*. 4. *d*. 14 .*art*. 1 . Alarc. 1 .*p*.*tr*. 6 .*d*. 4 . Albert. *tom*. 1 .*princ*. 1. *coroll*. 11.

Quæst. VIII. In quo cõsistat Angelorum loquutio? Hîc Scot. *q*. 2 . Aureol. *quæst*. 1 .*art*. 4. Gabriel *quæst*. 2. Greg. *quæst*. 1. Interpretes S. Thomæ proximè relati *artic*. 1 .& 2. Suar. *lib*. 2 .*cap*. 26. & 27. Valentia 1 .*p*. *disp*. 8 . *quæst*. 4 .*p*. 2. Gran. *de Angel*. *tract*. 5 .*disput*. 4. Tannerus 1 .*p*.*disp*. 5 .*q*. 4 .*dub*. 3 . Arrubal 1 .*p*.*disp*. 171. Montepilos. *tom*. 4 .*d*. 14 .*art*. 2 . & 3 . Alarcon 1 .*p*.*tr*. 6. *d*. 4. Albert. *tom*. 1 .*princip*. 1 .*coroll*. 11.

Quæst. IX. An Angeli superiores illuminent inferiores? Hîc Aureol. *art*. 3. Scot. *quæst*. 1. Gabr. *quæst*. 2. Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Nauarret. Pesant. Molin. Vazq. & alij 1 .*p*.*q*. 106 .*art*. 1 . Suarez *de Angelis*, *lib*. 6. *c*. 11. & *sequenti*. Valent. 1 .*p*.*d*. 8 .*q*. 4 .*p*. 1. Gran. *de Angelis*, *tract*. 5 .*disp*. 3. Tanner. 1 .*p*. *disput*. 5 .*q*. 4. *dub*. 6. Arrubal. 1 .*p*.*disp*. 173. Montepil. *tom*. 4 .*d*. 24. Alarc. 1. *p*.*tr*. 6 .*d*. 4 .*c*. 10. & 11.

Quæst. X. An Angeli superiores videant cognitiones Angelorum inferiorum? Hîc Aur. *art*. 1. Gab. *q*. 2. Greg. *q*. 1. Fab. *disp*. 35. Alij relati *dist*. 7 .*q*. 7.

DISTINCTIO X.

An omnes Spiritus cælestes mittantur?

PRima sententia est, non mitti omnes, sed eorum aliquos perpetuò assistere Deo in cælesti Ierusalem; aliquos in hæc inferiora descendere. Primò,

quia Danielis 7. dicitur: *Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei.* Vbi recensentur alij assistentes Deo; alij verò deputati, vt in Dei ministeria mittantur. Secundò, quia Dionysius ait, superiora agmina ab intimis nunquam recedere: quia exteriora officia inferiorum sunt propria.

2 Secunda sententia, omnes à Deo mitti. Primò, quia Esaias *c.* 7. ait, *Volauit ad me vnus de Seraphim.* Seraphim autem superioris ordinis sunt. Secundò, quia, iuxta Apostolum Heb. 2. *Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi.* Neque enim dedecet supremorum dignitatem mitti: cùm Filius Dei in hunc mundum à Patre missus sit. Si autem quæratur, cur vnus tantùm ordo, Angelorum nomine vocetur, qui nuncij interpretantur, siquidem omnes sunt nuncij Dei, seu à Deo missi? Respondetur, ideò esse, quia vnus inter omnes ad id munus deputatus est; quamuis alij etiam interdum, & rariùs ei muneri seruiant.

3 Conclusio est: Vtraque sententia est probabilis; & neutra omninò certa. Quia vtraque probabilibus nititur rationibus, quæ ab alia facilè diluuntur. Nam argumenta primæ sententiæ sic dilui possunt. Nimirum, superiora agmina secundùm Danielem Deo assistere, & secundum Dionysium nunquam recedere; quippe ex officio, cum quo componitur, vt aliquando rarissimè mittantur. Argumenta verò secundæ sententiæ sic explicantur. Ideò Seraphinum dici volauisse, quia detulit præceptum Dei, vt inferior Angelus volaret. Qui Angelus inferior dici potuit Seraphim, quia ab ardore, *Seraphim* dicitur, & ille incendere iussus est labia Prophetæ. Secundò, ideò

omnes

omnes dici administratorij spiritus; vel, quia omnes mittuntur ad alios Angelos, quamuis non ad homines vel quia, nominė *omnium* comprehensi sunt tantùm omnes ordines Angelorum.

4 Quibus hæ duæ sententiæ videntur componi per tertiam sententiam mediam, quæ tuetur, non mitti omnes ad homines, & hæc inferiora, quãuis ad alios Angelos, aut homines, omnes mittantur. Quippe Angeli supremi mittuntur ad medios, vt eis significent præcepta Dei, & medij ad infimos, vt infimi tandem illa in hæc inferiora exequantur. Nam omnes dicuntur Angeli, seu nuncij Dei. Item omnes administratorij spiritus. Ergo omnes in aliquod ministerium mittuntur. At, quia inæquales sunt iuxta suam dignitatem, hoc ministerium inæqualiter exercent. Ergo superiores ad medios, & medij ad inferiores, inferiores verò ad homines mitti debent.

5 At obiicies, certò constare missos esse à Deo Michaëlẽ, Gabrielẽ, Raphaëlẽ, qui pertinent ad supremũ ordinem. Respondet: Non constat, hæc nomina esse singularium, & determinatorum Spirituum, pertinentium ad certum, & determinatum ordinem. Sunt enim qui volunt, indeterminatè conuenire posse variis Spiritibus ratione alicuius facinoris, aut officij, quod gesserint. Michaël enim dicitur, *Quis vt Deus*; Gabr. *Fortitudo Dei*; Raphaël, *Medicina Dei*, Sicut Dœmon dicitur *Diabolus*; quia criminator est; *Satan*, quia aduersarius; *Belial* quia apostata; & *Leuiathan*, quia additamentum. Sic sunt alia nomina, quæ pluribus possunt esse communia.

QVÆSTIONES.

Quæst, I, An, & qui Angeli, & ad quos mittantur? Hîc S, Thom, *art*, 2, *&* 3, Bonau, *art*. 1, *q*. 1, *&* 2. Dur. *q*, 1, Scot, *q*. 1, Aureol, *art*. 1, Gabr, *q*, 1. Fab, *disp*. 42, *c*. 1. Caiet, Zumel, Nazarius, Nauarrete, Pesantius, & Molina 1, *p*, *quæst*, 112, *art*, 1, *&* 2. Vazquez 1, *p*. *disp*. 244. Suarez *lib*, 6. *de Angel*. *c*. 9. *&* 10, Valentia 1. *p*. *d*. 8, *q*. 6, *p*. 2, Granad. *de Angelis*, *tr*, 16. *disp*. 4. & Tann. 1. *p*. *disp*, 5. *q*, 6. *dub*. 8, Montepilos, *tom*. 4, *disp*. 27, Alarcon 1, *p*, *tr*, 6, *d*. 10, *c*, 1.

Quæst, II, An Angeli ad Angelos missi eos illuminent, & instruant? Hîc S, Bonau, *art*, 2. *quæst*, 1. Alij relati *dist*. 9. *q*. 9.

Quæst, III. An Angeli ad Angelos missi cum eis loquantur? Hîc Bonau, *art*, 3. *q*. 1, Gregor, *q*. 1. Alij relati *dist*, 9. *q*, 7.

Quæst, IV. Quid sit Angelorum loquutio? Et an ea fieri possit Angelis absentibus, & aliis non audientibus? Hîc Bonauent, *art*. 3. *q*. 1, Greg, *q*. 1. Alij relati *dist*, 9. *q*, 8.

Quæst, V, An Angeli missi ad homines ministrent eis illustrationes, & affectiones gratiæ? Hîc Bonau, *art*, 2, *quæst*. 1 *&* 2, Fab. *disp*, 42, *cap*. 4. Caietan. Zum. Nazar. Nauarrete, Pesantius, Molina, & alij 1. *p*. *q*. 111, *art*. 1, *&* 2, Suar, *de Angelis*, *lib*. 6, *cap*, 16. *&* 19, Vazq. 1. *p*. *d*, 245. *cap*. 1, Valentia 1. *p*. *disp*. 8, *q*. 6. *p*. 3. Gran. *de Angelis*, *tr*, 16. *disp*. 5. *sect*. 3. Tann. 1. *p*. *disp*. 5. *q*. 6. *dub*, 7, *&* 8, *&* 1. 2. *d*, 2, *q*. 2, *dub*, 5. Montepilos. *tom*. 4. *d*, 28, Alarcon 1, *p*, *tr* 6, *d*, 10, *c*, 5.

Quæst, VI, An Angeli beati sint liberi in exequendo

quendo ministerio, ad quod mittuntur? De quo nihil ex professo Scriptores. Mutuare lucem ab iis, qui disserunt de libertate Christi.

Quæst. VII. An Angeli possint assequi naturali cognitione mysteria gratiæ, quibus homines, aut alios Angelos instruunt? Caietan. Bañez, Zumel, Nazar. Nauar. Pesant. Molina, & Vazq. 1.*p.q.*57.*art.*5. Suar. *de Angelis, lib.*2.*c.*29. Valent. 1.*p. d.*4.*q.* 8.*p.*4. Gran. *de Angelis, tr.*6.*disp.*2. Tanner. 1.*p.d.*5.*q.*3. *dub.*7. Arrubal. 1.*p.disp.*172. Montepilos. *tom.*4. *disp.*11. *art.*7. Alarcon 1.*p.tr.*6.*disp.*3.*cap.*14. Albertinus *tom.* 1.*princ.*1. *corollar.*13. Nos *de ente supern. disp.* 11. *cap.*12.

Quæst. VIII. An ad omnia sui ministerij obsequia dirigantur Angeli ex visione beata? Hîc S. Thom. *art.*4. Nihil ex professo alij; res tamen est theologico examine digna, & in qua vtrinque non leuibus argumentis certari potest,

---

DISTINCTIO XI.

Quòd quaque anima habet Angelum bonum ad sui custodiam delegatum, & malum ad exercitium.

PRima conclusio: Cuilibet homini deputatus est Angelus bonus ad sui custodiam. Primò ex illo Matth. 18. *Angeli eorum vident faciem Patris mei.* Vbi Angeli dicuntur esse paruulorum, quia eorum Custodes, atque Rectores inuisibiles sunt.

Secundò, quia Hieronymus in eum locum testatur, *Vnamquamque animam habere ab ortu suæ natiuitatis Angelum ad sui custodiam deputatum.* Tertiò, quia Gregorius quoque ait, bonos Angelos saluti hominum studere, & malos similiter exercitio, & tentationi eorum. Confirmatur ex Tobiæ 5. & Act. 12. vbi legitur, Tobiam, & Petrum habuisse Angelos suarum viarum comites, & socios. Ex quibus colligitur primò, etiam malos Angelos deputari ad hominum exercitium. Secundò, quamuis omnes Angeli boni expetant vniuscuiusque hominis salutem, & mali omnes perniciem; eum tamen, qui custodit, & insidiatoris officio fungitur, speciali studio in salutem, aut perniciem cuiuscunque hominis per internas admonitiones, & suggestiones intendere.

2 Secunda conclusio: Vnus, & idem Angelus incumbit custodiæ plurium hominum successiuè. Nam homines prædestinati, æquales sunt numero Angelis prædestinatis, vt *distinctione nona* dictum est. At Angeli prædestinati non solùm incumbunt custodiæ hominum prædestinatorum, sed reproborum. Ergo ex tota collectione hominum necesse est, vt eidem Angelo incumbat custodia plurium hominum. Cum quo tamen stat, vnumquemque hominem habere suum Angelum proprium. Quia simul non custodit Angelus plures homines, cùm singulis hominibus simul viuentibus singuli Angeli deputari possint.

3 Tertia conclusio: Angeli beati per obsequia Deo præstita in custodiam hominum augent merita, & beatitudinis præmium. Augere merita probatur: Augent obsequia, nostræ custodiæ intenti in obedientiam

dientiam Dei. Hæc obsequia sunt merita. Ergo augent merita. Augere præmium beatitudinis probatur: Cum his obsequiis augent dilectionem Dei, ac per consequens etiam eiusdem cognitionem, ex qua dilectio proficiscitur. Cognitio autem, & dilectio Dei est Angelorum beatitudo. Ergo augent beatitudinem. Secundò, quia Angeli profecerunt in cognitione Incarnationis, ac per consequens etiam in cognitione Deitatis, in qua beatitudo consistit. Nam Esaiæ 63. admirantur Angeli: *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra?* Et Psalm. 23. *Quis est iste Rex gloriæ* Vbi proponuntur Angeli noscentes de nouo Diuinitatem Christi sibi ignotam. Quare dixit Paulus Eph. 3. hoc mysterium fuisse *absconditum à sæculis,* & posteà, *innotuisse Principibus, & Potestatibus, in cælestibus.* Quippe, expendente Hieronymo, quia Angeli non nouerunt illud, donec passio Christi impleta est.

4 Obiicitur Augustinus *lib. 5. suprà Genes. cap. 16.* dicens: *Non latuisse Angelos hoc mysterium.* Respondet cum Haymone in eum locum, primò, Hieronymum velle, vt fuerit ignotum Angelis inferioribus: Augustinum verò, notum fuisse superioribus. Secundò, Augustinum velle, fuisse superioribus ex parte notum, & posteà superioribus, & inferioribus innotuisse perfectè, ac plenè, quod Hieronymus intendit.

5 Secundò obiicitur Isidorus *lib. 1. de summo bono, cap. 12.* dicens: *Angeli in verbo Dei omnia sciunt, antequam fiant.* Item, Gregorius lib. 2. Moral cap. 3. *Quid est, quod ibi nesciant, vbi scientem omnia sciunt?* Ergo eis nihil fuit ignotum. Ad Isidorum respondet: Non dixit, omnes Angelos omnia scire; atque adeò aliquibus aliquid latere potuit. Item, non dixit, omnia

ſcire Angelos perfectè, & adæquatè; vnde perfecta, & adæquata notio superuenire potuit. Ad Gregorium: Angeli beati ſciunt omnia, quæ ad eorum beatitudinem neceſſaria ſunt, vt Trinitatem, & vnitatem Dei. Cum quo ſtat, non fuiſſe notionem, quæ ad augmentum beatitudinis ſpectat, vt Incarnationis Chriſti, & aliorum.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An vnicuique hominum deputatus ſit Angelus cuſtos? Hîc S. Thom. *quaſt*. 1. *art*. 1. Bonauent. *art*. 1. *q*. 1. Aureol. *q*. 1. *ar*. 1. Gabriel *q*. 1. Caietan. Zumel, Nazarius, Nauarrete, Peſant. Molina, & alij 1. *p*. *q*. 113. *art*. 1. *&* 2. Vazquez 1. *p*. *diſp*. 245. *cap*. 1. Suar. *lib*. 6. *de Angelis*, *cap*. 17. *&* 18. Val. 1. *p*. *diſp*. 8. *q*. 6. *p*. 3. Granad. *de Angelis*, *tr*. 16. *diſp*. 5. Tanner. 1. *p*. *diſp*. 5. *quaſt*. 6. *dub*. 8. Montep. *tom*. 4. *d*. 29. *art*. 1. *& ſequent*. Alarcon 1. *p*. *tract*. 6. *diſp*. 16. *cap*. 2.

Quæſt. II. An Angelus cuſtos poſſit miniſtrare homini illuſtrationes, & affectiones gratiæ auxiliantis? Hîc Scot. *q*. 1. Aureol. *q*. 1. *art*. 2. Gabriel *q*. 1. Fab. *d*. 42. *c*. 4. Alij relati *diſt*. 10. *q*. 5.

Quæſt. III. An Angelus cuſtos ſit liber in agenda cuſtodia hominis, cui deputatur à Deo? De quo *diſtinct*. 10. *q*. 6.

Quæſt. IV. An mereatur obſequiis Deo exhibitis in cuſtodiam hominis, eiſque ſuam beatitudinem augeat? Hîc S. Thom. *q*. 2. *art*. 1. Bonau. *art*. 2. *q*. 2. Gab. *q*. 1. Caiet. Bañez, Zum. Nazar. Nauarr. Peſant. Mol. & Vazquez 1. *p*. *q*. 62. *art*. 9. Suar. *de Angel*. *lib*. 6. *cap*. 6. *& ſeq*. Valent. 1. *p*. *d*. 14. *q*. 13. *p*. 4. Granad. *de Angel*. *tract*. 12.

tr. 12.*d.* 5. Tanner. 1.*p.d.* 5.*q.* 6.*dub.* 1. Arrub. 1.*p.d.* 176.*q.* 1. Montepilos. *tom.* 4. *d.* 20. *art.* 6. *à num.* 6, Alarcon *q.* 1.*p.tract.* 6.*disp.* 8.

Quæst. V. An doleat, tristetúrve de hominis à se custoditi damnatione? Hîc S. Thomas *quæst.* 1.*art.* 5. Bonauent. *art.* 2. *quæst.* 3. Gabriel. *q.* 1. Caiet. Zumel, Nazarius, Nauarrete, Pesantius, & Molina 1.*p.q.* 113. *art.* 7. Suarez *de Angelis lib.* 6, *cap.* 19. *num.* 12. Valent. 1.*p.d.* 8.*q.* 6.*p.* 3. Granad. 1. 2. *tr.* 3. *de beati.d.* 2. Tann. 1.*p.disp.* 5.*q.* 6.*dub.* 8.

Quæst. VI. An Angelus indigeat illuminatione alterius ad noscendum mysteria gratiæ? Hîc S. Thomas *q.* 2. *art.* 2. Durand. *q.* 3. Alij relati *distinct.* 10. *quæst.* 7.

Quæst. VII. An Angeli mutua loquutione de aliquibus sibi occultis instruantur? Vbi quid eorum loquutio sit? Hîc S. Thomas *q.* 2. *art.* 3. Durand. *q.* 2. Alij relati *dist.* 9.*q.* 7. *&* 8.

Quæst. VIII. An omnia, quorum species habet, possit simul distinctè cognoscere? Hîc Gregor. *q.* 1. Aureol. *q.* 3. *art.* 3. Caietan, Bañez, Zumel, Nazarius, Nauarrete, Pesantius, Molina & Vazquez 1.*p. quæst.* 58. *art.* 1. *&* 2. Suarez *de Angelis, lib.* 2. *cap.* 34. Val. 1.*p.d.* 4.*q.* 9.*p.* 1. *&* 3. Granad. *de Angelis, tr.* 7. *disp.* 1. Tannerus 1.*p.disp.* 5.*q.* 3.*dub.* 8. Arrubal. 1.*p.disp.* 165. Montepilos. *tom.* 4. *disp.* 13. Alarcon 1.*p.tract.* 6.*disp.* 2. *cap.* 4.

DISTIN

DISTINCTIO XII.

De aliarum rerum creatione, & præcipuè de operum sex dierum distinctione.

POstquàm disseruit de Angelis, exponit creationem aliarum rerum eo ordine, quo à Moyse refertur. Prima conclusio est: Non creauit Deus simul cum Angelis totam vniuersitatem creaturarum. Quo deseritur sententia Augustini *lib.* 1. *super Genes.cap.* 15. volentis, omnia fuisse creata simul. Hæc sententia præfertur: primò, quia conformior est Historiæ Moysis distinguentis *in Genesi* opera creationis per spatia sex dierum. Secundò, quia communior est Ecclesiæ Patribus, Gregorio, Hieronymo, Bedæ, & aliis.

2 Secunda conclusio: Simul cum Angelis creata fuit materia, seu massa totius vniuersi informis, & rudis. Constat *ex cap.* 1. Genes. *In principio creauit Deus cœlum, & terram. Terra autem erat inanis, & vacua.* Vbi nomine cœli intelliguntur Angeli: terræ verò nomine materia vniuersa elementorum. Quare eadem etiam nomine aquæ significatur, ibi: *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* quia humor aquæ conferebat ad rerum naturalium productionem. Item, *inanis, & vacua* dicitur: quia informis, & rudis condita est. Quod etiam significatur à Græcis illam nuncupantibus *Chaos.* Necnon cùm vocatur *Abyssus,* iuxta illud: *Et tenebræ erant super faciem abyssi.* Hæc ruditas, & informitas materiæ ex duplici capite procedebat. Primò, quia offusis tenebris nullus apparebat splendor. Secundò, quia deerat dispositio, & distinctio

tinctio formarum, quæ posteà in eam materiam inductæ sunt.

3 Cæterùm duo animaduertenda sunt. Primum, eam materiam non adeò fuisse informem, vt omni penitùs forma substantiali caruerit; hòc enim materiæ impossibile est; sed formis duntaxat substantialibus, & accidentalibus, quibus posteà dispofita, & distincta fuit. Secundum, eas tenebras materiæ illi offusas, non fuisse quidpiam positiuum, sed priuationem tantùm lucis, sicut silentium est priuatio soni; & nuditas, priuatio vestis. Nec obest Dan. 3 o. tenebras inter creaturas conuocari ad benedicendum Deum: *Benedicite, lux, & tenebræ, Domino.* Quia, licèt propriè tenebræ, priuatio sint lucis; interdum etiam, earum nomine, aër obscurus significatur.

4 Tertia conclusio: Hæc materia idem spatium, eundémque situm occupabat, quem modò vniuersa corporum materia occupat. Quia nulla legitur facta in ea mutatio loci. Vnde plerique sentiunt; eò vsque illam porrigi, vt supra firmamentum ascenderet, cùm atque supra firmamentum adesse, narrentur, iuxta illud Psalm. *Et aquæ, quæ super firmamentum sunt, laudent Dominum.*

5 Quarta conclusio: Totam illam materiam elaborauit Deus spatio sex dierum, quin deinceps nouam formam in eam induxerit. Nam apud Genesim Deus refertur sex diebus intentus in constructionem omnium creaturarum, & die septimo vacans ab omni opere creandi. Quod de nouo opere creationis accipiendum est. Nam operibus sex dierum semper Deus incumbit, iuxta illud Ioann. 5. *Pater meus operatur vsque nunc, & ego operor.* Porrò quatuor modis, docente

art. 1.*q.* 1. Gregor. *q.* 2. Gab. *q.* 1. Durand. *q.* 2. Scot. *q.* 2. Aureol. *art.* 2. Suar. *lib.* 1. *de sex dieb. cap.* 8. *& disp.* 13. *Metaph. sect.* 4. *&* 5. *& disp.* 15. *sect.* 2. Valentia 1. *p. disp.* 5. *q.* 2. *p.* 1. §. *Tertiò quæritur.* Scot. *lib.* 1. *Physic. q.* 6. Conimb. 1. *Physic. c.* 9. *q.* 6. *art.* 3. Hurtado *disp.* 2. *Physic. sect.* 9. Auersa *tomo* 1. *Philosoph. col.* 528. *& sequentib.* Arriaga *disp.* 2. *Physic. sect.* 6. Rubius *lib.* 1. *Physic. tract.* 2. *q.* 5.

Quæst. IX. An materia cœlestis, & sublunaris sint eiusdem speciei? Hîc S. Thom. *art.* 1. Bonauent. *art.* 2. *quæst.* 1. Gabriel *quæst.* 2. Durand. *q.* 1. Suar. *disput.* 13. *Metaphysic. sect.* 11. *& lib.* 1. *sex dier. cap.* 5. Valentia 1. *p. disp.* 5. *q.* 2. *p.* 1. §. *Quartò quæritur.* Mol. 1. *p. tract. sex dierum, disp.* 5. Tann. 1. *p. d.* 6. *quæst.* 2. *dub.* 4. Vallesius *Philos. sac. cap.* 89. Delrius *in Genes. cap.* 1. Salmeron *tomo vlt. in* 2. *Petri, cap.* 3. *disp.* 4. Fonseca *in Metaph. c.* 4. *q.* 2. Hurtad. *disp.* 1. *de cœlo, sect.* 2. Auersa *de cœlo, q.* 33. *sect.* 1. *&* 6. Arriaga *disp.* 2. *Physic. sect.* 11. Rub. *de cœlo, lib.* 1. *cap.* 1. *quæst.* 6. Caiet. Zum. & alij cum S. Th. 1. *p. q.* 66. *art.* 2.

Quæst. X. An sit creata, aut potuerit materia cœlestis ex se ad vnicam tantùm formam determinata? Caiet. 1. *p. quæst.* 66. *art.* 2. Achillin. *lib.* 1. *de Orbibus, cap.* 2. Suar. *disp.* 13. *Metaph. sect.* 11. Conimb. 1. *de cœlo, c.* 2. *q.* 6. *art.* 4. Rub. *c.* 2. *q.* 8. Albertus *de quatuor coæuis, q.* 2. *art.* 6. Auersa *q.* 33. *de cœlo, sect.* 9.

Quæst. XI. An cœlum sit corpus simplex, potueritve corpus esse simplex absque compositione materiæ, & formæ? Tannerus 1. *p. disp.* 6. *q.* 2. *dub.* 4. Rub. *lib.* 1. *de cœlo, cap.* 2. *q.* 5. Hurtado *d.* 2. *de anima,* §. 49. *& d.* 1. *de cœlo, sect.* 1. Suarez *d.* 13. *Metaph. sect.* 10. Conimb. 1. *de cœlo, c.* 2. *q.* 4. *art.* 3. Auersa *quæst.* 33. *de cœlo,*

cœlo, *sect.* 5. Zimara *theorem.* 107. Zabarel. *de cœlo, c.* 6. Piccolom. *c.* 10. Raguseius *d.* 13. *perip. c.* 7. & 8. Caiet. Bañez, Zumel, & alij cum S. Th. 1. *p. q.* 66. *art.* 2. Venetus *de cœlo, c.* 2. Sotus 2. *Physic. q.* 1. Cremoninus *de cœlo, sect.* 3. Arriaga *disp.* 5. *Physic. sect.* 3.

Quæst. XII. An formæ substantiales primùm sint productæ per veram creationem, an per generationem? Suar. *lib.* 1. *sex dier. c.* 1. Molina 1. *p. tr. sex dier. d.* 2. Auersa *q.* 31. *Phil. sect.* 6.

Quæst. XIII. An omnes formæ substantiales corporeæ nunc existentes, quoad species in principio creatæ sint, aut in creatis in principio contineantur? Suar. *lib.* 2. *sex. dier. c.* 11. Valent. 1. *p. d.* 5. *q.* 4. *p.* 1. Caiet. Zumel, & alij cum S. Th. 1. *p. q.* 73. *art.* 1. & 2.

DISTINCTIO XIII.

Quæ fuerit prima distinctionis operatio.

CONclusio est: Post Angelos conditos, & creatam rudem, & informem omnium corporum massam primò Deus edidit lucem, quæ tempora in dies, noctésque distingueret. Constat ex illo Genes. 1. *Dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux; & diuisit lucem à tenebris, appellauitque lucem diem, & tenebras noctem: & factum est vespere, & mane dies vnus.* Accedit congruens ratio. Expediebat enim, vt Deus præualeret ornatui creaturarum per lucem, quæ eximias earum differentias patefaceret. Sed in hoc opere efformando aliquot dubitationes occurrunt.

QVÆSTIONES.

Quæſt, I, An, & qui Angeli, & ad quos mittantur? Hîc S, Thom, *art*, 2, *&* 3, Bonau, *art*, 1, *q*, 1, *&* 2. Dur. *q*, 1, Scot, *q*. 1, Aureol, *art*. 1, Gabr, *q*, 1. Fab, *diſp*. 42, *c*. 1. Caiet, Zumel, Nazarius, Nauarrete, Peſantius, & Molina 1, *p*, *quaſt*, 112, *art*, 1, *&* 2. Vazquez 1, *p*. *diſp*. 244, Suarez *lib*, 6. *de Angel*. *c*. 9. *&* 10, Valentia 1. *p*. *d*. 8, *q*, 6, *p*. 2, Granad. *de Angelis*, *tr*, 16. *diſp*. 4. & Tann, 1, *p*. *diſp*, 5. *q*, 6, *dub*. 8, Montepiloſ, *tom*. 4, *diſp*. 27, Alarcon 1, *p*, *tr*, 6, *d*. 10, *c*, 1.

Quæſt, II, An Angeli ad Angelos miſſi eos illuminent, & inſtruant? Hîc S, Bonau, *art*, 2. *quaſt*, 1. Alij relati *diſt*. 9. *q*. 9.

Quæſt, III. An Angeli ad Angelos miſſi cum eis loquantur? Hîc Bonau, *art*, 3. *q*. 1, Gregor. *q*. 1. Alij relati *diſt*, 9. *q*, 7.

Quæſt, IV. Quid ſit Angelorum loquutio? Et an ea fieri poſſit Angelis abſentibus, & aliis non audientibus? Hîc Bonauent. *art*. 3. *q*. 1, Greg. *q*. 1. Alij relati *diſt*, 9. *q*, 8.

Quæſt, V. An Angeli miſſi ad homines miniſtrent eis illuſtrationes, & affectiones gratiæ? Hîc Bonau, *art*, 2, *quaſt*. 1 *&* 2, Fab. *diſp*, 42, *cap*. 4, Caietan. Zum. Nazar. Nauarrete, Peſantius, Molina, & alij 1. *p*. *q*. 111, *art*. 1, *&* 2, Suar, *de Angelis*, *lib*. 6, *cap*, 16. *&* 19, Vazq, 1. *p*. *d*, 245. *cap*. 1, Valentia 1. *p*. *diſp*. 8, *q*. 6. *p*. 3. Gran. *de Angelis*, *tr*, 16. *diſp*. 5. *ſect*. 3. Tann, 1. *p*. *diſp*. 5, *q*. 6. *dub*, 7, *&* 8, *&* 1. 2. *d*, 2. *q*. 2, *dub*, 5. Montepiloſ. *tom*. 4. *d*, 28, Alarcon 1, *p*, *tr* 6, *d*, 10, *c*, 5.

Quæſt, VI, An Angeli beati ſint liberi in exe-

quendo

quendo ministerio, ad quod mittuntur? De quo nihil ex professo Scriptores. Mutuare lucem ab iis, qui disserunt de libertate Christi.

Quæst. VII. An Angeli possint assequi naturali cognitione mysteria gratiæ, quibus homines, aut alios Angelos instruunt? Caietan. Bañez, Zumel, Nazar. Nauar. Pesant. Molina, & Vazq. *1.p.q.57.art.5.* Suar. *de Angelis, lib.2.c.29.* Valent. *1.p.d.4.q.8.p.4.* Gran. *de Angelis, tr.6.disp.2.* Tanner. *1.p.d.5.q.3. dub.7.* Arrubal. *1.p.disp.172.* Montepilos. *tom.4. disp.11. art.7.* Alarcon *1.p.tr.6.disp.3.cap.14.* Albertinus *tom. 1.princ.1. corollar.13.* Nos *de ente supern. disp. 11. cap.12.*

Quæst. VIII. An ad omnia sui ministerij obsequia dirigantur Angeli ex visione beata? Hîc S. Thom. *art.4.* Nihil ex professo alij; res tamen est theologico examine digna, & in qua vtrinque non leuibus argumentis certari potest,

---

DISTINCTIO XI.

Quòd quæque anima habet Angelum bonum ad sui custodiam delegatum, & malum ad exercitium.

PRima conclusio: Cuilibet homini deputatus est Angelus bonus ad sui custodiam. Primò ex illo Matth. 18. *Angeli eorum vident faciem Patris mei.* Vbi Angeli dicuntur esse paruulorum, quia eorum Custodes, atque Rectores inuisibiles sunt.

Secundò, quia Hieronymus in eum locum testatur, *Vnamquamque animam habere ab ortu suæ natiuitatis Angelum ad sui custodiam deputatum.* Tertiò, quia Gregorius quoque ait, bonos Angelos saluti hominum studere, & malos similiter exercitio, & tentationi eorum. Confirmatur ex Tobiæ 5. & Act. 12. vbi legitur, Tobiam, & Petrum habuisse Angelos suarum viarum comites, & socios. Ex quibus colligitur primò, etiam malos Angelos deputari ad hominum exercitium. Secundò, quamuis omnes Angeli boni expetant vniuscuiusque hominis salutem, & mali omnes perniciem; eum tamen, qui custodit, & insidiatoris officio fungitur, speciali studio in salutem, aut perniciem cuiuscunque hominis per internas admonitiones, & suggestiones intendere.

2 Secunda conclusio: Vnus, & idem Angelus incumbit custodiæ plurium hominum successiuè. Nam homines prædestinati, æquales sunt numero Angelis prædestinatis, vt *distinctione nona* dictum est. At Angeli prædestinati non solùm incumbunt custodiæ hominum prædestinatorum, sed reproborum. Ergo ex tota collectione hominum necesse est, vt eidem Angelo incumbat custodia plurium hominum. Cum quo tamen stat, vnumquemque hominem habere suum Angelum proprium. Quia simul non custodit Angelus plures homines, cùm singulis hominibus simul viuentibus singuli Angeli deputari possint.

3 Tertia conclusio: Angeli beati per obsequia Deo præstita in custodiam hominum augent merita, & beatitudinis præmium. Augere merita probatur: Augent obsequia, nostræ custodiæ intenti in obedientiam

dientiam Dei. Hæc obsequia sunt merita. Ergo augent merita. Augere præmium beatitudinis probatur: Cum his obsequiis augent dilectionem Dei, ac per consequens etiam eiusdem cognitionem, ex qua dilectio proficiscitur. Cognitio autem, & dilectio Dei est Angelorum beatitudo. Ergo augent beatitudinem. Secundò, quia Angeli profecerunt in cognitione Incarnationis, ac per consequens etiam in cognitione Deitatis, in qua beatitudo consistit. Nam Esaiæ 63. admirantur Angeli: *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra?* Et Psalm. 23. *Quis est iste Rex gloriæ* Vbi proponuntur Angeli noscentes de nouo Diuinitatem Christi sibi ignotam. Quare dixit Paulus Eph. 3. hoc mysterium fuisse *absconditum à sæculis*, & posteà, *innotuisse Principibus, & Potestatibus, in cælestibus*. Quippe, expendente Hieronymo, quia Angeli non nouerunt illud, donec passio Christi impleta est.

4 Obiicitur Augustinus *lib. 5. suprà Genes. cap. 16.* dicens: *Non latuisse Angelos hoc mysterium.* Respondet cum Haymone in eum locum, primò, Hieronymum velle, vt fuerit ignotum Angelis inferioribus: Augustinum verò, notum fuisse superioribus. Secundò, Augustinum velle, fuisse superioribus ex parte notum, & posteà superioribus, & inferioribus innotuisse perfectè, ac plenè, quod Hieronymus intendit.

5 Secundò obiicitur Isidorus *lib. 1. de summo bono, cap. 12.* dicens: *Angeli in verbo Dei omnia sciunt, antequam fiant.* Item, Gregorius lib. 2. Moral cap. 3. *Quid est, quod ibi nesciant, vbi scientem omnia sciunt?* Ergo eis nihil fuit ignotum. Ad Isidorum respondet: Non dixit, omnes Angelos omnia scire; atque adeò aliquibus aliquid latere potuit. Item, non dixit, omnia

ſcire Angelos perfectè, & adæquatè; vnde perfecta, & adæquata notio ſuperuenire potuit. Ad Gregorium: Angeli beati ſciunt omnia, quæ ad eorum beatitudinem neceſſaria ſunt, vt Trinitatem, & vnitatem Dei. Cum quo ſtat, non fuiſſe notionem, quæ ad augmentum beatitudinis ſpectat, vt Incarnationis Chriſti, & aliorum.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An vnicuique hominum deputatus ſit Angelus cuſtos? Hîc S. Thom. *quæſt.* 1. *art.* 1. Bonauent. *art.* 1. *q.* 1. Aureol. *q.* 1. *ar.* 1. Gabriel *q.* 1. Caietan. Zumel, Nazarius, Nauarrete, Peſant. Molina, & alij 1. *p.* *q.* 113. *art.* 1. & 2. Vazquez 1. *p.* *diſp.* 245. *cap.* 1. Suar. *lib.* 6. *de Angelis, cap.* 17. & 18. Val. 1. *p.* *diſp.* 8. *q.* 6. *p.* 3. Granad. *de Angelis, tr.* 16. *diſp.* 5. Tanner. 1. *p.* *diſp.* 5. *quæſt.* 6. *dub.* 8. Montep. *tom.* 4. *d.* 29. *art.* 1. & *ſequent.* Alarcon 1. *p.* *tract.* 6. *diſp.* 16. *cap.* 2.

Quæſt. II. An Angelus cuſtos poſſit miniſtrare homini illuſtrationes, & affectiones gratiæ auxiliantis? Hîc Scot. *q.* 1. Aureol. *q.* 1. *art.* 2. Gabriel *q.* 1. Fab. *d.* 42. *c.* 4. Alij relati *diſt.* 10. *q.* 5.

Quæſt. III. An Angelus cuſtos ſit liber in agenda cuſtodia hominis, cui deputatur à Deo? De quo *diſtinct.* 10. *q.* 6.

Quæſt. IV. An mereatur obſequiis Deo exhibitis in cuſtodiam hominis, eíſque ſuam beatitudinem augeat? Hîc S. Thom. *q.* 2. *art.* 1. Bonau. *art.* 2. *q.* 2. Gab. *q.* 1. Caiet. Bañez, Zum. Nazar. Nauarr. Peſant. Mol. & Vazquez 1. *p.* *q.* 62. *art.* 9. Suar. *de Angel. lib.* 6. *cap.* 6. & *ſeq.* Valent. 1. *p.* *d.* 14. *q.* 13. *p.* 4. Granad. *de Angel. tract.* 12.

*tr.*12.*d.*5. Tanner. 1.*p.d.* 5.*q.*6.*dub.*1. Arrub. 1.*p.d.* 176. *q.*1. Montepilos. *tom.*4. *d.*20. *art.*6. *à num.*6. Alarcon *q.*1.*p.tract.*6.*disp.*8.

Quæst. V. An doleat, tristetúrve de hominis à se custoditi damnatione? Hîc S.Thomas *quæst.*1.*art.*5. Bonauent. *art.* 2.*quæst.*3. Gabriel.*q.*1. Caiet. Zumel, Nazarius, Nauarrete, Pesantius, & Molina 1.*p.q.*113. *art.*7. Suarez *de Angelis lib.*6.*cap.*19.*num.*12. Valent. 1.*p.d.*8.*q.*6.*p.*3. Granad. 1.2.*tr.*3.*de beati.d.*2. Tann. 1.*p.disp.*5.*q.*6.*dub.*8.

Quæst. VI. An Angelus indigeat illuminatione alterius ad noscendum mysteria gratiæ? Hîc S.Thomas *q.*2.*art.* 2. Durand. *q.*3. Alij relati *distinct.*10. *quæst.*7.

Quæst. VII. An Angeli mutua loquutione de aliquibus sibi occultis instruantur? Vbi quid eorum loquutio sit? Hîc S.Thomas *q.*2.*art.*3. Durand. *q.* 2. Alij relati *dist.*9.*q.*7.& 8.

Quæst. VIII. An omnia, quorum species habet, possit simul distinctè cognoscere? Hîc Gregor. *q.*1. Aureol.*q.*3.*art.*3. Caietan, Bañez, Zumel, Nazarius, Nauarrete, Pesantius, Molina & Vazquez 1.*p.quæst.* 58.*art.*1.& 2. Suarez *de Angelis, lib.*2.*cap.*34. Val. 1.*p.d.*4.*q.*9.*p.*1.& 3. Granad. *de Angelis, tr.*7.*disp.*1. Tannerus 1.*p.disp.*5.*q.*3.*dub.*8. Arrubal. 1.*p.disp.*165. Montepilos. *tom.*4.*disp.*13. Alarcon 1.*p.tract.*6.*disp.*2. *cap.*4.

DISTINCTIO XII.

De aliarum rerum creatione, & præcipuè de operum sex dierum distinctione.

POstquàm disseruit de Angelis, exponit creationem aliarum rerum eo ordine, quo à Moyse refertur. Prima conclusio est: Non creauit Deus simul cùm Angelis totam vniuersitatem creaturarum. Quo deleritur sententia Augustini *lib. 1. super Genes. cap. 15.* volentis, omnia fuisse creata simul. Hæc sententia præfertur: primò, quia conformior est Historiæ Moysis distinguentis *in Genesi* opera creationis per spatia sex dierum. Secundò, quia communior est Ecclesiæ Patribus, Gregorio, Hieronymo, Bedæ, & aliis.

2 Secunda conclusio: Simul cum Angelis creata fuit materia, seu massa totius vniuersi informis, & rudis. Constat *ex cap. 1.* Genes. *In principio creauit Deus cœlum, & terram. Terra autem erat inanis, & vacua.* Vbi nomine cœli intelliguntur Angeli: terræ verò nomine materia vniuersa elementorum. Quare eadem etiam nomine aquæ significatur, ibi: *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* quia humor aquæ conferebat ad rerum naturalium productionem. Item, *inanis, & vacua* dicitur: quia informis, & rudis condita est. Quod etiam significatur à Græcis illam nuncupantibus *Chaos.* Necnon cùm vocatur *Abyssus,* iuxta illud: *Et tenebræ erant super faciem abyssi.* Hæc ruditas, & informitas materiæ ex duplici capite procedebat. Primò, quia offusis tenebris nullus apparebat splendor. Secundò, quia deerat dispositio, & distinctio

tinctio formarum, quæ posteà in eam materiam inductæ sunt.

3 Cæterùm duo animaduertenda sunt. Primum, eam materiam non adeò fuisse informem, vt omni penitùs forma substantiali caruerit; hoc enim materiæ impossibile est; sed formis duntaxat substantialibus, & accidentalibus, quibus posteà disposita, & distincta fuit. Secundum, eas tenebras materiæ illi offusas, non fuisse quidpiam positiuum, sed priuationem tantùm lucis, sicut silentium est priuatio soni; & nuditas, priuatio vestis. Nec obest Dan. 3 o. tenebras inter creaturas conuocari ad benedicendum Deum: *Benedicite, lux, & tenebræ, Domino.* Quia, licèt propriè tenebræ, priuatio sint lucis; interdum etiam, earum nomine, aër obscurus significatur.

4 Tertia conclusio: Hæc materia idem spatium, eundémque situm occupabat, quem modò vniuersa corporum materia occupat. Quia nulla legitur facta in ea mutatio loci. Vnde plerique sentiunt, eò vsque illam porrigi, vt supra firmamentum ascenderet, cùm atque supra firmamentum adesse, narrentur, iuxta illud Psalm. *Et aquæ, quæ super firmamentum sunt, laudent Dominum.*

5 Quarta conclusio: Totam illam materiam elaborauit Deus spatio sex dierum, quin deinceps nouam formam in eam induxerit. Nam apud Genesim Deus refertur sex diebus intentus in constructionem omnium creaturarum, & die septimo vacans ab omni opere creandi. Quod de nouo opere creationis accipiendum est. Nam operibus sex dierum semper Deus incumbit, iuxta illud Ioann. 5. *Pater meus operatur vsque nunc, & ego operor.* Porrò quatuor modis, docente

cente Alcuino *super Genes.* Deus operari dicitur. Primò, ab æterno producendo Verbum, per quod omnia creauit, & in quo omnia disposuit. Secundò, in primordio mundi, edendo materiam omnium creaturarum. Tertiò, spatio sex dierum, inducendo in illam varias species formarum. Quartò deindè, eam quotidie reformando; tum similibus formis, quæ primarum interitum substituant; tum etiam aliis, quæ in earum semine & virtute continebantur. Postremo igitur modo nunc Deus operari dicitur. Cum quo stat, die septimo à creatione nouarum formarum, quæ in prioribus non continentur, requieuisse.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An mundus fuerit in tempore creatus? hîc S. Thom. *art.* 2. Bonau. *art.* 2. *quæst.* 1. Suarez *lib.* 1. *de opere sex dierum, c.* 2. Valent. 1. *p. disp.* 3. *q.* 3. *part.* 1. Perer. *in Genes. c.* 1. *vers.* 1, Salianus *tom.* 1. *c.* 4. Cornel. *in Genes. c.* 1. *vers.* 1. Tanner. 1. *p. d.* 6. *q.* 1. *dub.* 3. Auersa *q.* 31. *Philos. sect.* 7. Rubius *lib.* 8. *Physicorum, quæst.* 1. Caiet. Zumel, & alij Interpretes S. Thom. 1. *p. q.* 46. *art.* 1. & 2.

Quæst. II. An potuerit ab æterno creari? De quo *dist.* 1. *q.* 6.

Quæst. III. An Deus mundum simul creauerit? An successiuè sex diebus naturalibus? Hîc S. Th. *articul.* 2. & 3. Bonauent. *articul.* 1. *quæst.* 1. Suarez *lib.* 1. *de opere sex dierum, cap.* 10. 11. & 12. Valentia 1. *parte, disp.* 5. *quæst.* 2 *part.* 2. Perer. *in Genes. libro* 1. *disp.* 1. Salian. *tomo* 1. *cap.* 5. Caietan. & Zumel,

cum

cum S. Thom. 1.*part. quæst.* 74.*art.* 2. Molina, 1.*part. tract. sex dierum, disp.* 1. Granadus 1. *controuers.* 8.*tr.* 3. *disp.* 5. Tanner. 1.*p. disp.* 6.*q.* 1.*dub.* 4. Hurtado *disp.* 3. *de cœlo, sect.* 1.

Quæst. IV. An Angeli simul cum cœlo fuerint creati? Hîc S. Thomas *articul.* 5. Alij relati *distinct.* 2. *quæst.* 1.

Quæst. V. An simul cum cœlo creata fuerint elementa? Hîc S. Thomas *art.* 5. Bonauent. *art.* 1.*q.* 3. Suarez *lib.* 1.*de opere sex dierum, cap.* 8. Perer. *in Genes. cap.* 1.*vers.* 1. Salian. *tom.* 1.*cap.* 11. Tanner. 1.*p. disp.* 6. *q.* 2.*dub.* 2.

Quæst. VI. Quodnam sit cœlum in principio creatum? Suarez *lib.* 1.*de sex diebus, c.* 1.*& seqnentib.* Valentia 1.*p. disp.* 5.*q.* 2.*p.* 1. Pereir. *in Genes. cap.* 1.*vers.* 1. Salian. *tom.* 1.*c.* 6. Cornel. *in Genes. cap.* 1.*vers.* 1. Molina 1.*parte, tract. sex dierum, disputat.* 3. Granad. 1. *parte, controu.* 8.*tract.* 2. *disp.* 1. Tanner. 1. *parte, disputat.* 6.*quæst.* 2.*dub.* 1.*&* 2. Hurtado *disp.* 3. *de cœlo, sect.* 2. Caietan. Zumel, & alij cum Sancto Thoma 1. *p.q.* 66.*art.* 3.

Quæst. VII. An materia fuerit informis creata? Hîc Sanctus Thomas *art.* 4. Bonauent. *art.* 1.*quæst.* 1. Gabriel *quæst.* 1. Durandus *quæst.* 2. Scot. *quæst.* 2. Aureol. *art.* 2. Suar. *lib.* 1.*de opere sex dierum, cap.* 8. Valent. 1.*parte, disputat.* 5.*quæst.* 2.*parte* 1. §. *Secundò quæritur.* Salian. *tom.* 1.*cap.* 11. Cornel. *in Genes. cap.* 1. *vers.* 2. Molin. 1.*parte, tract. sex dierum, disputat.* 4. Conimb. 1. *Physic. cap.* 9.*q.* 6.*art.* 3. Caietan. Zumel, & alij 1.*p.q.* 66.*art.* 1.

Quæst. VIII. An potuerit informis creari ex naturâ rei, aut de potentia absoluta? Hîc S. Th. *art.* 4. Bon. *art.* 1.

cente Alcuino *super Genes.* Deus operari dicitur. Primò; ab æterno producendo Verbum, per quod omnia creauit, & in quo omnia dispoſuit. Secundò, in primordio mundi, edendo materiam omnium creaturarum. Tertiò, spatio sex dierum, inducendo in illam varias species formarum. Quartò deindè, eam quotidie reformando, tum similibus formis, quæ primarum interitum substituant; tum etiam aliis, quæ in earum semine & virtute continebantur. Postremo igitur modo nunc Deus operari dicitur. Cum quo stat, die septimo à creatione nouarum formarum, quæ in prioribus non continentur, requieuisse.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An mundus fuerit in tempore creatus? hîc S. Thom. *art.* 2. Bonau. *art.* 2. *quæst.* 2. Suarez *lib.* 1. *de opere sex dierum, c.* 2. Valent. 1. *p. disp.* 3. *q.* 3. *part.* 1. Perer. *in Genes. c.* 1. *vers.* 1, Salianus *tom.* 1. *c.* 4. Cornel. *in Genes. c.* 1. *vers.* 1. Tanner. 1. *p. d.* 6. *q.* 1. *dub.* 3. Auersa *q.* 31. *Philos. sect.* 7. Rubius *lib.* 8. *Physicorum, quæst.* 1. Caiet. Zumel, & alij Interpretes S. Thom. 1. *p. q.* 46. *art.* 1. *&* 2.

Quæst. II. An potuerit ab æterno creari? De quo *dist.* 1. *q.* 6.

Quæst. III. An Deus mundum simul creauerit? An successiuè sex diebus naturalibus? Hîc S. Th. *articul.* 2. *&* 3. Bonauent. *articul.* 1. *quæst.* 1. Suarez *lib.* 1. *de opere sex dierum, cap.* 10. 11. *&* 12. Valentia 1. *parte, disp.* 5. *quæst.* 2 *part.* 2. Perer. *in Genes. libro* 1. *disp.* 1. Salian. *tomo* 1. *cap.* 5. Caietan. & Zumel,

cum

cum S. Thom. 1.*part. quæst.* 74.*art.* 2. Molina, 1.*part. tract. sex dierum, disp.* 1. Granadus 1. *controuers.* 8.*tr.* 3. *disp.* 5. Tanner. 1.*p. disp.* 6.*q.* 1.*dub.* 4. Hurtado *disp.* 3. *de cœlo, sect.* 1.

Quæst. IV. An Angeli simul cum cœlo fuerint creati? Hìc S. Thomas *articul.* 5. Alij relati *distinct.* 2. *quæst.* 1.

Quæst. V. An simul cum cœlo creata fuerint elementa? Hìc S. Thomas *art.* 5. Bonauent. *art.* 1.*q.* 3. Suarez *lib.* 1.*de opere sex dierum, cap.* 8. Perer. *in Genes. cap.* 1.*vers.* 1. Salian. *tom.* 1.*cap.* 11. Tanner. 1.*p. disp.* 6. *q.* 2.*dub.* 2.

Quæst. VI. Quodnam sit cœlum in principio creatum? Suarez *lib.* 1.*de sex diebus, c.* 1.& *sequentib.* Valentia 1.*p. disp.* 5.*q.* 2.*p.* 1. Pereir. *in Genes. cap.* 1.*vers.* 1. Salian. *tom.* 1.*c.* 6. Cornel. *in Genes. cap.* 1.*vers.* 1. Molina 1.*parte, tract. sex dierum, disputat.* 3. Granad. 1. *parte, controu.* 8.*tract.* 2. *disp.* 1. Tanner. 1. *parte, disputat.* 6.*quæst.* 2.*dub.* 1.& 2. Hurtado *disp.* 3. *de cœlo, sect.* 2. Caietan. Zumel, & alij cum Sancto Thoma 1. *p.q.* 66.*art.* 3.

Quæst. VII. An materia fuerit informis creata? Hìc Sanctus Thomas *art.* 4. Bonauent. *art.* 1.*quæst.* 1. Gabriel *quæst.* 1. Durandus *quæst.* 2. Scot. *quæst.* 2. Aureol. *art.* 2. Suar. *lib.* 1.*de opere sex dierum, cap.* 8. Valent. 1.*parte, disputat.* 5.*quæst.* 2.*parte* 1.§. *Secundò quæritur.* Salian. *tom.* 1.*cap.* 11. Cornel. *in Genes. cap.* 1. *vers.* 2. Molin. 1.*parte, tract. sex dierum, disputat.* 4. Conimb. 1.*Physic. cap.* 9.*q.* 6.*art.* 3. Caietan. Zumel, & alij 1.*p.q.* 66.*art.* 1.

Quæst. VIII. An potuerit informis creari ex naturâ rei, aut de potentia absoluta? Hìc S. Th. *art.* 4. Bon. *art.* 1.

art. 1.*q.* 1.Gregor.*q.* 2.Gab. *q.* 1. Durand.*q.* 2.Scot. *q.* 2. Aureol.*art.* 2.Suar.*lib.* 1.*de sex dieb. cap.* 8. *&* *disp.* 13. *Metaph. sect.* 4. *&* 5. *&* *disp.* 15. *sect.* 2. Valentia 1. *p. disp.* 5. *q.* 2. *p.* 1. §. *Tertiò quæritur.* Scot. *lib.* 1. *Physic. q.* 6. Conimb. 1. *Physic. c.* 9. *q.* 6. *art.* 3. Hurtado *disp.* 2. *Physic. sect.* 9. Auersa *tomo* 1. *Philosoph. col.* 528. *&* *sequentib.* Arriaga *disp.* 2. *Physic. sect.* 6. Rubius *lib.* 1. *Physic. tract.* 2. *q.* 5.

Quæst. IX. An materia cœlestis, & sublunaris sint eiusdem speciei? Hîc S. Thom. *art.* 1. Bonauent. *art.* 2. *quæst.* 1. Gabriel *quæst.* 2. Durand. *q.* 1. Suar. *disput.* 13. *Metaphysic. sect.* 11. *&* *lib.* 1. *sex dier. cap.* 5. Valentia 1. *p. disp.* 5. *q.* 2. *p.* 1. §. *Quartò quæritur.* Mol. 1. *p. tract. sex dierum, disp.* 5. Tann. 1. *p. d.* 6. *quæst.* 2. *dub.* 4. Vallesius *Philos. sac. cap.* 89. Delrius *in Genes. cap.* 1. Salmeron *tomo vlt. in* 2. *Petri, cap.* 3. *disp.* 4. Fonseca *in Metaph. c.* 4. *q.* 2. Hurtad. *disp.* 1. *de cœlo, sect.* 2. Auersa *de cœlo, q.* 33. *sect.* 1. *&* 6. Arriaga *disp.* 2. *Physic. sect.* 11. Rub. *de cœlo, lib.* 1. *cap.* 1. *quæst.* 6. Caiet. Zum. & alij cum S. Th. 1. *p. q.* 66. *art.* 2.

Quæst. X. An sit creata, aut potuerit materia cœlestis ex se ad vnicam tantùm formam determinata? Caiet. 1. *p. quæst.* 66. *art.* 2. Achillin. *lib.* 1. *de Orbibus, cap.* 2. Suar. *disp.* 13. *Metaph. sect.* 11. Conimb. 1. *de cœlo, c.* 2. *q.* 6. *art.* 4. Rub. *c.* 2. *q.* 8. Albertus *de quatuor coæuis, q.* 2. *art.* 6. Auersa *q.* 33. *de cœlo, sect.* 9.

Quæst. XI. An cœlum sit corpus simplex, potueritve corpus esse simplex absque compositione materiæ, & formæ? Tannerus 1. *p. disp.* 6. *q.* 2. *dub.* 4. Rub. *lib.* 1. *de cœlo, cap.* 2. *q.* 5. Hurtado *d.* 2. *de anima,* §. 49. *&* *d.* 1. *de cœlo, sect.* 1. Suarez *d.* 13. *Metaph. sect.* 10. Conimb. 1. *de cœlo, c.* 2. *q.* 4. *art.* 3. Auersa *quæst.* 33. *de*

cœlo,

cœlo, sect. 5. Zimara *theorem.* 107. Zabarel. *de cœlo, c.* 6. Piccolom. *c.* 10. Raguseius *d.* 13. *perip. c.* 7. & 8. Caiet. Bañez, Zumel, & alij cum S. Th. 1. *p. q.* 66. *art.* 2. Venetus *de cœlo, c.* 2. Sotus 2. *Physic. q.* 1. Cremoninus *de cœlo, sect.* 3. Arriaga *disp.* 5. *Physic. sect.* 3.

Quæst. XII. An formæ substantiales primùm sint productæ per veram creationem, an per generationem? Suar. *lib.* 1. *sex dier. c.* 1. Molina 1. *p. tr. sex dier. d.* 2. Auersa *q.* 31. *Phil. sect.* 6.

Quæst. XIII. An omnes formæ substantiales corporeæ nunc existentes, quoad species in principio creatæ sint, aut in creatis in principio contineantur? Suar. *lib.* 2. *sex. dier. c.* 11. Valent. 1. *p. d.* 5. *q.* 4. *p.* 1. Caiet. Zumel, & alij cum S. Th. 1. *p. q.* 73. *art.* 1. & 2.

DISTINCTIO XIIII.

Quæ fuerit prima distinctionis operatio.

CONclusio est: Post Angelos conditos, & creatam rudem, & informem omnium corporum massam primò Deus edidit lucem, quæ tempora in dies, noctésque distingueret. Constat ex illo Genes. 1. *Dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux; & diuisit lucem à tenebris, appellauitque lucem diem, & tenebras noctem: & factum est vespere, & mane dies vnus.* Accedit congruens ratio. Expediebat enim, vt Deus præualeret ornatui creaturarum per lucem, quæ eximias earum differentias patefaceret. Sed in hoc opere efformando aliquot dubitationes occurrunt.

2 Prima dubitatio eſt: An ea lux fuerit ſpiritualis an corporea? Auguſtinus *lib.1.de Gen.ad lit.c.3.* voluit eſſe ſpiritualem, nempe, ſplendorem gratiæ iuſtificantis, qua Angeli boni priùs creati informes ſine gratia, & ſub creatione cæli comprehenſi, poſteà dono gratiæ illuſtrati ſunt, & à malis tenebrarum Principibus diuiſi. Verùm litterali ſenſu ea lux corporea fuit, quippe lucidum corpus ex præiacenti materia formatum, ex ſe emiſſiuum lucis Proprius enim ſenſus ſuperioris textus lucem corpoream ſignificat.

3 Secunda dubitatio eſt: Vbinam ea lux corporea producta fuit? Ibi primùm eam lucẽ apparuiſſe veriſimile eſt, vbi Sol quotidiano curſu circunuehitur. Is enim aptior erat locus, vt cæteris operibus præluceret, & eodem tramite circunuectus primùm occidens deinde oriens, & vespere, & mane, diem, & noctem diſtingueret. Neque obſtabat abyſſus omnem altitudinem tegens: Nam aquæ tunc rariores erant, eóque capiendæ lucis aptiores; nautæ enim rarefacientes aquas oleo emiſſo ex ore, reddunt illuſtriores eas, vt profunda maris perluſtrent.

4 Tertia dubitatio: Quomodo accipiatur dies cum illa luce incipiens. Interdum dies accipitur lux ipſa illius corporis lucidi tenebras priores depellens, ſeu actio illuminatrix ipſius ſeorſim à tenebris. Veriùs tamen dies accipitur ſpatium vigintiquatuor horarum complectens illuminationem lucis, & noctem, iuxta illud: *Factum eſt veſpere, & mane dies vnus.* Vnde lux illa ſuo curſu priùs fecit veſpere, & poſteà mane ſpatio vigintiquatuor horarum, quæ diem integrum expleuerunt. At primus dies mane non habuit; ſed primum mane, quod ea luce factum eſt, non incluſiuè,

ſed

ſed excluſiuè ad primum diem pertinuit. Mane enim eſt initium diei nondum plenam lucem complectens. At illud corpus plena luce incepit illuſtrare orbem. Itaque primum mane fuit initium ſecundæ diei, quæ vſque ad mane ſecundum excluſiuè computatur. Vnde prima computatione dies naturales à mane vſque ad mane, comprehendentes noctem, poſtremam ſui partem, recenſebantur. Poſteà verò à veſpere ad veſpere comprehendentes noctem, primam ſui partem, computati ſunt, vt myſticè ſignificaretur peccatum hominum præcedens, & lux mundi Chriſtus tenebrarum depulſor ſuperueniens, iuxta illud Pauli Eph. 5. *Eramus aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino.* Porrò noctes illo triduo omninò tenebroſæ fuerunt, obſcurioréſque ſequentibus, cùm nondum creata fuiſſent luminaria, quæ nocti prælucerent.

5 Quarta dubitatio: Quare Sol poſteà creatus eſt, ſiquidem ad illuſtrandum orbem, & diſtinguendum dies, corpus illud lucidum ſufficeret? Ratio poteſt eſſe: vel, quia corpus illud ſuperiora tantùm corpora illuſtrabat; & Sol ad illuſtranda inferiora neceſſarius fuit: vel, quia in illa ruditate mundi non fuit lux omninò adulta, & perfecta, qualis fuit ſplendor Solis ad rerum generationes neceſſarius. Vndè Sol ex illius corporis materia formatus fuit, aut in eam partem cœli, ex qua Sol formatus fuit, ſucceſſit, quin ſuperiori Solis luce valeat diſcerni.

6 Quinta dubitatio: Quænam fuerit loquutio illa, qua dixit Deus; *Fiat lux* Auguſtinus *lib. 1. ſuper Geneſ. cap. 1. 4. & 9.* reſpondet: Non fuit formatio aliqua temporalis, & corporea vocis; ſed loquutio æterna, qua Verbum expreſſit lucis, &

omnium creaturarum productiuum: tum, quia nulla tunc erat lingua corporea, quæ illam ederet vocem: tum, quia nullus erat corporeus *auditus*, in quem dirigeretur. Illa igitur loquutio tantùm fuit æterna sui Verbi, atque Filij prolatio. Quare Psalm. 103. dicitur: *Omnia in sapientia fecisti.* hoc est, in Filio. Ad Hebr. 1. *Per quem fecit & sæcula.* Psalm. 32. *Verbo Domini cœli firmati sunt.* Quibus significatur, simul cum Patre Verbum, seu Filium, cum Spiritu sancto conuenisse in productionem creaturarum.

7 Volunt vltrà Hæretici, etiam significari, Verbum fuisse instrumentum, quo Pater vsus fuit ad formandum creaturas: quia Filius non dicitur operari per Patrem, sicut Pater dicitur operari per Filium. Sed respondetur: Hæc loquutionis diuersitas non arguit Filium esse instrumentum Patris; sed Filium operari per virtutem acceptam à Patre; Patrem verò per virtutem, quam habet à se, & non à Filio, neque ab alia persona, quod indicat authoritatem Patris. Item, Patrem genuisse Filium opificem creaturarum; non verò è contra: sicut Pater dicitur iudicare per Filium, quia Filium genuit iudicem creaturarum. Ita Chrysostomus *hom. 2. in cap. 1. ad Heb.*

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Quænam fuerit lux primo die creata; spiritualis, an corporea; substantialis, an accidentalis; Sodistincta: an indistincta quoad speciem à luce Solis; Hîc S. Thom. *art. 2. & 3.* Bonau. *articul. 1. & 2. quæstion. 1.* Gabriel *articul. 1.* Scot. *quæstion. 1.* Dur. *quæst.*

*q.*1.Aureol. *art.*1. Suarez *lib.*2. *sex dier. cap.*1.*&* 2. Valentia 1.*p. disp.*5.*q.*3.*p.*1. Perer. *in Genes. cap.*1. *versic.*3.Salian.*tomo* 1.*die* 1.*à n.*2.Cornel.*in Gen.cap.*1.*vers.*3. Molina 1.*p.tract. sex dier.disp.*7. Granad.1.*p.controuers.*8. *tract.*2.*disput.*2. Tanner.1.*p. disp.*6.*q.*6.*dub.*3. Arriaga *disp.*1.*de cœlo, sect.*6. Caiet. Zumel, & alij cum S.Thoma 1.*p. q.*67.*art.*1.*& seq.*

Quæst. II. Quo loco, & tempore lux illa extiterit? Hîc S.Th.*art.*4.Gab.*art.* 3.Aureol. *art.*1.Suarez *lib.*2.*sex dier.c.*3. Perer.*in Gen.c.*1.*vers.*3. Tann.1.*p.d.*6.*q.*2.*dub.*3.

Quæst.III.Qua ratione factus sit primus dies? Hîc Bonauent. *artic.*1.*quæst.*2. Gabr.*artic.*2.*&* 3.Valent.1.*p.disp.*5.*q.*3.*p.*1. Perer. *in Gen.cap.*1. *vers.*3.Salian.*tomo* 1.*die* 1.*à n.*8.Corn.*in Gen.cap.*1.*vers.*5.Molina 1.*p.tr.sex. dier.d.*7.*&* 8.Gran. 1.*p.contr.*8. *tr.*2.*disp.*2. Tann.1.*p.d.*6.*q.*2.*dub.*3.

Quæst.IV. An verbo aliquo creato Deus produxerit lucem? Hîc Bonau.*in lit.dub.*3. Corn.*in Gen. c.*1. *vers.*3.

Quæst.V.An produxerit Verbo increato, aut Spiritu sancto per se conferentibus ad creaturarum distinctionem? Hîc S.Th.*art.*5.Bonau.*in lit.dub.*3.Alij *lib.*1.*dist.*29.*q.*7.

DISTINCTIO XIV.

De opere secũdæ diei, qua factũ est firmamẽtum.

PRima conclusio: *Secundo die factum est cœlum sydereum, interiectum aquis superioribus, &*

inferioribus. Conſtat ex ſacro Textu: *Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis: diuisitque aquas, quæ erant ſub firmamento, ab iis, quæ erant ſuper firmamentum.* Nam, vt ſentit Beda, nomine firmamenti ſignificatur cœlum ſydereum. Vnde hoc cœlum ex materia aquæ confectum eſt, videlicet, illâ, quæ occupabat ſpatium, quod cœlo ipſo repletum eſt. Poteſt enim ex aquis corpus ſolidum, & perſpicuum formari; cum cryſtallus ex aquis coaleſcat. Eadem ſoliditate aquæ ſupra cœlum coaluerunt. Neque mirum eſt, eas natura labiles ſupra cœlum teneri, cùm aquæ in nubes addenſatæ in aëre conſiſtentes ſint. Quo autem fine aquæ ſupra cœlum aſſeruentur, Deus nouit.

2 Hæc tamen omninò certa non ſunt. Nam Auguſtinus arbitratur, cœlum ſydereum non ex aquis, ſed ex igne confectum. Item, aquas cœlo ſuperiores non ſolidas, ſed fluidas exiſtere, & in vapores leuiſſimos exhalare. Ad hæc, non eſt notum, cuius figuræ cœlum ſit. Item, an ſit mobile, an immobile? Vt mobile iudicetur, non obeſt firmamentum dici: nam firmamentum dici potuit propter conſtãtem, & incorruptibilem exiſtentiam; quamuis motione locali volubilem. Neque vt immobile ſit, obeſt, aſtra ei inſidentia moueri: quia cum eius quiete poteſt eſſe in eo aſtrorum motus. Secretum etiam eſt, quare Deus non laudauerit cœlum ſydereum, ſicut alia opera, dicens: *Vidit Deus, quod eſſet bonum.* Fortè, quia factum eſt die ſecundo: binarius enim numerus initium diuiſionis eſt.

3 Secunda concluſio: Die tertio congregauit Deus aquas cœlo inferiores in vnum locum, ſerenauit aërem, & fœcundauit terram. Sic ſacer Textus: *Congregentur*

gregentur aquæ in locum vnum. Et apparuit arida. Congregatæ dicuntur aquæ: quia primùm rarissimæ productæ, & in nubes vsque in cœlum expansæ, & hoc die concretæ, & condensatæ sunt, vt minùs loci spacium occuparent. Quò illæ intra concauitates terræ, & intra maris terminos concludi potuerunt. Locus autem dicitur vnus: quia fluuij, & fontes ex terrę concauis manentes continui sunt cum mari, in quod omnes fluunt. Eo factum est, vt aër illustrior, & lucidior existeret, & terra germinibus aptior; atque ita eodẽ die protulit herbã virentẽ, arboresque fructiferas.

4 Tertia conclusio: Quarto die ornauit Deus firmamentum, Sole, Luna, & stellis in temporum signa. *Dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli,* &c. Hoc die incepit Deus ornare principes partes mundi, scilicet, firmamentum, aërem, aquam, & terram, quas diebus præcedentibus disposuit. Quia verò inter omnes præstantissimum est cœlum, ideò primum ei ornatum pulcherrimis luminaribus dedit: deinde verò aër volatilibus, aqua piscibus, terra animalibus sua ornamenta acceperunt. Porrò Sol dispositus est illustrando orbi, saluti hominum, fœcunditati terræ, eiùsque absentia in nocte consulit necessariæ quieti, & somno. Solis vicaria dedit nocti cætera astra, vt ea hominibus, & animalibus prælucerent, eorúmque operibus seruirent. Omnia luminaria *in signa & tempora* nobis data à Deo dicuntur. *In signa*, scilicet, qualitatum, quæ nobis nociuæ, aut proficuæ de cœlis deriuantur. *In tempora*, scilicet, Ver, Æstatem, Autumnum, & Hyemem. Aut *in signa, & tempora*, in diuisionem horarum, dierum, & annorum, quibus tempora distinguantur, & annotentur.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An ſupra cœlum ſydereum ſint aquæ naturales? Hîc S. Thom. *art.* 1. Bonau. *art*, 1. *quæſt.* 1. Gab. *art.* 1. Dur. *quæſt.* 1. Suar. *lib.* 2. *ſex dierum, cap.* 4. Valent. 1. *p. diſp.* 5. *quæſt.* 3. *p.* 2. Perer. *in Geneſ. verſic.* 6. Salian. *tomo* 1. *die* 2. *à num.* 13. Cornel. *in Geneſ. cap.* 1. *verſic.* 6. Molina 1. *p. tract. ſex dier. d.* 10. Granad. 1. *p. controu.* 8. *tract.* 2. *d.* 3. Tann. 1. *p. diſp.* 6. *quæſt.* 3. *dub.* 1. Hurtad. *d.* 3. *de cœlo, ſect.* 3. Caiet. Zumel, & alij cum S. Thom. 1. *p. q.* 68. *art.* 2.

Quæſt. II. An materia cœli ſyderei ſit eiuſdem ſpeciei cum materia ſublunari? Hîc S. Thom. *art.* 1. Bonau. *art.* 1. Alij *diſt.* 12. *q.* 9.

Quæſt. III. Quænam fuerit aquarum diuiſio? Suarez *lib.* 2. *ſex dierum, cap.* 4. Valent. 1. *p. d.* 5. *q.* 3. *p.* 2. Perer. *in Geneſ. verſic.* 6. Salian. *tomo* 1. *die* 3. Granad. 1. *p. controuerſ.* 8. *tract.* 2. *d.* 3. Caiet. Zumel, & alij cum S. Th. 1. *p. q.* 68. *art.* 3.

Quæſt. IV. Quid ſit firmamentum? Hîc S. Thom. *art.* 2. Bonau. *art.* 1. *&* 2. Scot. *quæſt.* 2. Suarez *lib.* 2. *ſex dierum, cap.* 5. Salian. *tomo* 1. *die* 2. *à num.* 1. Granad. 1. *p. controuerſ.* 8. *tract.* 2. *diſp.* 3. Tannerus 1. *p. diſp.* 6. *q.* 3. *dub.* 1. Hurtad. *diſp.* 3. *de cœlo, ſect.* 3. Caiet. Zum. & alij 1. *p. q.* 68. *art.* 1.

Quæſt. V. An cœlum moueatur ab Angelo, an à ſe, aut immediatè à Deo. Hîc S. Thomas, *art.* 3. Bonau. *art.* 3. Gabr. *art.* 3. Aureolus *quæſt.* 2. Perer. *in Geneſ. lib.* 2. *quæſt.* 5. Tanner, 1. *p. diſp.* 6. *quæſt.* 4. *dub.* 3. Leſſius *de perfect. diuin. cap.* 8. Conimbric. *lib.* 2. *de cœlo, cap.* 6. *quæſt.* 5. Sotus 2. *Phyſic. quæſt.* 11. Auerſa *de cœlo, quæſt.*

quæst.34.*sect*.7. Toletus *ibidem*. Suarez *disp*.18. *Metaph.sect*.3.*num*.36.Rub.*lib*.1.*de cælo*,*c*.2.*q*.8. Vallesius *controuers*.11.Albertin.de Saxon.8. *Physic. quæst*, *vltima* Arriaga *disp*.1.*de cælo*,*sect*.5.

Quæst.VI. Quinam sit cœlorum numerus? Hîc S.Thomas *art*.4.Gabr. *art*.1. Scot. *quæst*.2. Perer. *in Gen.lib*.2.*quæst*.4. Mol.1.*p.tract.sex dierum*,*disp*.10. Tannerus 1.*p.disp*.6. *quæst*.4.*dub*.4. Rubius *lib*.2.*de cælo*,*c*.5.*quæst*.1.Hurtado *disp*.2.*de cælo*,*sect*.1.Auersa *de cælo q*.32.*sect*.5.Arriaga *disp*.1.*de cælo*,*sect*.4.Conimb.2.*de cælo*, *c*.5,*q*.1. Caiet. Zum. & alij cum S. Th.1.*p*.*q*.68.*art*.4.

Quæst. VII. An motus localis sit naturalis cœlo? Hîc S.Thom.*art*.3.Gab.*art*.3.Durand.*q*.2.Conimb. *c*.1.*de cælo*,*cap*.2.*quæst*.3.*art*.1. Hurtad.*disp*.2.*de cælo*,*sect*.4.Arriaga *d*.1.*de cælo*,*sect*.5.Rub.*de cælo*,*lib*.1. *c*.1.*q*.2.

Quæst.VIII.Quomodo aquæ in vnum locum fuerint congregatæ? Suarez *lib*.2.*sex dierum*,*cap*.6.Val. 1.*p*. *disp*.5.*quæst*.3.*p*.3. Perer. *in Gen*.*cap*.1.*versic*.9. Salian. *tomo* 1.*die* 3.Cornel.*in Gen*.*cap*.1. *versicul*.9. Mol.1.*p*.*tract*.*sex dierum*,*disp*.11.Granad.1.*p*.*controu*.8.*tract*.2.*disp*.4. Tann.1. *p*.*disp*.6. *q*.4. *dub*.1. Caiet. Zum.& alij 1.*p*.*q*.69.*art*.1.

Quæst. IX. An cœli influant in hæc inferiora? & an immediatè? Hîc Gabr.*art*.3.*dub*.3. Scot. *quæst*.3. Durand.*p*.2.*q*.1.S.Thom.*art*.2.Bonauent.*art*.4. *q*.2. Hurtado *disp*.2. *de cælo*,*sect*.6. Auersa *de cælo*, *q*.35. *sect*.4.& 5.Suar.*lib*.1.*sex dierum*, *cap*.5.& *disput*.22. *Metaph*.*sect*.5.Conimb.2.*de cælo*,*cap*.3.*quæst*.2.& 3. Zimara *theorem*.45.Zabarel.*de calore cæli*,*c*.9. Piccolomin.*c*.39. Rub.*de cælo*, *cap*.3.*quæst*.2. Fonseca 5.

Metaph.c.2.q.9.sect.2.& lib.7.c.7.q.3. Sotus 2.*Physic.q.4.*Arriaga *d.1.de cœlo,sect.6.*

Quæst. X. An cœli, & astra habeant vim mouendi arbitrium creatum? Indéque possint Astrologi prædicere euentus ab arbitrio pendentes? Hîc Gabr. *art.3. dub.3.*Scot.*q.3.*Dur.*p.2.q.2.* S.Th.*art.3.* Bonauent. *art.4.q.3.*Perer.*in Gen.lib.2.c.1.& sequent.* Auersa *de cœlo,q.35.sect.10.* Pennotus *de lib.arb. lib.10.c.2. & 3.*Rub.*de cœlo,c.3.q.6.*Salas 1.2.*tr.5.d.2.* Tannerus 1.2.*d.2.q.2.dub.5.*

Quæst. XI. An plantæ tertio die productæ sint viuentes? Suarez *lib.1.de anima,cap.4.* Hurt. *d.3.de anima,sect.1.* Auersa *de anima,q.46.sect.4.*Arriaga *d.2. de anima.*Interpretes Aristotelis 1.*de anima,text.3.*& S.Th.1.*p.q.18.art.1.*

Quæst. XII. An tertio die Paradisus productus sit? Qualis, & vbi? Suarez *lib.2. sex dierum,c.7.n.13.& 14.& lib.3.c.6.*Val.1.*p.d.7.q.6.p.1.*Perer.*in Gen.lib.3.*Salian.*tomo 1.die 3.à n.26.*Corn.*in Gen.cap.2.versic.8.*Molin.1.*p.tract.sex dierum,d.18.*Gran.1.*p.controu.8.tract.9.d.1.*Caiet.Zum.& alij 1.*p.q.102.* Bellarm.*de gratia primi hominis,c.10.& sequenti.*

Quæst. XIII. An ante cœli motum præcesserit tempus aliquod reale, aut imaginarium, quod potuerit esse mensura motuum? Suarez *lib.1.sex dierum,c.9.* Val. 1.*p.d.5.q.2.p.1.§.Sextò quæritur.*Corn.*in Gen.cap.1. vers.1.*Gran.1.*p.contr.8.tr.2.d.1.n.11.* Tann.1.*p.d.6.q.1.dub.4.*Caiet.Zum.& alij 1.*p.q.66.art.4.*

Quæst. XIV. An omnia astra suam lucem mutuentur à Sole? Perer.*in Gen.cap.1.vers.14.*Auersa *de cœlo q.35.sect.2.& 3.* Conimbr.2.*de cœlo,cap.7.q.4.* Rubius *q.1.* Molina 1.*p.tract.sex dierum,disp.15.* Phil-

laten s

lateus *de cœlo, ad text.* 55. Galilæus *de maculis Solis, epist.* 3. Camillus *de cometis, lib.* 5. *cap.* 1.

Quæst. XV. Quanta sit præstantia Solis? Et an aliqua viuentia nobilitate vincat? Marsilius 1. *q.* 1. *art.* 2. *disp.* 6. & 7. Zumel, & Bañez 1. *p*, *q.* 3. *art.* 1. Perer. *lib.* 2. *Physic. cap.* 6. Rubius 2. *de cœlo, cap.* 1. *q.* 2. referens Ferraram, Capreolum, Soncinatem, Richardum, Gabrielem, & alios.

Quæst. XVI. An cœlum sydereum sit corpus simplex? Possítve esse? Hic Gabr. *art.* 3. *dub.* 2. Scot. *q.* 1. Aureol. *q.* 1. *art.* 1. & 2. Alij relati *dist.* 12. *q.* 11.

DISTINCTIO XV.

De opere quintæ diei, quando creauit Deus ex aquis volatilia & natatilia.

PRima conclusio: Quinto die formauit Deus aues, & pisces. Sic textus: *Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram,* &c. Quibus Deus ordinauit duo elementa, aërem, & aquam. Quanquam aues, & pisces ex vna materia aquæ construxerit.

2 Secunda conclusio: Sexto die creauit Deus animalia terrestria: & postremò totius orbis Principem hominem. Ita Textus: *Producat terra animã viuentem, iumenta, & reptilia, & bestias terræ secundùm species suas.* Quibus adiungit: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Quo infimum elementum, terram, decorauit.

3 Sed dubitatur primò: An animalium venena nocerent homini, si non deliquisset in Deum? Negat,

nociua

nociua tunc fore venenosa animalia. Quia in solam peccati vindictam noxia esse cœperunt.

4 Dubitatur secundò: An omnia terrestria animalia eo die producta sint? Affirmat producta omnia, quæ per generationem fiunt; non verò ea, quæ ex aliorum corruptione nascuntur, vt muscæ, vermes, & similia: quia nulla tunc aderat putrefactio, ex qua manarent; atque ita ea solùm in materia, & semine eo die cœperunt.

5 Dubitatur tertiò: Quare homo postremus conditus sit? Scilicet, quia homo est totius orbis corporei dominus, & Princeps, cui congruebat priùs parari domum, quam incoleret, creaturas, quæ seruirent; bonaque omnia, quæ eius dominio subiacerent.

6 Dubitatur quartò: Quare operum creatio distincta sit per sex dies, cùm plerique sentiant, omnia esse creata simul, maximè cœlum, & quatuor elementa. Voluit Augustinus, ideò per dies esse distincta, vt rudes populi, quibus Moyses historiam retulit, clariùs ea perciperent, & simultanea omnium editione minimè confunderentur. Verius tamen est, esse distincta per dies: quia re vera successiuis interuallis condita sunt: tum, quia is sensus Scripturæ sacræ est germanior: tum, quia omnibus Scriptoribus Catholicis probatior.

7. Tertia conclusio: Die septimo finem imposuit Deus fabricæ creaturarum: scriptum est enim: *Requieuit die septimo ab omni opere, quod patrarat.* Requieuisse dicitur, non, quia labore operis defatigatus significetur; sed, quia ab agendo nouas species rerum cessauit; sicut *Apoc.* 4. dicitur: *Non habebant requiem dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus,* hoc est, non cessabant

bant Dei sanctitatem prædicare. Quamuis tamen à nouo creaturarum genere condendo vacauerit Deus: cæterùm semper intendit in conseruationem, & reformationem priorum, & aliarum, quæ in earum semine continentur, eductionem, iuxta illud Ioann. 5. *Pater meus vsque modò operatur.* de quo vide *dist.12.conc.4.*

8 At obiicitur: Die septimo dicitur Deus, *compleuisse opus suum,* vel iuxta aliam translationem, *consummauisse.* Ergo aliquid die illo circa sua opera elaborauit. Respondetur: Deus eo die opus suum compleuisse refertur; non, quia quidquam denuò creauit; sed, quia sua benedictione, & sanctificatione impleuit: vidit enim Deus cuncta, quæ fecerat, & ea inuenit *valdè bona*: quia non solùm in ordine ad se; sed etiam in ordine ad constitutionem totius vniuersi bona contuitus est. Ideò *Benedixit diei septimo, & sanctificauit illum.* Quo dies septimus, scilicet, Sabbathū referens eum diem mysticè, *sanctificatus* dicitur, & tanquàm sanctus lege coli, obseruarique præcipitur, iuxta illud Exodi 20. *Memento sanctificare diem Sabbathi.* En quare die septimo opus suum Deus compleuisse, seu consummasse dicitur. Nisi velis aliter id intelligi, scilicet, quia eo die illud completum, & omnibus numeris absolutum contemplatus est.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An animalia quinto die producta, bina tantùm producta sint? Suarez *lib.2.sex dierum, cap.*10. Salian. *tom.*1.*die* 5.*à n.*17.

Quæst. II. An omnes species animalium eo die productæ sint? Suar. *lib.2.sex dierum, c.*10. Val.1.*p.d.*5. *q.*3.*p.*

*q.3.p.6.*Perer.*in Genes.c.*1.*vers.*24.Salian.*tom.*1.*die 6.* Cornel. *in Genes.cap.*1.*vers.*24.Molin.1.*p.tr.sex.dier. cap.*20. Granad.1. *p.cont.*8.*tr.*3.*d.*3. Tann.1.*p.d.*6. *q.*5.*dub.*1.

Quæst. III. An animæ brutorum, siue perfectorum, siue imperfectorum, indiuisibiles creatæ sint? Conimb.*lib.*2.*de anima,cap.*1.*q.*8.Hurtado *disp.*2.*de anima.sect.*4.Tolet.*lib.*2.*de anima,q.*5.Perer.6. *Physicor.cap.*3.Rubius 2.*de anima,cap.*1.*&* 2.*q.*3.Murcia *ibidem,d.*1.*q.*5.Marcellus 1.*de anima,cap.*9.Auersa *q.* 46.*de anima,sect.*3.Arriaga *d.*2.*de anima,sect.*4.Suar. *lib.*1.*de anima, cap.*13.

Quæst. IV. An elementa maneant formaliter in mixtis animantibus? Hîc Gab.Greg.& Scot.*q.*1.Aureol.*q.*2.Conimbric.1. *de generatione,c.*10.*q.*3. Hurtado *d.*6.*de generatione,sect.*2.Suar.*d.*15. *Metap.sect.* 10.Tolet.1.*de generatione,cap.*10.Vallesius *lib.*1.*cont. cap.*1. Aresius *lib.*1. *de generatione*, *quæst.*51. *sect.*4. Auersa *quæst.*43.*de generatione,sect.*3.Arriaga *disp.*11. *Physicorum.*

Quæst. V. Quomodo Deus sexto die hominem condiderit? Suarez *lib.*3.*sex dierum.cap.*1.*& sequentibus.*Valent.1.*p.disp.*7.*quæst.*1.*p.*1.*&* 2. Salian. *tom.*1. *die sexto,à num.*13.Cornel.*in Genes.cap.*2.*vers.*7.Mol. 1.*p.tract.sex dierum,disp.*11.*& sequenti.* Tanner.1.*p. disp.*6.*quæst.*5.*dubio* 1.Hurtado *disp.*3.*de cælo*, *sect.*6. Caiet.Zumel,& alij 1.*p.quæst.*91.*&* 92.Granad.1.*p. contr.*8.*tr.*4.*disp.*2.

Quæst. VI. An, & qua ratione homo conditus sit ad imaginem,& similitudinem Dei? Suarez *lib.*3.*sex dierum,cap.*8.Valent.1.*p.disp.*7.*quæst.*3.*p.*1.Salianus *tomo* 1.*die sexto,à num.*38.Perer.*in Genes.lib.*4. Cornel.

nel. *in Genes.c.1.vers.26.* Tanner. 1.*p.disp.6.quæst.5.* *dub.*1. Caiet.Zumel,& alij 1.*p.quæst.*93.Ruiz *de Trinitat,disp.*44.*sect.*5.*& sequentibus.*Granad. 1. *p.cont.* 8.*tr.*4.*disp.*5.

Quæst. VII. An homo conditus sit à Deo, non solùm vt vno, sed etiam vt trino? De quo relati *lib.*1. *distinct.*29.*quæst.*7.

Quæst. VIII. An sexto die Deus sic compleuerit opus suum, vt deinde nullam speciem creaturarum denuò produxerit? De quo relati *dist.*12.*q.*13.

Quæst. IX. An sex dies creationis mundi sint successiui,& naturales; an intentionales, & simultanei? Hîc S.Th.*q.*3.*art.*1.Alij relati *dist.*12.*q.*3.

DISTINCTIO XVI.

De hominis creatione.

PRimùm egit Magister de creatura purè incorporea,scilicet,Angelo:deinde de purè corporea, scilicet, de orbe materiali, Nunc aggreditur differere de creatura partim corporea,partim incorporea, scilicet, homine. Quia verò *ex distinctione præcedenti* eum supponit in lucem editum; modò qualis editus sit, incipit explanare; explanaturus deinde,quando lapsus,& reparaturus fuerit.

2 Igitur prima conclusio est: Homo conditus est ad imaginem, & similitudinem Dei, vnius, & trini. Constat ex illis verbis Genes.1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Vbi, interprete

Beda,

Beda, illud, *faciamus*, denotat Trinitatem personarum; & opus indiuisum illarum, hominis creationem fuisse, Illud verò, *ad imaginem, & similitudinem nostram*, earum vnitatem, & æqualitatem demonstrat. Porrò, *imago* ibi duas significationes complectitur: alteram, qua bona prædicetur imago Dei: alteram, qua ipsa natura diuina proponatur imago, vt intellexit Beda. Ceterùm hæc postrema impropria est Nam imago id propriè dicitur, quod ad aliud repræsentandum productum est. Natura autem diuina, neque producta est neque aliud à se repræsentat, cum aliud à se non sit, nisi creatura, in quam repræsentandam natura diuina destinari non potest.

3 Vnde improbantur aliquorum interpretamenta, primò, ea verba non esse à Patre ad Angelos directa; sed ad Filium, & Spiritum sanctum. Quia Dei, & Angelorum non est vna, & communis imago, & similitudo, ad quam hominem condendum Angelis proponat. Secundò, imaginem ibi homini adscribi; & non soli Filio Dei; ideóque hominem esse imaginem Dei, & non solùm factum ad imaginem Dei, scilicet, Filium: tum, quia homo ab Apostolo dicitur 1. Corint. 12. *Imago, & gloria Dei.* tum, quia Filius solius Patris imago est. Homo autem factus dicitur à Patre *ad imaginem nostram*, scilicet, totius Trinitatis. Tertiò, hominem non esse factum ad imaginem Filij, & similitudinem Spiritus sancti; sed ad imaginem, & similitudinem totius Trinitatis, vt communiter intelligitur.

4 Secunda conclusio: Homo est imago, & similitudo Dei secundùm animam. Primò, quia homo est imago, & similitudo Dei, prout antecellit irrationales substantias.

substantias. Antecellit autem per animam. Secundò, quia anima plura continet, quibus refert Deum; nempè, tres potentias rationales in vna substantia; innocentiam, & iustitiam, cognitionem veritatis, & amorem virtutis; immortalitatem, & indiuisibilitatem. Tertiò, quia Augustinus *lib. de quant. anima*, ait, animam factam similem Deo.

5 Tertia conclusio: Alia longè est in homine, alia in Filio increato ratio imaginis Dei. Primò, quia homo factus dicitur; Filius Dei genitus, & non factus. Secundò, homo est imago ad imaginem Dei; Filius Dei est imago, & non ad imaginem. Nempe, homo est imago per æmulationem, & similitudinem aliquam coniunctam cum infinita distantia à Deo; Filius Dei est imago Patris per identitatem naturæ cum omnimoda æqualitate.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Quomodo Deus hominem formauerit? De quo relati *dist. præcedenti, q. 5.*

Quæst. II. An, & quomodo homo sit imago Dei? Hîc S. Thom. *art.* 2. Bonau. *art.* 1. Alij relati *distinct. præced. q. 6.*

Quæst. III. An homo eò sit Trinitatis imago, vt procedat à Deo, non solùm vt vno, sed etiam vt trino? De quo relati *lib. 1. dist. q.*

Quæst. IV. An homo sit imago Trinitatis quoad potentias realiter distinctas ab anima? Hîc Greg. *q.* 1. Scot. & Gabriel cum Okamo *q.* 1. Suarez *lib.* 3. *sex dierum, cap. 8. num. 26. & lib. 2. de anima, cap.* 1. *& disp.* 18. *Metaph. sect.* 3. Auersa *de anima, quæst. 47. sect.* 1. *de Ripalda in Mag. Sent.*

Conimb. 2. *de anima*. c. 3. q. 4. Fonseca 5. *Metaph*. c. 5. q. 1. Tolet. 2. *de anima*, c. 3. q. 9. Zabarell. *lib. de facult. anima*, c. 4. Sotus *in* 4. *dist*. 9. q. 2. *art*. 5. Apollinar. 2. *de anima*, q. 7. Caietan. Bañez, Zumel, & alij cum S. Th. 1. p. q. 77. *art*. 1. *&* q. 93. *art*. 7. Hurtado *disp*. 4. *de anima*. Arriaga *disp*. 3. *sect*. 3. Val. 1. *p. disp*. 6. q. 3. p. 2. Rubius *de anima*, *lib*. 2. c. 3. q. 1.

Quæst. V. An esse imaginem Dei adeò sit proprium hominis, vt Angelo eadem proprietate commune non sit? Hîc S. Thom. *art*. 3. Bonau. *art*. 2. Suar. *lib*. 3. *sex dierum*, c. 8. *à num*. 18. Tann. 1. *p. disp*. 6. q. 5. *dubio* 1. Salianus *tomo* 1. *die sexto*, *numero* 39. Perer. *lib*. 4. *in Genes. quæst*. 4. Valentia 1. *p. disp*. 7. *quæst*. 3. p. 1. Caiet. Zumel, & alij cum S. Thoma 1. *p*. q. 93. *art*. 3.

Quæst. VI. An esse imaginem in Deo sit essentiale, an notionale, & proprium Verbi? De quo relati *lib*. 1. *dist*. 28. q. 6.

DISTINCTIO XVII.

De creatione animæ.

PRima quæstio est: An anima hominis facta sit ex nihilo? Sententia affirmans vera est. Quia non est facta ex corpore, neque ex substantia Dei. Aliud autem non est, ex quo fieri posset. Ex corpore quidem factam non esse, constat ex illis verbis Genes. 2. *Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ*. quibus animæ productio describitur. Tum, quia ex illis anima spiritus

ſpiritus eſt : ſi autem de corpore fieret, non eſſet ſpiritus. Tum, quia ea verba notant, animam eſſe corpori infuſam, non ex corpore eductam. Infuſa autem non eſſet, ſed educta, ſi de corpore fieret. Inſpiratio enim, ſeu iuxta aliam litteram, inſufflatio animæ non fuit corporea, quaſi faucibus facta ; ſed incorporea omninò, facta ſolâ voluntate Dei, independenter à ſubiecto. Neque eſſe factam ex ſubſtantia Dei, oſtenditur. Quia, ſi de ſubſtantia Dei fieret, non poſſet mutari, neque decipi, neque in peccatum adduci, neque aliis imperfectionibus ſubiici, quibus Dei ſubſtantia ſubiecta non eſt.

2 Obiiciunt Manichæi, & Priſcillianiſtæ: Deus fecit animam inſufflando, ſeu inſpirando, vt ex verbis ſuperioribus cõſtans eſt. Inſpirare autem, ſeu inſufflare eſt de ſe ſpiritum educere, ſeu emittere. Ergo de ſua ſubſtantia emiſit illam. Reſpondet: Deus dicitur inſufflaſſe in hominem tropicè, ſolùm quia hominis flatum, ſeu ſpiritum fecit. Iuxta illud Eſaiæ: *Omnem flatum ego feci*: ſcilicet, omnem ſpiritum, ſeu animam rationalem.

3 Quæſtio ſecunda : An anima hominis facta ſit extra corpus ? Si primum hominem excipiamus, certiſſimum eſt, animas reliquorum hominum coniunctas corpori creari. Error enim fuit Origenis, & aliorum ; omnes animas ſeiunctas à corpore ſimul cum Angelis creatas, & ex præſcientia operum ipſarum in his, vel illis corporibus, tanquàm in carcere, concluſas. Si verò de anima primi hominis ſermo eſt, nihil certò decernitur. Nam Auguſtinus *lib. 7. de Gen. ad lit. cap. 24.* docet, illam productam eſſe cum Angelis ; poſteà verò corpore iam formato, infuſam eſſe. Alij verò ſentiunt, eam vnitam corpori, fuiſſe creatam,

Quod colligunt ex illis verbis; *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Quibus indicatur, ſimul fuiſſe creatam, & corpori infuſam. Per faciem enim totum corpus exprimitur: quia in facie exiſtunt omnia organa vitæ, quam anima corpori tribuit.

4 Quæſtio tertia: An anima infuſa ſit corpori iam adulto in ætate virili? Tenenda eſt ſententia affirmans, quam tuetur Auguſtinus *lib. 6. de Geneſ. ad lit. cap. 13. & 14.* Quia, licèt cauſæ ſecundæ id agere non poterant, poterat agere cauſa prima, cui cauſæ ſecundæ ſuapte natura obediunt. Congruens autem erat, vt in prima creatione, ita vteretur Deus ſua poteſtate. Vnde talis formatio contra naturam non fuit.

5 Quæſtio quarta: An Deus formauerit, ſeu animauerit hominem extra Paradiſum? Affirmat Moyſes *Geneſ. 2.* dicens, hominem priùs formatum *tuliſſe Deum, & poſuiſſe in Paradiſo voluptatis, quem plantauerat à principio.* Nam, ſi poſteà in Paradiſo poſitus eſt. Ergo priùs fuit extra Paradiſum formatus. Quod ideò factum eſt, vt incolatum Paradiſi non adſcriberet homo naturæ, ſed gratiæ.

6 Porrò Paradiſus, in quem homo tranſlatus eſt, ab aliis accipitur tantùm ſpiritualiter, pro Eccleſia; ab aliis tantùm materialiter; ab aliis vtroque ſenſu, materiali, & ſpirituali. Quibus aſſentiendum eſt. Itaque Paradiſus, cuius homo incola fuit, locus erat corporeus, amœnus, fœcundus, deliciis plenus, & omnium fructuum feraciſſimus, versùs Orientem ſitus, & vſque ad circulum lunarem altus, quem aquarum diluuia non inuaſerunt. Inter varia arborum genera, duæ principes erant. Altera vitæ, quæ comedentibus ſtabilem, & immortalem ſanitatem occulta, diuináque

virtute

virtute præstabat. Altera scientiæ boni, & mali, quæ comedentibus, scientiam experimentalem boni, & mali conferebat. Quippe comestio eius prohibita erat, & transgredientem præceptum Dei sectabantur acerbissimæ pœnæ, quarum experientia manifestabat, quantùm boni in eius obedientia, & quantùm mali in eius inobedientia constitutum erat. Vnde etiam ante peccatum eo nomine distinguebatur ab aliis, distinguereturque, quamuis parentes non peccauissent: quia eius comestioni superior experientia annexa erat. Atque adeò solùm ex lege Dei, non ex ipso arboris genio ea scientia comedentes sequebatur. Sicut ipsius comestio non ex se mala erat; sed, quia præcepto diuino prohibita. Plura enim ex se non mala, quia prohibentur à superiore, mala sunt, cui æquum est etiam in eis obedientiam exhibere.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An anima rationalis sit spiritualis? Hîc S.Thom. *q*.1.*art*.2. Suarez *de anima, lib*. 1.*c*.9. Valent. 1.*p.disp*.6. *q*.1.*p*.1. Caiet. Zumel, & alij cum S.Th. 1.*p.q*.57. *art*.1. Auersa *q*.57.*de anima, sect*.11. Conimb. 2.*de anima, c*.1.*q*.1.*art*.2. Hurtado *disp*.2.*sect*.1. Arriaga *disp*.1.*sect*.13.

Quæst. II. An anima rationalis sit producta per creationem ex nihilo? Hîc Bonau. *art*.1.*q*.2. Gabr. *q*.1. Valent. 1.*p.disp*.6.*q*.8.*p*.2. Caiet. Zumel, & alij 1.*p*. *q*.90. *art*.2. Molina 1.*p.q*.45.*art*.1. Auersa *q*.57.*de anima, sect*.3. Conimbricens. 2. *de anima, c*.1.*q*.3. Arriaga *disp*.1.*de anima, sect*.11.

Quæst. III. An anima spiritualis sit indiuisibilis?

Q 3 Hîc

Hic S.Thomas *q.*1.*art.*2.Suar.*lib.* 1.*de anima,c.*9.13. *&* 14.Val.1.*p.disp.*6.*q.* 2.*p.*4.Caiet.Zum.& alij cum S.Th. 1.*p.q.*76.*art.*8. Auersa *q.*57. *de anima*, *sect.*1. Conimbric. 2.*de anima,c.*1.*q.*8.*art.*1.Hurtado *disp.*2. *sect.*1, *&* 3.Arriaga *disp.*1.*sect.*4. *&* 5.

Quæst. IV. An anima Adæ extra corpus producta sit? Hîc S.Th. *q.*2.*art.*2.Bonau.*art.* 1.*q.*3.Scot.*q.*1. Dur.*q.*1.Suar.*lib.*3.*sex dierum,c.*7.Val.1.*p.d.*6.*q.*8.*p.* 2. Caiet.Zum.& alij cum S.Thom. 1.*p.q.*90. *art.*4. Salian. *tomo* 1.*die sexto, n.*30.*&* 31. Auersa *q.*76. *de anima, sect.*3. Conimb. 2.*de anima*, *c.*10. *q.*3.*art.*2. Hurtado *disput.*1.*sect.*7.Arriaga *disp.*1.*sect.*10.

Quæst.V.An animus rationalis possit diuinitùs generatione educi ex subiecto? Hurtado *disp.*12.*Physic. sect.*6.& Recentiores *in manuscriptis.*

Quæst. VI. An indiuiduatio animæ sumatur ex corpore? Hîc S. Thomas *q.*1.*art.*1. Aureol.*art.*3.Caiet.Zumel, & alij cum S.Thoma 1.*p.q.*76.*art.*2.Valentia 1.*p.disp.*6.*q.*2.*p.*2.Conimb.2.*de anima, c.*1.*q.* 7.Alij *distinct.*3.*q.*2.

Quæst. VII. Quinam sit Paradisus, in quo homo constitutus est? Hic S.Thom.*q.*3.*art.*2.Bonau.*in lit. dub.*3.Gabriel *q.*2.Durand. *q.*3. Scot. *q.*2. Alij relati *distinct.*14.*q.*12.

Quæst. VIII. An lignum vitæ naturali virtute posset conseruare vitam immortalem? Suarez *lib.*3. *de sex diebus,c.*15.Molina 1.*p.tr.sex dierum, disp.*28. Val.1.*p.disp.*7.*q.*4.*p.*1.*&* 2.Caiet.Zumel, & alij cum S.Thom. 1. *p.q.*97.*art.*4. Delrius *in Genes. c.*2. *vers.* 17.Bellarminus *de gratia primi hominis, c.*18.*&* 19. Vinsfeldius *de statu innocentiæ, sect.*1.*memb.*8.Perer. *lib.*3.*in Genes.de arbore vitæ, quæst.*3. *&* 4. Vallesius

sac.

sac.Philos.c.6. Catharin. & Oleast. *Genes.2.* Tanner. *1.p.disp.6.quaest.5. dubio 2.* Salianus *tomo 1.die tertio, à numer.45.* Cornelius *in Genes.cap.2. versicul. 9.* Torniellus *die tertio.* Auersa *q.50.de anima, sect.10.* Conimb. *2.de generat.c.10.q.1.* Hurtad. *disp.1.de generat. sect.10.subsect.4.* Arriaga *disp.2.sect.5.subsect.4.* Gran. *1.p.controu.8.tr.5.disp.2.3.& 4.* Alij referendi *dist.19. quaest.3.*

DISTINCTIO XVIII.

De formatione mulieris.

Conclusio est: Post Adamum creatum, & in Paradisum translatum, formata est Eua de costa Adami dormientis. Sic Genes. 2. *Cúmque obdormisset Adam, tulit vnam de costis eius, & formauit eam in mulierem.* Primò, mulier non fuit producta simul cum viro. Tum, vt confunderetur Diabolus, qui volens superbè esse similis Deo, non obtinuit: homo verò id humiliter non volens accepit: siquidem eo factum est primum totius generis humani principium, sicut Deus, primum omnium creaturarum principium est. Tum, vt homines amore iungerentur, qui in vno parente, communique principio omnes coniuncti sunt. Secundò, de latere viri mulier formata est. Quia voluit Deus ostendere, mulierem esse sociam, & collateralem viri. Ideóque non de capite formata, ne putaret, se esse dominam; nec item ex pedibus, ne se ancillam contemneret. Tertiò, formata est de viro,

non vigilante, sed dormiente. Tum, vt Adam non sentiret dolorem ex detractione costæ. Tum, vt ostenderetur Dei mirabilis potentia, qui tam suauiter latus dormientis aperuit, vt ne quidem à somno excitaretur. Tum, vt figuraretur mysterium Ecclesiæ, quæ ex latere Christi in Cruce dormientis formata est: nam ex latere Christi fluxerunt sanguis, & aqua, significantes Sacramenta, quibus condita est Ecclesia.

2 Quæres primò: An costæ Adæ adiunxerit Deus aliam portionem materiæ, qua fieret quantitas necessaria ad formandum corpus integrum mulieris? Plerique affirmant. Rectiùs alij negant: quia aliàs mulier potiùs diceretur de materia superueniente formata, quàm de costa Adæ, cùm ea materia, Adæ costam quantitate superauisset. Igitur de sola costa Adæ formata fuit: quia diuina virtute multiplicata fuit eius materia, sicut benedictione Christi Domini quinque panes multiplicati fuerunt ad quinque mille hominum satietatem. Vnde, quamuis ministerio Angelorum extracta sit costa, & corpus mulieris formatum; Angeli tamen mulieris creatores non sunt: quia eorum virtus non extenditur ad creandum quidpiam, aut creatione multiplicandum; sed solùm ad applicandam, aptandámque materiam.

3 Quæres secundò: An virtute naturali, an obedientiali causarum secundarum ea formatio facta sit? Sententia affirmans vera, & Augustini est, qui lib. 9. *de Genes. ad lit. c.* 17. duo causarum genera distinguit. Aliæ sunt seminales, quæ in Deo, & creaturis sunt, quibus fiunt effectus naturales iuxta virtutem, & naturam, quam Deus creaturis indidit, vt homini ad generandũ hominem, arbori ad ferendum fructum.

Aliæ

Aliæ sunt primordiales, quæ in Deo tantùm sunt, & omninò abſconditæ, quibus fiunt opera gratiæ, & ſupernaturalia, vt quòd homo iuſtificetur, quòd ſterilis pariat, quòd virga repentè floreat, fructumque ferat. Quæ dicuntur primordiales cauſæ; quia præcedunt omnes cauſas creatas: item plures; quamuis à Dei potentia, atque voluntate indiſtinctæ ſint, quia plures ſunt effectus, quos continent. Ad quos licèt cauſæ creatæ natiuam virtutem non conferant; poſſunt tamen obedientiam, ſeu obedientialem virtutem conferre diuinæ poteſtati ſubiectam, vt de vnaquaque, quod ſibi libuerit, efficiat. Hac igitur virtute de coſta Adæ mulier formata eſt, obediente illi materia, vt in eam formationem aptaretur.

4 Quæres tertiò: An anima mulieris ex anima viri formata ſit, ſicut mulieris corpus ex viri corpore formatum eſt; & ſimiliter an, vel quæ animæ per traducem actione generatiua corporibus infundantur? Origeniſtæ volunt, omnes animas ſimul cum Angelis ex nihilo creatas. Luciferiani verò, per actionem generatiuam in corpora cum ſemine traduci. At catholica doctrina eſt, neque ab initio fuiſſe creatas, neque actione generatiua in corpora traduci. Quod Hieronymus probat ex Pſalm. 32. *Qui finxit ſigillatim corda eorum.* Ibi enim anima non ſimul, neque ex anima; ſed ſigillatim, & ex nihilo dicitur creata. Prætereà, animæ creantur à Deo, & ſimul corporibus infunduntur. At, ſi initio forent creatæ, non eſſent ſimul cum creatione corporibus infuſæ. Si verò actione generatiua per traducem fierent, non creatæ, ſed genitæ dicerentur. Actio igitur generatiua ſolùm in aptandum, & compingendum corpus ad vnionem cum

animo incumbit. Sed compacto, dispositoque corpore anima rationalis à solo Deo independenter à corpore producitur, deindéque virtute seminis, & animæ generantis corpori colligatur.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An corpus Euæ formatum sit ex costa Adæ absque accessione alterius materiæ? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 1. Bonauent. *art.* 1. *q.* 1. Gabr. *q.* 1. Durand. *q.* 1. Henricus *quodlibet.* 7. *quæst.* 9. Gregor. *q.* 1. Suarez *lib.* 3. *sex dierum, c.* 2. Molin. 1. *p. tract. sex dierum, d.* 21. Salian. *tom.* 1. *die* 6. *à num.* 107. Val. 1. *p. d.* 7. *q.* 1. *p.* 2. Perer. *lib.* 4. *in Genes. quæst.* 5. Granad. 1. *p. controu.* 8. *tr.* 4. *disp.* 3. Cornel. & alij Interpretes *in Genes. cap.* 2. *versic.* 22. Caiet. Zumel, & alij cum S. Th. 1. *p. q.* 92. *art.* 3.

Quæst. II. An Angeli potuerint assumi ad creandum corpus? Hîc S. Th. *q.* 2. *art.* 2. Bonauent. *in litter. dub.* 1. Alij relati *dist.* 1. *q.* 3.

Quæst. III. An insit materiæ, & cuilibet creaturæ potentia obedientialis ad effectus superantes virtutem naturalem? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 2. & 3. Bonau. *art.* 1. *q.* 2. Gab. *q.* 1. Dur. *q.* 2. Scotus *q.* 1. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 42. *q.* 9.

Quæst. IV. An anima rationalis per generationem producatur? Hîc S. Th. *q.* 2. *art.* 1. Bonau. *art.* 2. *q.* 2. Gabr. *q.* 1. Durand. *q.* 3. Alij relati *dist. præced. q.* 2.

Quæst. V. An diuinitus possit per generationem produci? De quo relati *d. præcedenti, q.* 5.

Quæst. VI. An anima rationalis ante corpus producatur? Hîc Bonau. *art.* 2. *q.* 2. Alij relati *dist. præced. quæst.* 4.

DISTIN

DISTINCTIO XIX.

De primo hominis ſtatu ante peccatum; ſcilicet, qualis fuerit ſecundùm corpus, & ſecundùm animam.

EXpoſitis iis, quæ homini ſecundùm naturam conueniunt, proximum eſt, exponere ea, quæ ei conueniunt ſecundùm ſtatum innocentiæ, in quo primùm creatus fuit. Quorum alia ad corpus, alia ad animam ſpectant. Nunc de pertinentibus ad corpus; ac primùm de immortalitate; ſcilicet, an immortale fuerit, diſputationem inſtituit.

2 Concluſio prima eſt: Homo in ſtatu innocentiæ fuit mortalis, & immortalis quodammodo. Nam potuit mori, & eò mortalis erat: item, potuit non mori, & eò erat immortalis. Potuit quidem mori: quia vitam agebat non ſolùm rationalem, ſed etiam ſentientem, & vegetantem, quæ ad ſui conſeruationem alimento corporeo indigebat, quo detracto ſubiret mortem. Potuit item non mori: quia potuit non peccare. Deficiente autem peccato abeſſet mors, quæ ſoli peccato erat annexa, quo ſolo in genus humanum fuit introducta. Vnde mortalitas, & immortalitas non erat homini neceſſaria, ſed libera; ideóque mortalitas erat potentia, non erat neceſſitas moriendi, ſeu impotentia non moriendi: item immortalitas erat potentia non moriendi, non impotentia moriendi. Quo mortalitas ante peccatum differebat à mortalitate poſt peccatum: quia ante peccatum non erat moriendi neceſſitas, qualis nunc poſt peccatum eſt. Item, immortalitas innocentiæ,

innocentiæ, alia eſt ab immortalitate corporis glorioſi: quia in reſurrectione erit impotentia moriendi, quæ in eo ſtatu non fuit. Quam doctrinam tradunt Auguſtinus *lib. 5. de Gen. ad lit. c. 15.* & Beda *Gen. 2.*

3 Secunda concluſio: Mortalitas erat naturalis; immortalitas verò ex beneficio Dei. Ita Auguſtinus *lib. 6. de Gen. ad literam, cap. 25.* Quia homo de ſua conditione habet eſſe obnoxium morti, cùm ex ſe pendeat ad tuendam vitam cibo corruptibili, & defectibili. Ergo immunitas à morte erat ex benefitio conditoris.

4 Tertia concluſio: Beneficium immortalitatis erat pendens à ligno vitæ. Ita Auguſt. *de Geneſi ad lit. lib. 3. cap. 3.* docens, eò differre immortalitatem innocentiæ ab immortalitate gloriæ, quòd immortalitâs in ſtatu innocentiæ pendebat ab alimento, & eſu ligni vitæ; immortalitas verò gloriæ ab omni cibo independens eſt.

5 At alij opinantur oppoſitum, potuiſſe, ſcilicet, hominem tueri vitam immortalem abſque ligno vitæ: quia, ſi non peccaret, quamuis non veſceretur ligno vitæ, immortalis conſiſteret. Sed deſerendi ſunt; quia Auguſtino contradicunt. Ad argumentum reſpondetur: Non potuit homo innocens eſſe, quin eo ligno veſceretur; ac per conſequens nec potuit abſque illius eſu immortalis durare. Nam, ſicut ei fuit prohibitum comedere de ligno ſcientiæ; ita eidem fuit præceptum comedere de ligno vitæ, atque adeò ſi non comederet, peccaret, & peccato beneficium immortalitatis amitteret.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An anima rationalis ſit naturâ immortalis? Hîc S. Thomas *art. 1.* Bonauent. *q. 1.* Suarez *lib. 1.*

*lib.*1.*de anima*,*c.*10.Valentia 1.*p.disp.*6.*q.*1.*p.*3. Tolet.3.*de anima*,*quaest.*15.Conimb.*de anima separata*,*q.* 3.*&* *sequenti*.Murcia *de anima separata*,*d.*1.Auersa *q.* 57.*sect.*4.*&* 5.Hurtad.*d.*18.Arriaga *disp.*10.Eugubin. *lib.*9.*de perenni Philos.*Dandinus *lib.* 3.*digress.*23.Piccolomin. *lib.*2. *de hum.mente*.Rursus Lagalla, Farsumius, Lælius, Vincent.Pontan.Gratarol. Andreas Camutius, Petrus Duodus, Ambrosius Lemosen: Nicolaus Fauentin. Iacobus Antonius, Bartholomæus de Spina, Guaschus, Lessius, & alij plures, qui de hoc argumento specialia Opuscula ediderunt.

Quæst. II. An homo esset immortalis, si non peccasset? Hîc S.Thom.*art.*2.Bonauent. *art.*2. *quast.*1. Scot.*q.*1.Durand.*q.*1.Aureol.*art.*1.Gabr.*q.*1. Angles *diff.*3.*&* 5.Bellarm.*de primo homic.c.*28.Molin.1.*p.tr.* *sex dier.d.*28.Valent.1.*p.d.*7.*q.*4.*p.*1. Caiet. Zum.& alij cum S.Thom. 1.*p.q.*97.*art.*1.Castro, *verb.Adam: hær.*4.Delrius, Cornel.& alij Interpretes *in Genes.c.*2. *vers.*17. Perer. *lib.*5.*in Genes.q.*1.*&* 2. Suar. *lib.* 3.*sex dierum*,*c.*14.Gran. *de concept.d.*1.*c.*2.*sect.*1.

Quæst. III. An immortalitas in statu innocentiæ esset effectus naturalis arboris vitæ? Hîc S.Th.*art.*5. Bonau.*art.*2.*q.*2.Scot.*q.*1.Dur.*q.*1.Aureol.*art.*1.Gab. *q.*1. Alij relati *dist.*17.*q.*8.

Quæst. IV. An immortalitas esset debita homini non peccanti? Hîc S.Thom.*art.*4. Bonau. *art.*3.*q.*1. Bellarm. *de primo homine*,*c.*9.Perer.*lib.*5. *in Genes.q.* 51.Hurtad. *d.*1.*de generatione*,*sect.*10.*subsec.*4. Nos *d.* 22.*de ente supernaturali*.

DISTIN

DISTINCTIO XX.

De modo procreationis filiorum, si non peccassent primi parentes, & quales nascerentur filij.

PRima propositio: Primi parentes, si non peccarent, etiam in Paradiso coïrent, & filios generarent. Quod est aduersùs aliquos arbitrantes, non potuisse esse coïtum absque corruptione, & macula, quæ ante peccatum esse non posset. Probatur primò, authoritate Augustini *lib. 9. supra Genes. cap.* 10. dicentis, potuisse esse in Paradiso honorabiles nuptias, & thorum immaculatum, sine ardore libidinis, sine labore pariendi. Secundò, quia eis concessit Deus instrumenta gignendi, quibus possent dominari, atque actionem generatiuam homini naturalem imperare absque libidine vrenti, sicut pedibus suos motus, absque vllo carnis pruritu imperarent. Ergo, sicut aliis, ita & eis instrumentis absque vllo inordinato motu vterentur. Nec obest, re ipsa antè peccatum in Paradiso non coïuisse: tum, quia post creationem mulieris mox transgressio sequuta est, & Paradisus interdictus: tum, quia nullum fuit præceptum, vt eo tempore coïrent. Vbi autem concupiscentia non angebat, potuit expectari præceptum Dei.

2 Secunda propositio: Incertum est, quandiu primis parentibus duraret officium gignendi filios. Certum quidem est, aliquando tandem transferendos primos parentes in cœlestem beatitudinem nulla præcedenti morte. Quia in beatitudinem animæ, superiorem

riorem fœlicitate Paradisi creati sunt, in qua absque esu ligni vitæ immortalitate, & visione beatâ fruerentur. Sicut enim homo corpore, & animo constat: ita duplex ei fœlicitas parata fuit, altera in Paradiso, altera in cœlo; altera sine merito, altera cum merito obedientiæ comparanda. Id tamen duobus modis posset contingere. Primò, vt Paradisum incolerent, & generationi vacarent, donec impleretur numerus filiorum, & hominum, qui à Deo in eam cœlestem vitam electi sunt; & eo impleto omnes simul transferrentur in illam. Secundò, vt certum tempus esset primis parentibus, & eorum filiis præscriptum ad incolendum Paradisum, & eo completo relinquentes propagationem filiis, primi, & sequentes parentes successiuè transferrentur. Quinam autem horum modus prouidentiæ esset seruandus, Augustino *super Genes. lib.8.cap.4.* & aliis ambiguum est.

3 Tertia propositio: Filij nascerentur pueri, & paulatim in perfectam viri quantitatem accreuissent. Probat Augustinus *de peccatorum meritis, & remissione, c. 37.* quia alioqui maternus vterus non posset eos capere. Cæterùm, cum eodem Augustino verisimile est, pueros recens natos potuisse vti expeditè suis membris ad motum absque adiutorio alieno. Quia id pluribus animalium pullis concessum est; & infirmitatis est, pueros ad eos motus præpediri. Quanquam aliis non improbandis videtur, id esse proprium condionis humanæ. Atque adeò sicut pueri nascerentur egeni ciborum, & lactis; ita & alieni auxilij ad suos motus. Huic tamen probationi duo obiiciuntur. Primò, eos pueros posse innocentes viuere absque vllo cibo, atque adeò etiam à morte alienos. Secundò, nullam

eis

eis fore famem, quæ pœna peccati est. Ad primum respondetur: Præceptum erat parentibus, & filiis, vt cibos ad vitam corpoream necessarios sumerent. Atque adeò non sumentes rei essent peccati, ac per consequens mortis. Ad secundum: Tunc nulla esset fames angens, quæ est pœna peccati; tamen esset fames ordinata, quæ ad alendam vitam necessaria est.

4 Quarta propositio: Credibile est, nascituros filios absque integro rationis vsu. Nam, sicut est credibile perfectionem corporis fore illis successiuam; ita & perfectionem animæ, quæ in vsu rationis consistit. Neque obest, ignorantiam esse pœnam peccati: quia defectus scientiæ in eo statu non esset ignorantia, sed nescientia: ignorans enim non dicitur, nisi qui destitutus est scientiâ, quam poterat, & tenebatur habere. Ignorantia igitur, quæ pœna peccati fuit, est obscuritas mentis, quâ ea, quæ possemus, & tenebamur cognoscere, non assequimur. Tunc autem pueri neque possent, neque tenerentur scientiâ, & ratione vti.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An in statu innocentiæ foret commixtio sexuum, & generatio? Hîc S. Th. *art.* 1. Bonau. *art.* 1. *&* 2. Gab. *q.* 1. Dur. *q.* 1. Aureol. *art.* 3. Caiet. Zum. & alij cum S. Thom. 1. *p. q.* 98. *art.* 1. Suarez *lib.* 5. *sex dier. cap.* 1. Molina 1. *p. tract. sex dier. d.* 29. Granad. 1. *p. controu.* 8. *tract.* 8. *d.* 1. Valent. 1. *p. d.* 7. *q.* 5. *p.* 1. Tann. 1. *parte, d.* 6. *q.* 4. *dub.* 2.

Quæst. II. An filij nascerentur corpore perfecti? Hîc S. Thom. *quæst.* 2. *art.* 1. Bonauent. *lit. dub.* 5. Dur. *quæst.* 4.

q.4. Caiet. Zum. & alij cum S. Thom. 1.p.q.99. art. 1. Suar. lib. 5. sex dier. c. 5. Mol. 1 p. tr. sex dier. d. 30. Gran. 1. p. contr. 8. tr. 8. d. 2. Val. 1. p. d. 7. q. 5. p. 2. Tanner. 1. p. d. 6. q. 1. dub. 2.

Quæst. III. An nascerentur cum rationis vsu? Hîc S. Th. q. 2. art. 2. Bonau. art. 6. Richard. q. 4. Suar. lib. 5. sex dier. c. 8. Caiet. Zum. & alij 1. p. q. 105. art. 2. Perer. lib. 5. in Gen. excel. 1. status innocent. q. vlt. Mol. 1. tr. sex dier. d. 30. Gran. 1. p. contr. 8. tr. 8. d. 3. Val. 1. p. d. 7. q. 5 p. 3. Tann. 1. p. d. 6. q. 5. dub. 2.

Quæst. IV. An nascerentur cum gratia? Hîc S. Thom. q. 2. art. 3. Gabr. q. 1. Dur. q. 5. Scot. q. 1. Aur. art. 2. Caiet. Zum. & alij 1. p. q. 110. art. 1. Suar. lib. 5. sex dier. c. 8. Mol. 1. p. tr. sex dier. d. 32. Perer. lib. 5. in Gen. excell. 2. q. 3. Gran. 1. p. contr. 8. tr. 8. d. 3. Val. 1. p. d. 7. q. 5. p. 3. Tann. 1. p. d. 6. q. 5. dub. 2.

Quæst. V. An omnes nascerentur prædestinati? Hîc Gab. q. 1. Scot. q. 1. & 2. Aureol. art. 1. Richard. art. 2. q. 4. Suar. lib. 5. sex dier. c. 9. Perer. lib. 4. in Gen q. de procreat. & lib. 5. excell. 2. q. 4. Caiet. Zum. & alij cum S. Th. 1. q. 100. art. 2. Molin. 1. p. tr. sex dier. d. 32. Val. 1. p. d. 7. q. 5. p. 3. Tann. 1. p. d. 6. q. 5. dub. 2.

Quæst. VI. An nascerentur iidem, qui modò nascuntur? Hîc Gabr. q. 1. Scot. q. 2. Aureol. art. 1. Fasol. q. 2. Suar. lib. 5. sex dier. c. 4. Mol. 1. p. tr. sex dier. d. 33. Val. 1. p. d. 7. q. 5. p. 1.

Quæst. VII. Quando essent in gloriam transferendi? Hîc Bonau. lit. dub. 4. Suar. lib. 5. sex dierum, c. 12. Perer. lib. 5. in Gen. excellent. 2. q. 5. Barcepha 1. p. de Paradiso c. 24. Vinsfeldius sect. 1. de statu innocent. memb. 8. Bellarm. de gratia primi hominis, c. 19.

Quæst. VIII. An in statu innocentiæ seruaretur

virginitas? Hîc S.Th.*art.* 2. Dur.*q.* 2. Richard.*q.* 4. Ægid.*q.* 1. Suarez *lib.* 5. *sex dier.c.* 2. Perer.*lib.* 4. *in Gen. de propagat.q.* 4. Caiet. Zum. & alij cum S.Th. 1.*p.q.* 98. *art.* 2. *ad* 4. Gran. 1. *p.cont.* 8. *tr.* 8. *d.* 1. *sect.* 3.

Quæst. IX. An esset tunc maior sanctificatio hominum, quàm nunc in statu naturæ lapsæ, & reparatæ per Christum? Caiet. Zumel, & alij cum S.Thoma 1.*p.q.* 95. *art.* 4. Bonau. Dur. Gabr. & alij referendi *dist.* 29. Perer. *lib.* 5. *in Gen. de grat. status innoc. q.* 5. Gran. 1. *p.controu.* 8. *tr.* 6. *d.* 2.

DISTINCTIO XXI.

De inuidia Diaboli, qua ad tentandum hominem accessit.

PRima dubitatio est: Quæ causa Diabolum impulit ad tentandum hominem? Inuidia fuit. Nam videns hominem obedientem Deo euehendum esse in eam altitudinem, de qua ipse eiectus fuit, inuidit homini dignitatem suam, eamque demoliri cupiens, hominis obedientiam inuasit. Quo Angelus, qui priùs dictus fuit *Diabolus*, hoc est, deorsum lapsus, deinde appellatus est *Satan*, hoc est, aduersarius.

2 Secunda dubitatio: Quare priùs aggressus est mulierem, quàm virum? Quia mulier debilior est, quippe in qua rationis vigor est infirmior. Ideò illam non coniunctam viro, sed solitariam aggreditur.

3 Tertia dubitatio: Quare in serpentis specie tentauit? Duæ causæ conuenerunt. Altera, quod ipse voluit se occultare mulieri, ne cognitus ab ea facilè repelleretur.

repelleretur. Altera, quòd Deus noluit, vt in specie columbæ, aut alia placidiori, quam fortè Diabolus suo arbitrio relictus elegisset; sed in horrida serpentis forma, mulierem circumueniret; ne fraus esset omninò occulta, sed facilè posset deprehendi. Ideóque serpens dictus est Gen. 3: *Callidior cunctis animantibus terræ*. non, quia ipse intelligeret fraudem, cui seruiebat sed, quia Dæmonis astutia serpente vsa est ad decipiendum hominem; sicut *Num.* 22. vsus est Angelus asina Balaam ad loquendum, monendumque.

4 Quarta dubitatio: Quomodo contigit tentatio? Primùm Diabolus explorauit animum mulieris, quærens ab illa: *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de ligno Paradisi?* Deinde muliere respondente id esse præceptum, *ne fortè moriamur*; deprehendit, mulierem quasi ambiguam euentus addidisse præcepto Dei illud, *ne fortè*, cùm Deus absque dubio affirmauerit: *Quacunque die comederitis ex eo, morte moriemini.* Iam eò spe victoriæ plenior dixit ad illam: *Nequaquam moriemini.* Vt autem id firmius faceret, adiunxit: *Scit enim Deus, quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri; & eritis sicut Dij, scientes bonum, & malum.* Quibus prouocauit illam, primò, ad gulam, scilicet, ad esum immoderatum cibi vetiti; secundò, ad vanam gloriam, scilicet, amorem inordinatum propriæ excellentiæ; tertiò, ad auaritiam nempè, cupiditatem immoderatam sciendi.

5 Quinta dubitatio: An hæc tentatio fuerit tantùm exterior, an etiam interior. Duæ enim sunt tentationis species, exterior, scilicet, & interior. Exterior est, quæ impetum habet externum, & visibilem, qualis suggeritur ab alio homine, & interdum à

Dæmone. Interior, quæ impetum habet internum, & inuisibilem, qualis ſuggeritur à carne. Prior facilius ſuperatur: poſterior difficilius, & à peccato initium habet. Ideò illa tentatio exterior fuit, & facile ſuperabilis, eóque ex capite malitia peccati grauior, quò maius fuit voluntarium illius.

6 Sexta dubitatio: Quare dixerit mulier: *Præcepit nobis Deus*, cùm præceptum ſoli Adamo ante mulierem creatam iniunctum ſit? Quia vir eſt ſuperior, & Doctor mulieris, à quo mulier inſtitutionem, & leges Dei doceri debet, iuxta illud Apoſtoli 1. Corinth. 14. *Si quid diſcere voluerint, domi viros ſuos interrogent.* Mulier enim ſemper leges, inſtitutionem, doctrinámque viri ſectari debet.

7 Septima dubitatio: Quare homo potiùs, quàm Angelus, redemptus fuit? Primò, quia homo alio prouocante deliquit? Angelus verò à nemine prouocatus fuit. Æquum enim erat, vt is, qui aliũ habuit, per quem caderet; alium, per quem reſurgeret, haberet. Secundò, quia peccato hominis tota natura periit: peccato verò Angeli, ſola pars periit multitudinis angelicæ. Vt autem æqualis eſſet ſors vtriuſque naturæ, diſpoſitum à Deo eſt, vt adueniente Redemptore pars etiam naturæ humanæ efficaciter repararetur, qua Angelorum ruina reſtauraretur in cœlis.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An Deus poſſit tentari ad peccatum? Hîc S. Thom. *quæſt.* 1. *art.* 1. Bonau. *art.* 2. *q.* 1. Durand. *q.* 1. Gab. *q.* 1. Caiet. & alij interpretes cum S. Thom. 1. *p. q.* 114. *art.* 2. *&* 1. 2. *q.* 79. *art.* 2. Salmeron, & alij

Inter

Interpretes *in Epist. Iacobi* 1. Roffensis *art.* 36. Ruard *art.* 7. *prop.* 10. Sotus 1. *de natura & grat. cap.* 17. & 18. Vega *lib.* 2. *in Trident. c.* 14. & 15. Bellarm. *tom.* 3. *contr.* 2. *lib.* 2. Val. 1. 2. *d.* 6. *q.* 9. *p.* 1. Vazq. *disp.* 129. *c.* 1. Ruiz *de volunt. d.* 37.

Quæst. II. An Deus, qui non tentat hominem ad peccatum, prædeterminet ad peccatum? Bañez 1. *p. q.* 14. *art.* 13. Nauarrete *contr.* 59. & 60. Cabrera 3. *p. q.* 18. *art.* 8. *d.* 2. Aluarez *de auxil. d.* 24. Lorca 1. 2. *d.* 38. *de peccatis.* Albelda 1. *p. d.* 59. *sect.* 2. *concl.* 3. Nazar. 1. *p. quæst.* 22. *art.* 4. *contr.* 3. Verdu *de auxil.* 1. *p. con.* 12. Suarez *in opusc. lib.* 2. *c.* 2. *à n.* 9. Mol. *in concord. q.* 14. *art.* 13. *d.* 27. 33. & 55. *memb.* 2. & 3. Tann. 1. 2. *d.* 4. *q.* 9. *dub.* 5. cumulatissimè omnium Ruiz *de volunt. Dei à d.* 27. *ad* 51. & magis ad rem *d.* 37. Pennotus *de lib. arbit. lib.* 4. *cap.* 16. & *sequentib.* Lælius Ballionius *de prædest. c.* 8. Zumel. 1. *p. q.* 22. *art.* 4. *disp.* 1. *dub. annexo,* & 1. 2. *q.* 19. *art.* 2. *disp.* 3. & *q.* 79. *art.* 2. *d.* 3. Ripa 1. *p. q.* 19. *art.* 8. *d.* 1. *c.* 4. & 5.

Quæst. III. An Dæmon possit tentare hominem mouendo immediatè voluntatem hominis? Hîc Bonauent. *art.* 2. *q.* 2. Gabr. *q.* 1. Alij *dist.* 8. *q.* 7.

Quæst. IV. An in statu innocentiæ potuerit esse peccatum veniale sine mortali? Hîc S. Th. *q.* 2. *art.* 3. Bonau. *art.* 3. *q.* 1. Durand. *q.* 4. Scot. *q.* 1. Aureol. *art.* 1. Richard. *art.* 3. *q.* 1. Argentin. *q.* 1. *art.* 1. Almin. *tr.* 3. *morali. c.* 22. Sotus *lib.* 1. *de nat. & grat. c.* 6. Suar. *lib.* 3. *sex dier. c.* 13. Caiet, Medina, Conrad. Lorca, Zum. Vazq. Curiel. & alij cum S. Thoma 1. 2. *contr.* 6. *tr.* 4. *d.* 1. *sect.* 1. Tann. 1. 2. *d.* 4. *q.* 5. *dub.* 4. Sal. *tr.* 13. *d.* 17. *sect.* 3. & 4. Azor *lib.* 4. *c.* 10. *q.* 1. Suarez *tra.* 5. *de peccatis, d.* 2. *sect.* 7.

Quæſt. V. An peccatum primorum parentum fuerit omnium grauiſſimum? Hic S.Thom. *q.2. artic.2.* Bonau.*art.3.q.3.*Durand. *q.3.*Scot.*q.2.*Richard.*art.3.q.2.* Ægid. *q.2.art.2.* Suarez *lib.4. ſex dierum,c.6.* Salian. *tom.1.die 13.n.63.& 66.*Perer. *l.b.6.in Gen. de grauit. peccati parent.q.1.* Bellarm. *tom.3. contr.2. lib.3.c.10.*

Quæſt. VI. An Chriſtus venerit propter peccatum primorum parentum,non venturus,ſi non peccaſſent; De quo relati *lib.3.diſt.1.q.6.*

Quæſt. VII. An Chriſtus venerit etiam propter Angelos, ita vt eis prouiſa ſint dona gratiæ propter merita Chriſti? Suar. *tomo 1.in 3.p. d.42. ſect.1.* Val.*q.8.p.2.*Salmerum *tomo 13.in Epiſt.ad Roman. diſp.40.* Vazquez *tomo 1.in 3.p. diſp.49.*Gran. *contr.1.tr.14.diſp.3.*Lugus *diſp.27.ſect.3.* Lorca *diſp.66.* Catharin. *de prædeſtinat.Chriſti,* & frequenter Interpretes S. Th.*3.p. quæſt.19. art.4.* Galatinus *lib.3.de arcanis,c.4.* Pennotus *lib.6.de libero arbitrio,cap.29. à n.3.*Ruiz *de prædeſtinatione.diſp.57.ſect.10.*Tann. *3.p.diſp.1.q.6. dub.5.*Val. *diſp.1.q.8.p.3.* Cabrera *3.p.q.8.art.4.diſp.1.§.5.*

Quæſt. VIII. An peccatum Diaboli ex ſe ſit irremiſſibile potiùs quàm hominis, quia irretractabile? Hîc S.Bonau.*art.3.q.2.*Alij *diſt.6.q.5.*

Quæſt. IX. An peccatum ex concupiſcentia ſit minoris malitiæ, quòd minuat voluntarium? Caiet. Conrad.Medina,Zum. Lorca,Curiel, Monteſ.Vazq. & alij cum S. Thoma *1.2.q.6. art.7.& q.77. art.6.* Tannerus *1.2.diſp.2.q.1. dub.7.& diſp.4.q.9.dub.3.* Val.*1.2.diſp.2. quæſt.1.p.5.& diſp.2.q.7.p.2.* Gran. *1.2. controu.2. tr.2. diſp.9.& contr.6. tr.5. diſp.vlt.*

Salas

Salas 1.2. *tr.3.disp.3.sect.3. & tr.13.disp.9.sect.5.*
Suar. 1.2. *de voluntar.disp.3.sect.4.*

DISTINCTIO XXII.

De origine illius peccati.

PRima conclusio: Origo contraueniendi præcepto Dei fuit elatio superba, qua homo æqualitatem cum Deo ambiuit. Primò, quia Augustinus *lib. 11. de Genes. ad litteram, c. 5. & 30.* casum hominis refert in superbam ambitionem Diuinitatis: ideò enim à Deo permissam ait transgressionem præcepti, vt elatio comprimeretur præcedens, & experimento conuinceretur homo, quàm falsa sibi fuerit admissa præsumptio. Secundò, quia Diabolus prouocauit hominem ad Diuinitatis ambitionem. Nullus enim erat tunc affectus immoderatus validior, & facilior naturæ humanæ, quàm propriæ excellentiæ amor: præsertim, cúm mulier crediderit Dæmoni, quæ proposuit: nam, cùm sciret, mysterio plenam esse prohibitionem illius ligni, & non assequeretur causam mysterij, facilè adduci potuit, vt crederet, eam esse; quia, si comederent de vetito ligno, de æqualitate cum Deo iure contenderent.

2 Quo præoccupatur obiectio, quæ ex sententia Augustini fieri potest. Nam, si elatio præcedens causa fuit, vt mulier Diabolo suggerente caderet. Ergo priùs deliquit à se peccato superbiæ, sicut Diabolus, quàm ab ipso prouocaretur ad esum

prohibitum; atque adeò contra ea, quæ præmisimus *distinctione præcedenti*, *dubitatione septima*, non erat casus hominis potiùs reparandus quàm Angeli. Sed Augustinus sic exponendus est, vt elatio mulieris præcessisse intelligatur, non suggestionem diabolicam, sed transgressionem præcepti diuini. Itaque priùs Diabolus Diuinitatem comedentibus proposuit; deinde mulier illam ambiuit: tandem deserto præcepto diuino comedit. En præcessit tentatio elationem superbam, & elatio superba præcepti diuini transgressionem.

3 Secunda conclusio: Alia fuit elatio viri, alia mulieris. Nam mulier credidit possibilem æqualitatem cum Deo à Diabolo propositam; vir autem non credidit. At ardentiùs expetimus bonum creditum possibile, quàm impossibile. Ergo mulier ardentiùs, quàm vir, expetiuit æqualitatem cum Deo. Maior est Augustini *super c.42.* Item, Pauli Roman.5. *Adam non est seductus, sed mulier.* Vnde *Genes.3.* Adam non excusauit peccatum dicens: *Mulier seduxit me.* sed dicens: *Dedit mihi, & comedi.* Mulier verò dixit: *Serpens seduxit me.* At mulier seducta dicitur, non vir; quia adducta fuit, vt crederet, quod à Diabolo propositum fuit. Ergo credidit mulier, quod à viro creditum non fuit. Cæterùm, quodammodo vir seductus fuit. Quia videns mulierem comedentem de ligno non perijsse, credidit; tum præcepti transgressionem non fuisse mortalem, sed venialem; tum transgressioni præcepti non esse annexam mortem. Item, quamuis in eo non fuerit tanta elatio superbiæ, quanta fuit in muliere; aliqua tamen elatio etiam eum perculit: tum, quia Augustinus *suprà* indicat,

etiam

etiam viro elationem fuisse: tum, quia affici potuit vir in æqualitatem cum Deo creditam impossibilem affectu inefficaci, & conditionato.

4 Tertia conclusio: Grauius fuit peccatum mulieris, quàm viri. Primò, quia maior fuit in muliere Diuinitatis ambitio, quàm in viro, vt constat ex conclusione præcedenti, Secundò, quia vir comedit cogitans suum peccatum esse veniale; quod non cogitauit mulier. Tertiò, quia vir comedit ex affectu amicabili vitandæ mulieris tristitiæ, & conueniendi cum illa; quia affectus, licet omninò non abstulit malitiam, eleuauit tamen illam. Quartò, quia vir non peccauit in proximum; sed in se, & in Deum, cùm mulierem non induxerit ad peccandum. At mulier peccauit non solùm in se, & in Deum, sed etiam in proximum, cùm virum prouocauerit ad peccandum. Quintò denique, quia Deus grauiùs castigauit mulierem, quàm virum, cùm mulieri dictum sit: *In dolore paries filios*

5 Sed contrà est primò Quia Augustinus *lib.* 11, *de Genes. ad litteram, cap.* 35, ait, virum, & mulierem *pari fastu* peccasse. Secundò, idem ad illud Psalm. 68. *Quæ non rapuit, tunc exoluebam.* & aliis in locis apud textum tradit, primum hominem ambiuisse æqualitatem cum Deo. Ergo æqua fuit viri, atque mulieris ambitio. Tertiò, quia minor est culpa procedens ex ignorantia, quàm procedens ex industria. At culpa mulieris ex ignorantia fuit; viri verò ex industria; cùm mulier fuerit seducta, & non vir.

6 Ad primum respondetur: Augustinus ibi agit de excusatione, quam Adam, & Eua exhibuerunt de peccato suo, & dixit esse parem vtriusque fastum, scilicet, fastum, quo peccatum excusatum est, non verò

R 5 quo

rò quo commissum. Ad secundum: Etiam vir Diuinitatem ambiuit, quamuis apprehensam impossibilem. Tamen segniùs, & frigidiùs, quàm mulier, quæ illam cogitauit possibilem. Præterea Adam ambiuisse Diuinitatem dicitur, quia Eua ex ipso formata ambiuit; sicut per vnum hominem peccatum in mundum intrasse dicitur; quamuis mulier fuerit initium peccati, quia mulieris peccatum cum peccato viri connexum fuit. Ad tertium: Eua non ignorauit, prohibitum fuisse à Deo comedere de ligno vitæ: neque in eo seducta fuit; sed in effectu peccati, quem putauit fore æqualitatem cum Deo. Vbi autem non ignoratur præceptum, non est ignorantia excusans peccantem. Est enim ignorantia inuincibilis, quæ nulla ratione tolli potest; & hæc excusat peccatum: & ignorantia vincibilis, quæ potest tolli; & non excusat. Rursus, vincibilis ignorantia, alia est affectata, & positiuè volita, quæ neque excusat, neque minuit peccatum; alia supina, neque positiuè volita, neque nolita, quæ saltem peccatum minuit. Nullam harum ignorantiam habuit mulier, quæ certissimè nouit præceptum Dei.

7 Quarta conclusio: Peccatum primorum parentum ex nullo vitio processit, sed ex Diaboli oppugnatione, & libero ipsorũ arbitrio. Nam ante primum peccatum nullum præcessit vitium naturæ, sed solùm Diaboli oppugnatio, & libertas hominis bona potens Diabolo consentire, atque resistere. Vnde, neque primum affectum malum antecessit voluntas mala, quia voluntas à se mala non est; ab alio autem affectu mala esse non potuit ante primum affectum malum. Cæterùm præcessit affectus malus, & eo voluntas mala ipsam transgressionem externam, quia externa

actio

actio comedendi, effectus fuit voluntatis praecedentis malae.

QVAESTIONES.

Quaest. I. An peccatum primorum parentum fuerit superbia? Hic S.Th. *q.* 1. *art.* 1. Bonau. *art.* 1. *q.* 1. Aureol. *art.* 3. Gabr. *q.* 1. Durand. *q.* 1. Caiet. & alij cum S. Thoma 2.2. *q.* 163. *art*[illegible]uarez *lib.* 4. *sex dier. cap.* 3. Bellarm. *lib.* 3. *de peccato primi parent. cap.* 4. *&* 5. Perer. *lib.* 6. *in Gen. cap.* 3. *vers.* 3. Salian. *tom.* 1. *die* 13. *n.* 30. *& schol.* 8. Corn. & alij Interpretes in Gen. *c.* 3. *vers.* 5. *&* 6. Maeratius *de pecc. d.* 14. *& sect.* 4.

Quaest. II. An possimus appetere aequalitatem cum Deo creditam impossibilem? Hic S. Thom. *q.* 1. *art.* 2. Bonau. *art.* 1. *q.* 2. Durand. *q.* 2. Alij relati *dist.* 5. *quaest.* 2.

Quaest. III. An primi parentes in statu innocentiae decipi potuerint? Caiet. Zum. & alij cum S.Th. 1. *p. q.* 94. *art.* 4. *Suar. lib.* 3. *sex dierum, cap.* 10. Molina 1. *p. tr. sex dierum, disp.* 26. Bellarm. *lib.* 3. *de peccato primorum parent. c.* 7. Perer. *lib.* 6. *in Gen. cap.* 3. *vers.* 3. *q.* 1. Corn. Delrius, & alij *in Gen. cap.* 3. *vers.* 5. *&* 6. Vinsfeldius *sect.* 1. *de statu innoc. memb.* 5. *conc.* 12. Lorca *disp.* 15. *de grat. diff.* 1. *prop.* 4. Salian. *tom.* 1. *die* 6. *n.* 64.

Quaest. IV. An mulier grauiùs peccauerit, quàm vir? Hîc S.Th. *q.* 1. *art.* 3. Bonau. *art.* 1. *q.* 3. Gab. *q.* 1. Suar. *lib.* 4. *sex dierum, cap.* 5. Bellarm. *lib.* 3. *de peccato primorum parent. cap.* 9. Perer. *lib.* 6. *in Gen. cap.* 3. *vers.* 3. *q.* 2. Salian. *tom.* 1. *die* 13. *n.* 65. Corn. & alij Interpretes *in Gen. cap.* 3. *vers.* 6.

Quaest. V. An, & quae ignorantia excuset peccatum?

catum; Hìc S.Th. *q.2.art.3.* Bonau. *art.2. quæst.3.* Gabr,*q.2*, Durand.*q.4.* Caiet Zum. Medina, Conrad, Lorca, Vazquez, & alij 1, 2.*q.76,art.3*, Valent.1. 2.*d*, 6.*q.6.p.3*. Bellarm.1.*de grat.& lib.arb. cap.7*. Sayr, *lib.2,cap.9,n.27,& seq.* Azor.*tom.1.lib,1.cap.14.q.4. disp.35.q.18.& 19.* Salas 1.2.*tr.13.disp.8. sect.5. & seqq.* Gran.1.2.*contr.6.tr.5.disp.3.& sequent*, Suar.1.2. *tr.3.d.4.* Mæratius *de peccatis,d.9.sect.5.*

Quæst. VI. An omne peccatum præcedat ignorantia, seu error? Hìc Gab.*q.2.* Caietan. Medin, Conr, Lorca, Vazquez, & alij cum S.Thoma 1.2.*q.77. art,* 2. Valent.1.2. *disp.6.q.8.p.1.* Azor *tom.1. lib.4. capit.23.q.5.* Bellarm, 3.*de grat.& lib. arb.cap.8.* Corduba *lib.2.q.12. & 13.* Salian. *cap.2.tr.13. disp.8. sect.8.* Molin, 1.*p.quæst.63.art.3.memb.5.* Suarez *lib.7. de Angelis,cap.4.& sequent*, Granad. 1.2.*controuers.2. tract.4. disputat.2.sect.3.*

Quæst. VII. An Adamo non peccante peccatum Euæ perdidisset genus humanum? Hìc Gab.*q.1.* Caiet. Med, Conrad. Curiel, Lorca, Vazquez & alij cum S.Th.1.2.*q.81.art.5.* Valentia 1.2. *disp.6. quæst.11. p.2.* Bellarm.4. *de amiss.grat.cap.13.* Azor *lib.4.capit.30.q.9.* Salas 1.2.*tr.13.disp.11.sect.5.q.4.* Suar. 1.2.*tract.de peccat.disp.9. sect.3.num.8*, Mæratius *de peccat.disp.14.sect.1.*

Quæst. VIII. An Adamus infidelitate peccauerit fidémque perdiderit? Bellarm. *lib.3. de peccat. primi parent.cap.6.* Suar.*lib.4.sex dier.cap.4.* Cornel.& alij *in Genes.cap.3.vers.5.* Mæratius *de peccat.d.14.sect.4.*

Quæst. IX. An peccatum Adæ fuerit omnium grauissimum? Hìc Gab.*q.1.* Alij relati *dist.21.q.5.*

Quæst. X. An primum peccatum in statu obedientiæ

dientiæ potuit esse veniale? Hîc Gabriel *q*. 1. Alij relati *dist*. 21. *q*. 4.

Quæst. XI. An primum peccatum possit esse à voluntate mala, quòd suapte natura sit determinata ad malum? De quo relati *dist*. 7. *q*. 4.

DISTINCTIO XXIII.

Quare Deus permiserit hominem tentari, sciens eum esse casurum?

PRima conclusio: Non defuerunt Deo rationes ad prouidentiam, qua hominis viam ante lapsum disposuit. Nam primò eum tentari permisit: quia, scilicet, præbuit potestatem resistendi, qua laudabilius erat homini, tentationi resistere, quàm omninò à tentatione vacare. Secundò, peccaturum prænoscens creauit: quia simul prænouit plura bona, quæ ex peccato futura erant, tum ipsi homini, tum aliis, tum Deo congruentia. Tertiò, eum non creauit impeccabilem, quia Angelum bonum impeccabilem fecit; & melius erat vtramque naturam, tum peccabilem, tum impeccabilem creare, quàm solam naturam impeccabilem producere. Quartò, salutem arbitrio hominis reliquit: quia voluit, vt esset meritorum præmium, & demeritorum pœna. Quintò denique, potens inflectere hominis voluntatem in bonum, noluit: quia voluit, vt essent nobis inscrutabilia consilia Dei, & deputaremus ipsius gratiæ, cùm adhæserimus bono.

2 Secunda conclusio: Homo ante lapsum illustratus

ſtratus fuit triplici ſcientia, rerum naturalium. Creatoris, & ſui. Primò nouit res naturales. A priori: quia earum omnium creatus eſt dominus, & gubernator, ad quem pertinet noſſe, quæ ſuæ prouidentiæ demandantur. A poſteriori: quia animantibus, quæ inter naturalia præſtantiora ſunt nomina impoſuit, iuxta ſingulorum conditionem, & naturam. Secundò, Creatorem nouit: quia ſibi conſtabat, à quo ſibi eſſent bona, quæ poſſidebat. Quæ Dei cognitio fuit diuinitùs infuſa; neque ænigmatica, & obſcura, qualis eſt notitia fidei; neque intuitiua, & clara, qualis eſt viſio beata. Tertiò, nouit ſeipſum ſpeculatiuè, & ſua practicè: ſpeculatiuè; quia aſſequebatur ſuam naturam, conditionem, & dignitatem: practicè verò; quia perfectè nouerat, quæ ſibi, tanquam ſuperiori, & capiti; quæ aliis tanquàm inferioribus & membris incumbebant.

3 Tertia concluſio: Nihilominùs homo præſcius non fuit caſus futuri, & aliorum, quæ poſteà ſibi euenerunt. Nam ad eius ſtatum ſolùm pertinebat, ſcire practicè quid erat agendum; non verò ſpeculatiuè quid erat futurum. Ideò iniuncta fuerunt præcepta agendorum; non verò reuelati euentus futurorum. Quod illuſtratur exemplo Angelorum, quibus caſus futurus præcognitus non fuit, vt cum Auguſtino præmiſſum eſt, *diſt.* 4.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An, & in quo medio nouit Deus peccaturum Adamum, ſi crearetur? De quo *lib.* 1. *diſt.* 35. *quæſt.* 10.

Quæſt. II. An Deus poſſit permittere peccatum

ex

ex intentione pœnitentiæ, aut alterius boni supponentis peccatum? Hîc S. Thom. *q.2.ar.2.* Bonauent. *art.1.q.2.* Alij relati *lib.1.dist.40.q.8.*

Quæst. III. An possibilis creatura rationalis impeccabilis à natura? Hîc S.Th.*q.1.art.1.* Gab.*q.1.* Dur. *q.1.* Scot.*q.1.* Alij relati *dist.5.q.12.*

Quæst. IV. An Adamo, aut alicui hominum concessa sit in hac vitâ visio beata? Hîc S.Th.*q.2.art.1.* Bon. *art.2.q.3.* Dur.*q.2.* Alij relati *dist.8.q.5.*

Quæst. V. An potuit Adamus videre immediatè Deum per speciem propriam, quin esset beatus? Hîc Bonau.*artic.2.quæst.3.* Durand. *q.2.* Alij relati *dist.3. quæst.13.*

Quæst. VI. An habuerit Adamus scientiam perfectam naturalium rerum? Hîc S. Thom. *q.2.art.2.* Bonau. *art.2.q.1.* Gabr. *quæst.1.* Caietanus, Zumel, & alij cum S.Th.*1.p.q.94.art.3.* Suar.*lib.3.sex dierum,cap.9.* Molin.*1.p.tract.sex dierum, disp.25.* Lorca *disp.15.de gratia.* Vinsfeldius *de statu innocentiæ, memb.5.* Perer. *lib.5.in Genes. disp. de scientia Adæ, quæst.1.* Salian.*tom.1.die sexto,n.58.& sequent.* Tann. *1.p.disp.6.q.5.dub.2.*

Quæst. VII. An habuerit scientiam supernaturalium? Hîc S. Thomas *q.2.art.2.* Bonau. *art.2.q.1.* Gabriel *q.1.* Caietan. Zumel, & alij cum S.Th. *1.p. q.94.art.3.* Suar.*lib.3.sex dierum,cap.18.* Perer.*lib.5. in Genes.disp.de scientia Adæ,q.4.* Valent.*1.p.disp.7. q.2.p.1.* Vazquez *3.p.disp.12.cap.3.* Vinsfeldius *de statu innocent.memb.5.* Molin. *1.p.tr.sex dierum, disp. 25.* Lorca *disp.15. de gratia.* Salian. *tom.1.die 6.n.6. & seqq.* Tann.*1.p.disp.6.q.5.dub.2.*

Quæst. VIII. An potuerit assequi supernaturalia cognitione

cognitione naturali? De quo relati *dist.* 10. *q.* 7.

Quæst. IX. An potuerit decipi in statu innocentiæ? Hîc S. Thom. *q.* 2. *art.* 3. Bonau. *art.* 2. *q.* 2. Dur. *q.* 3. Alij relati *dist.* 22. *q.* 3.

Quæst. X. An Deo sint auxilia intrinsecè efficacia ad inflectendam voluntatem Adami? De quo relati *lib.* 1. *dist.* 16. *q.* 7.

DISTINCTIO XXIV.

De gratia hominis, & de potentia ante casum.

PRima conclusio: Homo cum sola gratia creationis potuit stare sine casu culpæ: cæterùm non potuit opus meritorium vitæ æternæ perficere. Supponit hominem creatum sine auxilio gratiæ iustificantis intrinsecè supernaturali, sicut de Angelis dictum est *dist.* 2. *&* 3. Prior pars probatur, quia si homo non posset vitare culpam, immeritò censeretur reus culpæ, & pœnæ, cùm cecidit: siquidem absque potestate cauendi illam peccatum esse repugnat. Confirmatur ex Augustino *in Enchirid. cap.* 107. *& de correptione, & gratia, cap.* 10. *&* 11. docente, creatum esse hominem cum voluntate recta, qua posset malum vitare, si vellet. Posterior pars probatur: quia sola facultas naturalis non sufficit ad meritum vitæ æternæ.

2 Duæ difficultates occurrunt. Prima, quomodo homini initio data est voluntas recta & bona, si per eam mereri vitam æternam non potuit, nec sine culpa stare voluit. Secunda, quomodo mereri non potuit, si tentationi impellenti in peccatum resistere valuit.

Ad

Ad primam respondetur: Hominis voluntas in primo instanti bona, & recta fuit: tùm, quia in eo aliquid mali velle non potuit: tùm, quia, esto posset; re tamen ipsa in eo instanti, nec aliquo tempore sequenti non voluit: genus enim quoddam rectitudinis, & bonitatis est, malo carere. Ad secundam, vt resistentia tentationis meritum sit, requiritur, vt superetur aliqua difficultas ex causa interius impellente ad peccandum; tunc enim superadditur auxilium gratiæ supernaturalis ad victoriam tentationis: quare in natura lapsa talis resistentia meritoria est. At in natura integra nulla erat talis difficultas ex impulsu tentationis in peccatum, quare nec boni Angeli meruerunt, quòd steterunt sine culpa.

3 Secunda conclusio: Adiutorium homini datum in prima creatione est liberum arbitrium. Nam liberum arbitrium est facultas indifferens ad bonum, & malum. Liberum enim dicitur, quia ad vtrumlibet flecti potest: arbitrium verò, quia inter bonum, & malũ potest discernere. Qua parte liberum est, voluntatem indifferentem complectitur; qua parte verò arbitrium est, rationem discernentem boni, & mali comprehendit. Aliter tamen in bonum, aliter in malum refertur. Malum enim velle, & cauere potest efficaciter virtute suæ naturæ: bonum verò salutare efficaciter non potest, nisi virtute gratiæ: quanquam affectu inefficaci, hoc est, qui nullius effectus in salutem fit, bonum velle arbitrium naturæ relictum valet. Quo homo à brutis discernitur, quæ arbitrio, & libertate carent. Quamuis cum eis communis homini sit sensualitas, quia sensibilia percipere, & appetere potest.

4 Ratio itaque liberum arbitrium constituens

est prima differentia, qua à bestiis discernimur. Quæ duas complectitur partes, superiorem, & inferiorem. Pars superior supernis conspiciendis, vel consulendis intendit; inferior verò temporalibus disponendis prospicit. Hæ duæ partes quasi coniugio coniunctæ, viri, & fœminæ imaginem ferunt; & cùm homo in peccatum labitur, primi illius peccati progressus sequuntur. Pars enim superior est ceu vir, cui inferior pars, ceu fœmina subesse debet; sensualitas verò, ceu serpens est, quæ delectabilia prohibita sequenda suadet. Cùm itaque cogitatio, aut sensatio interior bona turpia proponit, suggestio serpentis adest; cùm in ea pars inferior allicitur, mulier consensum præbet; cùm denique pars superior eadem prosequenda decernit, vir peccato mulieris cedit. Si motus, aduertente ratione, in parte sentiente sistat; veniale, ac leuissimum peccatum est. Si verò delectatio rationem inferiorem teneat; grauius peccatum est; sed non est lethale, nisi diu, hoc est, pleno consensu delectatio admittatur. Si vlteriùs ratio superior exequutionem statuat; plena, & consummata est malitia peccati. Interdum tamen mulier, seu ratio inferior, reluctatur serpenti, scilicet, sensualitati; interdum vir, seu pars superior inferiori, motus inordinatos compescens. Tunc autem pugna in meritum, & coronam cedit. Quæ deducit Magister ex Augustino *lib.12. de Trin. c.12. & lib.2. ad Gen. de lit.c.14.* Quo natura liberi arbitrij, quod homini in creatione auxilium datum est relinquitur explicata. Cæterùm alia de ipsa erunt *dist. sequenti* explicanda.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An sit possibile liberum arbitrium creatum natura determinatum ad honestum? Hîc Bonau. *p.1.art.1.q.1.* Alij relati *dist.5.q.12.*

Quæst. II. An sit possibile arbitrium naturâ suâ determinatum ad turpe? Hîc Bonau. *in lit.dub.3.* Alij relati *dist.7.q.4.*

Quæst. III. An libertas arbitrij resideat in intellectu, an in voluntate? Vbi an stante iudicio indifferenti possit necessitari voluntas? Hîc S. Thomas *q.1. art.3.* Durand. *q.3.* Bellarmin. *lib.3.de lib.arb.prop.5.* & *lib.4.c.14.* Suar. *lib.1.de auxil.c.2.* & *d.19.Metap. sect.6.* & *tom.1.de grat.prol.1.c.6.* Lessius *de auxil.c.5.* Pennotus *de lib.arbit.lib.1.c.7.* & 8. Medina 1.2.*q.6. art.2.* Aluarez *de auxil.d.115.* & 116. & *sequenti.* Mol. 1.*p.q.14.art.13.d.2.* Fonseca 6.*Met.c.2.quæst.2.* Salas 1.2. *tract.3.disp.1.sect.11.* Azor *tom.1.c.20.q.14.* Corduba *lib.2.q.11.* Ruiz *de scientia,d.53.à.sect.1.ad 4.* Gran. 1.3.*controuers.2.tract.1.disp.1.* Tannerus 1.2.*disp.2.q.1.dub.1.* Val. 1.*p.d.6.q.6.p.3.* Conimb. 2.2.*disp.2.dub.4.*

Quæst. IV. An libertas possit conuenire potentiæ tantùm passiuæ, & non actiuæ? Hîc Durand. *q.2.* Pennotus *lib.1.de lib.arbit.c.9.* Ruiz *de scientia, disp. 52.sect.1.* & *sequent.* Bellarm. *lib.3.de lib.arbit.c.10.* & 11. Tann. 1.2.*disp.2.q.1.dub.1.* Suarez *tom.1.de grat. prol.1.cap.2.*

Quæst. V. An libertas exigat indifferentiam nulla ratione prædeterminatam à Deo? Bellarm. *lib.1.de lib.arb.c.12.* & 13. Ruiz *de scientia,d.34.* & *sequentib.*

Pennot.*lib.8.de lib.arb.c.24.& sequenti,& lib.9.c.15.* Aluarez *de auxil.d.*22.83. *& sequent.* Tann.1.2.*d.*6. *q.*2.*dub.*3.*&* 1.*p.d.*2.*q.*11.*dub.*1.Mæratius *de grat.d....* Mol.*in concord.q.*14.*art.*13.*disp.*37.*&* 38. *& q.*23. *art.*4.*&* 5.*d.*1. Val.1.2.*d.*8.*q.*3.*p.*4.§.2.Fonseca 6. *Metaph.c.*2.*q.*5. *sect.*10. Vazq.1.*p.d.*88.*c.*6. Suar. *tribus libris opuscul.* Coninch.2.2.*d.*2.*dub.*3. Lessius *opusc. de grat. efficaci.* Mascarenas *de auxil. d.* 2.*p.*2. *&* 3.Fasol.1.*p.q.*14.*art.*13.*dub.*7.*p.*6.*& sequent.* Bañez 1.*p.q.*14.*art.*13.& Zumel *ibidem,& tom.*1.*variar.à disp.*1.Ripa, 1.*p.q.*23.*art.*5.*d.*1.*cap.*5.Rispolis *lib.*2. *de auxil.* Verdu.*de auxil.* Cabrera *in* 3.*p.q.*18.*art.*4. *d.*6.*dub.*8.Nauarr. *contr.in q.*23.*art.*13.Ledesma *de auxil. à q.*1. Montepilos. *tom.*2.*à d.*46.

Quæst. VI. An in statu innocentiæ posset arbitrium absque auxilio gratiæ vitare peccatum, legemque naturalem implere absque merito salutis? Hîc S.Th. *q.*1.*art.*4.Bellarm. *lib.de grat.primi hom.c.*4.*& lib.*5. *de lib.arb.c.*4.*& seq.* Tann.1.2.*d.*6.*q.*3. *dub.*2. *& sequent.* Sot.*lib.*1.*de natur.& grat.c.*22.Mol.*in concord. q.*14.*art.*13.*d.*3. *& sequent.* Gran.1.2.*contr. de grat. tr.*2.*d.*1.*tr.*3.*d.*5. Mærat.*de grat.d...sect...*Suar.*lib.*1. *de grat.c.*25. Caiet.Conrad.Medina, Lorca, Zumel, Vazq.& alij 1.2.*q.*109.Aluarez *de auxil.d.*106.

Quæst. VII. An id posset absque auxilio gratiæ cum merito salutis? Hîc S.Thomas *q.*1.*art.*4. Bell. *lib.de grat.primi homin.c.*4.*& sequenti,& lib.*6.*de lib. arb.c.*4.*& sequent.*Tanner.1.2.*disp.*6.*q.*3.*dub.*5.7.*&* 9.Mol.*in concordia,q.*14.*art.*13.*d.*3.*&* 4. Gran.1.2. *controu. de grat.tr.*1.*d.*4.*tr.*3. *disp.*5. Mærat.*de grat. d...sect...* Suarez *lib.*2. *de grat. per totum.* Caiet. Conrad.Medina, Lorca,Zum. Vazquez, & alij cum

S.Thom.

S.Thom. 1.2.q.109. Aluarez *de auxil.disp.*106. Coninch.2.2.*disp*.8.*dub*.4.

Quæst. VIII. An auxilium gratiæ necessarium ad meritum salutis debeat esse intrinsecè supernaturale? De quo relati *lib.*1.*dist.*16.*q*.6.

Quæst. IX. An pura omissio libera peccati possit esse moraliter bona, & meritoria salutis? Hîc Bon.*in litt.dub.*2.Zumel. 1.2.*q*.114.*art*.3.*d*.3.Suarez *lib*.12. *de grat.c*.2.Sal.1.2.*tom*.2.*tr*.13.*d*.2.*n*.140.Vazq.1.2.*d*.189.*n*.123.Ruiz *de prouid.d*.37.*sect*.2. *num*.13. Herrera 2.*d*.30.*c*.5.Angestus *in moral.c*.10.§.*antepenult.* Nos copiosè *d*.70. *de ente supernat.* cum aliis, quos referimus *sect*.1.

Quæst. X. An Adamus in primo instanti potuit peccare? De quo videantur relati *dist*.3.*q*.4.

Quæst. XI. An Adamus in primo instanti creatus fuit cum gratia? Hîc Albertus *art*.1. Bellarm. *lib.de grat.primi homin.c*.1.*& seq.* Vinsfeldius *sect*.1.*de statu innocent. memb*.6. Mol. *de opere sex dierum*, *d*.27. *& in concord.q*.14.*art*.13.*d*.3.*&* 4. Lorinus *Ecclesiast.* 7.*vers*.30. Sotus 1.*de nat.& grat.c*.4. *&* 7. Val.1.*p.disp*.7.*q*.2.*p*.2. Salian.*tom*.1.*die* 6.*n*.65.*&* 66. Perer. *in Gen.lib*.5.*de grat.Adami, q*.2. Suar. *lib*.3.*sex dierum,c*.17.Tann.1.*p.d*.6.*q*.5.*dub*.2.Caiet.Zum.& alij cum S.Thom.1.*p.q*.95.*art*.1.

Quæst. XII. An in motu concupiscentiæ possit esse peccatum absque consensu rationis, cum solo defectu dissensus? Hîc S.Thom.*q*.3.*art*.3.*&* 5. Bonau. *p*.2. *art*.2.*quæst*.1. Gab. *q*.1. Durand. *quæst*.5. Caiet. Conrad. Medina,Curiel, Lorca, Zum.Vazq. & alij cum S.Thom.1.2.*q*.74.*art*.3.*&* 4.Val.1.2.*disput*.6. *quæst*.4. *p*.3. Azor *tom*.1.*lib*.4.*c*.21. *quæst*.5. Sayrus

S 3 *lib*.8.

lib, 8, *c*, 7, Herrera 2. *sentent*. *d*. 33. *q*. 7. Cordub, *lib*. 1. *q*. 23, Salas 1. 2, *tr*. 13. *d*. 6. *sect*. 3. Thomas Sanchez *lib*. 9. *de matrimonio*, *d*. 45. Tannerus 1, 2. *d*. 4, *q*. 8. *dub*. 4. Lessius *lib*. 4, *c*. 3. *n*. 117. & *sequenti*. Sotus *in* 4. *d*. 12. *q*. 1, *art*. 7. Gran, 1. 2. *controu*. 6. *tr*. 4. *disp*. *vltim*, Suar. 1. 2. *tr*, *de peccatis*, *d*. 5. *sect*. 6.

Quæst. XIII. An delectatio morosa voluntatis in peccato sit peccatum? Hîc S. Th. *q*. 3. *art*. 5. Dur, *q*, 6, Caiet. Medina, Conrad. Lorca, Zum. Valent. 1. 2. *d*, 6, *q*, 4. *p*. 3. Sotus *d*. 12, *q*. 1. *art*. 7. Ledesma 1. *p*. 4. *q*. 21. *art*, 7. Salas 1. 2. *tr*. 13. *d*. 6. *sect*. 4. & 5. Lessius 4. *de virt*. *c*. 3, *dub*. 15. Tann, 1. 2. *d*. 4. *q*. 8. *dub*. 4. Gran, 1. 2, *contr*, 6. *tract*. 4. *d*. 4. & 5. Th. Sanchez *de matrim*. *lib*. 9. *d*. 44. & *sequenti*. Suar, 1, 2. *tract*. *de peccatis*, *d*. 5. *sect*, 7.

Quæst. XIV, An peccatum veniale possit fieri mortale, & è contrà? Hîc S. Thom. *q*. 3. *art*. 6. Caiet, Conrad, Medina, Zumel, Lorca, Curiel, Vazq. & alij cum S. Thoma 1. 2. *q*. 88, *art*. 4. Valentia 1. 2. *d*. 6, *q*. 18. *p*, 2, & 3, Sayrus *lib*, 2, *c*, 13. Soto *sect*. 7. *de pecc*. Salas 1. 2. *tr*. 13. *d*, 16. *sect*. 24. & *seq*. Almainus 3. *moral*. *c*. 21. Azor *tom*. 1. *lib*. 4. *c*. 9. *q*. 9, Tann. 1. 2. *d*. 4. *q*. 5. *dub*. 3. Gran. 1. 2. *contr*. 6. *tr*. 2. *d*. 2. Suar. 1, 2. *tract*. *de peccat*, *disp*, 2. *sect*, 6.

DISTINCTIO XXV.

Redit ad liberi arbitrij considerationem.

PRima conclusio: Liberum arbitrium est facultas voluntatis, & rationis, indifferens ad opposita extrema,

extrema, vt amorem boni, & odium mali. Nam, seclusa facultate ad extrema opposita indifferenti, non erit potentia libera, sed necessaria. Vnde primò ad liberum arbitrium requiritur iudicium rationis indifferens, scilicet, proponens bonum, & malum; aut sic proponens bonum, vt illud possit voluntas amare, & non amare. Secundò, liberum arbitrium non est ad extrema opposita iam præsentia, aut præterita, sed futura; scilicet, non est ad ea extrema in sensu composito, seu ex suppositione, quòd præsentia sunt, aut fuerunt; sed in sensu diuiso seorsim ab existentia præsenti, seu præterita: nam ex suppositione, quòd est, aut fuit in voluntate amor, non est facultas in voluntate, vt is amor non sit, aut cum eo sit odium: quia, scilicet, amare, & non amare, aut amare, & odisse simul repugnat. Atque ita facultas libertatis non supponit extrema præsentia, aut præterita; sed respicit contingenter futura pro posteriori naturæ: requiritur enim ad illam indifferentia antecedens, non consequens. Tertiò, comparatur libertas ad extrema contingenter futura, quæ causalitate voluntatis possunt fieri præsentia: nam, si à causalitate voluntatis independentia sunt, non erit eorum existentia in liberæ potestate voluntatis, provt exigit arbitrij libertas.

2 Secunda conclusio: Liberum arbitrium in diuersis subiectis, diuersæ quoque conditionis est. Nam in Deo est liberum arbitrium, vt docet Augustinus *lib. 12. de Trinitate, cap. vlt.* & Ambrosius *lib. de fide, cap. 3.* cum Paulo *1. Cor. 12.* Tamen alia est ratio liberi arbitrij in Deo, ac est in creaturis rationalibus, vt tradit Hieronymus *tom. 3. in epist. ad Damasum:* nam

Deus non potest flectere voluntatem in malum, sicut potest creatura rationalis. Liberum ergo arbitrium in creatura est facultas ad bonum, & malũ; in Deo verò ad bonũ tantùm, & non ad malũ: quia bonum creatum, quod Deus amat, non necessitate amat, cùm posset, si vellet; non amare, Rursus, Beati libero arbitrio præditi sunt; tamen peccare non possunt, sicut viatores possunt. Vtrunque tradit Augustinus *lib. 20. de Ciuitate, c. 30. & in Enchirid. c. 105.* Neque enim ad libertatem exigitur potestas peccandi: tum, quia sine potestate peccandi potest esse facultas benè agendi à coactione, & necessitate libera: tum, quia peccatum potiùs seruam; quàm liberam reddit voluntatem, iuxta illud Ioan. 8. *Qui facit peccatum, seruus est peccati.* Quippe peccato minuitur libertas ad bonum, quæ est princeps creaturæ rationalis, & libera facultas.

3 Tertia conclusio; In eodem subiecto, iuxta varios status eiusdem, varia quoque est liberi arbitrij conditio. Nam quadruplex fuit status naturæ rationalis, & in singulis statibus diuersa fuit arbitrij conditio. Primus status fuit naturæ integræ ante peccatum, in quo homo erat robustus, & facilis ad bonum: quia omnia prouocabant ad bonum, & nihil erat, quod impelleret ad malum. Secundus naturæ lapsæ post peccatum, in quo homo extitit adeò infirmus ad prosequendum bonum, vt impellente concupiscentia in malum, & destitutus auxilio gratiæ, fuerit moraliter impotens cauere peccatum mortale. Tertius naturæ reparatæ, in quo, licèt manserit concupiscẽtia, & difficultas ad amplectendum bonum: præmunitus tamen auxilio gratiæ, potest moraliter perseuerare sine peccato mortali, quamuis sine veniali non possit.

Quartus

Quartus denique est naturæ beatæ, & confirmatæ in bono, in quo nullum peccatum possibile est. Ergo libertas ad bonum varia est naturæ rationali in variis statibus ipsius.

4 Quarta conclusio: Liberum arbitrium corruptum, & depressum fuit per peccatũ. Nam ad bonum supernaturale omninò periit ad donum verò naturale imminutum, & deprauatum fuit. Etenim per peccatum amisit omnia principia supernaturalia, tam habitualia, quàm actualia, sine quibus nullus potest fieri actus supernaturalis. Ergo ad actus supernaturales omninò deperdita fuit libertas arbitrij. Item, per peccatum amisit integritatem naturæ, & obediẽtiam partis inferioris ad superiorẽ, qua facilè poterat prosequi naturalia bona; contraxítque rebellionem concupiscentiæ, qua difficilis facta est prosequutio illorũ. Ergo in ordine ad bona naturalia imminuit, & depressit peccatum libertatem arbitrij. Vtrumque significat homo ille, qui Luc. 2. proponitur à latronibus vulneratus, & spoliatus; scilicet, in naturalibus bonis vulneratus: quia, licèt mansit cum vita ad ea agenda; adeò tamen debilis, & infirmus, vt vix in bonum aliquod surgere possit. Spoliatus verò donis supernaturalibus & omninò gratuitis, quia omninò eis destitutus fuit. Quare Augustinus *in Enchiridio* dixit, hominem malè vtentem libero arbitrio, & se, & liberum arbitrium perdidisse.

5 Porrò libertas arbitrij, quam per peccatum perdidit homo, non est omnis libertas à necessitate antecedenti; sed libertas à peccato, & à miseria. Nam, si antecedentem necessitatem contraheret per peccatum, nullum esset peccatum post lapsum: quia sine

libertate fieri peccatum non poteſt. Cæterùm à peccato non manſit liber: quia contraxit ſeruitutẽ illius. Item, miſeriæ ſubiectus extitit; tum, quia ſubiacuit peccato, quod eſt ſumma miſeria; tum pœnis debitis peccato.

6 Quinta concluſio: Liberum arbitrium inſtaurauit per Chriſtum libertatem, quam amiſit per peccatum. Nam in primis inſtaurauit libertatem à peccato, cùm per Chriſtum redemptus ſit à ſeruitute peccati, iuxta illud Ioan. 8. *Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis.* Et Rom. 5. *Cùm ſerui eſſetis peccato, liberi eſtis iuſtitiæ.* Secundò, reparata eſt homini libertas à neceſſitate; non omnimoda, quia omnimoda libertas deperdita non fuit; ſed libertas antecedens ad bona opera ſupernaturalia, & libertas conſequens, ſeu moralis poſſibilitas ad naturalia, quæ per peccatum fuerunt amiſſæ. Etenim per Chriſtum conceſſa ſunt homini auxilia gratiæ, quibus poteſt abſolutè agere opera ſupernaturalia, & ſuperare difficultatem ad opera naturalia. Tertiò, liberatur à miſeria: quia, licèt in via ſubditus ſit ærumnis contractis per peccatum; tamen in patria ab omni erit miſeria immunis cum libertate gloriæ filiorum Dei, vt ait Apoſtolus *Rom.* 8.

7 Sexta concluſio: Libertas ad malum, in quam deiecit hominem peccatum, & libertas ad bonum, in quam extulit gratia, eadẽ omninò eſt. Nam voluntas hominis ex ſe aliquo modo libera eſt. Si per peccatum deſtituatur auxilio gratiæ, erit libera ad malum: ſi verò eleuetur per gratiam, eadem erit libera ad bonum. Igitur, libertas ad peccatum, non eſt pronitas ſuperaddita voluntati, vt quidam arbitrantur; neque libertas ad bonum eſt noua facultas, quę auxilio gratiæ ſuper-

additur

additur voluntati, vt alij opinantur: sed eadem omninò facultas voluntatis, nunc relicta seruituti peccati est libertas ad malum, nunc eleuata per gratiam est libertas ad bonum.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An sit possibile liberum arbitrium ex se determinatum ad honestum? De quo relati *d.* 5. *q.* 12.

Quæst. II. An sit possibile ex se determinatum ad turpe? De quo relati *dist.* 7. *q.* 4.

Quæst. III. An liberum arbitrium conueniat aliis, quàm vtentibus ratione? Hîc Bonau. *p.* 1. *art.* 1. *q.* 1. Dur. *q.* 2. Alij relati *dist.* 24. *q.* 3.

Quæst. IV. An libertas formalis intellectui, aut soli voluntati conueniat? Hîc Bonau. *p.* 1. *art.* 1. *q.* 6. Gab. *q.* 1. Alij relati *dist.* 24. *q.* 3.

Quæst. V. An, & qua ratione Deo conueniat libertas? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 1. Alij relati *lib.* 1. *d.* 45. *q.* 3.

Quæst. VI. An suppositio physicæ prædeterminationis antecedens consensum arbitrij, destruat libertatem eiusdem? De quo relati *dist.* 24. *q.* 5.

Quæst. VII. An naturæ rationali post peccatum relictæ sint vires ad cauendum peccata, & quidquam boni agendum intra ordinem naturæ sine auxilio gratiæ? De quo relati *dist.* 18. *q.* 1. *& seq.*

Quæst. VIII. An relictæ sint vires ad merendum, seu impetrandum dona salutaria sine auxilio gratiæ? De quo relati *dist.* 24. *q.* 7. *& lib.* 1. *dist.* 41. *q.* 4. *&* 5.

Quæst. IX. An liberum arbitrium cum principio supernaturali sit immediatè actiuum actuum supernaturalium, quin tota virtus agendi sit principium supernaturale? Hîc attingunt Gregorius, Gabriel, & Scot. *q.* 1. Aureol. *a.* 1. Suar. *lib.* 6. *de grat. c.* 5. Fonseca

9. *Metaph.*

9. *Metaph.cap.*2.*q.*4.*sect.*4. Arrub. 1.*p.d.*19.*c.*5.*&* 6. Tann. 1. *p.d.*2, *q.*6. *dub.*4. Torres 2.2. *d.*38. *dub.*2. Coninch. 2. 2.*d.*5.*dub.*5. Fasol. 1.*p.q.*12.*art.*5.*dub.*7. Herice 1, *p.d*, 45.*c.*13. Hurtado 2.2.*d.*124. Aluarez *de aux.d.*64. Curiel. 1.2.*q.*5.*art.*5.*dub. vnic.* §.5. *&* *seq.* Montesin. 1.2.*d.*3. Antonius Perez, Laur. Salmant. *certam.*6.*schol.c.*10, Zum. 1.*p.q.*12.*art.*5.*q.*2. Ægid. de Præsent. *lib.*9.*de beatit.q.*6.*art.vnic.* Nos fusè *d.* 30. *de ente supern.* cũ pluribus aliis quos adducimus *sect.* 20.

Quæst. X. An liberum arbitrium possit necessitari, stante iudicio indifferenti? De quo relati *dist.* 24.*q.* 3.

Quæst. XI. An possit cogi, vímque pati in agendo actus elicitos? Hîc S. Thom. *art.*2. Bonau. *p.*2.*art.*1. *quæst.*4.*&* 5. Gabr. *q.*1. Dur. *q.*4. Caiet. Conrad. Medina, Zum. Lorca, Curiel. Vazq. & alij cum S. Th. 1.2. *q.*6.*art.* 4. Val. 1.2.*disp.*2. *q.*1.*p.*3. Fonseca *lib.*9. *Metaph.cap.*2.*q.*2.*sect.*3. Azor. *lib.*1.*cap.*9.*quæst.*6. Almain 1.*moral.c.*2. Salas 1.2.*tract.*3.*d.*1.*sect.*5. Sotus *in* 4.*dist.*29.*quæst.*1.*art.*1. Gran. 1.2.*controu.* 2. *tr.*2. *dub.*6. Tanner. 1.2.*d.*2.*q.*1.*dub.*5. Suarez 1.2.*tract.de violento, d.*2.*sect.*4.*& seq.*

Quæst. XII. An libertas possit exerceri per puram omissionem sine actu? Caiet. Conrad. Medina, Zumel, Lorca, Curiel, Vazq. & alij 1.2.*q.*6.*art.*3.*& q.*71. *art.*5. Val. 1.2.*d.*6.*q.*1.*p.*4. Azor. *tom.*1.*lib.*4.*c.*3.*q.*3. Herrera 2.*d.*30.*q.*1. Soto *lect.*6.*de peccat.* Salas 1.2. *tr.*13.*d.*2.*sect.*5. Gran. 1.2.*controu.*2.*tr.*2.*d.*3. Tan. 1. 2.*d.*4.*q.*4.*dub.*1. Suar. 1.2.*tr.de pecc.d.*3.*sect.*2. Hurt. *de anima, d.*15.*sect.*7. Arriag. *de anima, d.*8.*sect.*6.

Quæst. XIII. An libertas sit intrinseca actibus liberis voluntatis, vt actus liber nequeat fieri necessarius, aut è contra? Suar. *d.*10. *Metaph.sect.*2. *lib.*2. *de Angelis,*

Angelis, cap. 35. *n.* 9. & fusiùs 1. 2. *tract. de voluntario, d.* 1. *sect.* 3. Valent. 1. 2. *d.* 2. *q.* 13. *p.* 1. Zumel 1. 2. *q.* 71. *art.* 6. *d.* 2. *conc.* 1. Vazq. 1. 2. *d.* 55. *n.* 13. Tanner. 1. 2. *d.* 2. *quæst.* 1. *dub.* 2. *n.* 33. *& seq.* Hurtad. *d.* 15. *de anima, sect.* 6. Salas 1. 2. *tr.* 3. *d.* 1. *sect.* 6. *n.* 62. *& tr.* 7. *d.* 2. *sect.* 5. *à num.* 47. Arriaga *d.* 8. *de anima, sect.* 4. Coninch. 2. 2. *d.* 2. *dub.* 8.

Quæst. XIV. An liberum arbitrium ita sequatur rationis ductum, vt non possit eligere obiectum, quod illa remissiùs, & debiliùs proponit? Vazq. 1. *p. d.* 98. *c.* 6. *&* 7. 1. 2. *d.* 128. *c.* 5. Coninch 2. 2. *d.* 2. *dub.* 5. Estius *in* 2. *d.* 24. §. 3. *&* 4. Suar. *lib.* 1. *de grat. c.* 12. *à n.* 15. *& lib.* 7. *de Ang. cap.* 5. Salas 1. 2. *tr.* 6. *d.* 1. *sect.* 5. *q.* 8. Fonseca 6. *Metaph. c.* 2. *q.* 5. *sect.* 15. Arrub. 1. *p. d.* 77. *c.* 1. Tanner. 1. 2. *d.* 6. *q.* 2. *dub.* 7.

Quæst. XV. An vt liberum arbitrium eligat bonum, necessarium sit iudicium, an sufficiat simplex apprehensio illius? Vazq. 1. 2. *d.* 44. *c.* 2. *& seq.* Suarez 1. 2. *d.* 6. *sect.* 5. *& d.* 23. *Metaph. sect.* 7. *lib.* 7. *de Ang. c.* 10. *à n.* 12. *c.* 11. *n.* 10. *c.* 12. *n.* 11. Val. 1. 2. *d.* 2. *q.* 4. *p.* 1. Azor *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 28. *q.* 6. Salas 1. 2. *tract.* 6. *d.* 3. *sect.* 1. Tann. 1. 2. *d.* 2. *q.* 2. *dub.* 2. Granad. 1. 2. *contr.* 2. *tr.* 12. *d.* 1. Hurtad. *d.* 14. *de anima, sect.* 7. Bell. *lib.* 3. *de lib. arb. c.* 8. *prop.* 6. Medina 1. 2. *q.* 10. *art.* 3. Lorca 1. 2. *de actibus human. d.* 10. Nos fusè *d.* 62. *de supernat. sect.* 1.

Quæst. XVI. An possit arbitrium eligere bonum absque iudicio practico, seu imperio illius? Caietan. Conrad. Medina, Zumel, Lorca, Vazquez, & alij cum S. Th. 1. 2. *q.* 13. *art.* 6. *& q.* 17. *art.* 3. Val. 1. 2. *d.* 2. *q.* 4. *p.* 1. *& q.* 12. *p.* 1. Tannerus 1. 2. *d.* 2. *q.* 3. Gran. 1. 2. *tr.* 12. *d.* 3. *num.* 12. Almain. 3. *Moral. c.* 2. Fonseca 9. *Metaph. c.* 2. *q.* 1. *sect.* 3. Azor *tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 29. *q.* 2.

Suar.

Suar. 1. 2. *d. 6. de volunt. sect. 5. d. 19. Metaph. sect. 6. & 7. lib. 7. de Angel. c. 7.* Salas 1. 2. *tr. 1. d. 5. n. 20. & tr. 6. d. 2. sect. 3.* Nos fusè *d. 62. de supernat.*

DISTINCTIO XXVI.

De gratia operante, & cooporante,

PRrima conclusio: Gratia operans, & cooperans necessaria est ad volendum, & agendum bonum opus salutare. Gratia operans est, quæ præuenit voluntatem, vt velit opus salutis, v.g. credere: cooperans verò quæ iuuat voluntatem, vt opus volitum agat. Conclusio probatur ex Augustino pluribus statuente necessitatem gratiæ contra Pelagianos, qui tuebantur arbitrium sine gratia posse velle, & agere opus salutis: & contra Semipelagianos, qui velle, & incipere tribuebant arbitrio; agere verò, & perficere auxilio gratiæ. Primò in lib. de gratia, & lib. arbitrio, cap. 17. *Vt velimus, Deus operatur: cùm autem volumus, & sic volumus, vt perficiamus, nobis cooperatur: & tamen sine illo operante, vt vt velimus, vel cooperâte, cùm volumus bona pietatis opera, nihil valemus.* Secundò illustrat Augustinus *l. b. contra Iulianum*, illo Prouerbiorum 16. *Paratur voluntas hominis à Deo, & à Domino gressus hominis diriguntur.* Vbi omnis bonus affectus, omnisque motus, seu gressus, in Deum præuenientem reuocatur. Item, duobus testimoniis Pauli. Alterum est illud 1. Corinth. 15. *Non autem ego, sed gratia Dei mecum.* vbi Paulus non negat, se plura salutaria velle, &

agere

agere; sed ea neque velle, neque agere solum arbitrium, sed adiutum gratia Dei. Alterum est illud Rom. 9. *Non est volentis, neque currentis; sed miserentis Dei.* Non enim ideò miseretur Deus, quia homo voluit, & cucurrit; sed ideò voluit, & cucurrit, quia misertus est Deus. Si autem dicatur, ideò opus salutare, scilicet, fidem, esse miserentis Dei; quia, licèt possit arbitrium incipere suis viribus volendo, non potest illud perficere sine auxilio misericordiæ Dei: sic redarguit *in Enchiridio, cap.* 32. Ergo eodem modo potest dici non esse Dei miserentis, sed hominis volentis. Nam, sicut voluntas sola suis viribus non peragit totum opus; ita neque solus Deus sine voluntate peragit illud: nam, sicut auxilio gratiæ Deus peragit postremas partes; ita volũtas suis viribus incipit primas. Ergo, cùm Apostolus dicat, opus esse Dei miserentis, & non hominis volentis, totum quidem opus quoad initium, & finem auxilio Dei adscribendum est, quatenus Deus præparat voluntatem, vt velit, & adiuuat, vt perficiat. Vnde *epist.* 106. decernit, ante gratiam Dei nihil meriti humani præire, neque voluntatem humanam ducere, sed comitari gratiam, & pedissequam esse, non præuiam illius.

2 Secunda conclusio: Inter gratias operantes, & præuenientes numeranda est fides, quæ per dilectionem operatur. Hoc etiam probatur ex Aug. *in epist.* 106. Primò, quia *Roman.* 3. dicimur iustificari ex fide, hoc est, ad opera iustitiæ promoueri ex fide. Aliunde 1. *Corinth.* 4. dicimur iustificari per gratiam. Ergo fides, gratia est, qua ad opera iustitiæ promouemur. Secundò, fides est donum Dei, & principium operum iustitiæ: quare gratis datur, quidquid

propter

propter fidem datur. Ergo fides eſt auxilium præueniens gratiæ. Nam donum Dei, quod eſt principium operum iuſtitiæ, auxilium eſt gratiæ. Tertiò *lib. 1. Retract. cap. 9.* ait, fidem Chriſti eſſe beneficium præueniens voluntatem, vt caueat peccata, & rectè viuat. At hoc eſt, & non aliud, auxilium præueniens gratiæ. Ergo fides eſt auxilium præueniens gratiæ.

3 Tertia concluſio: Non ſolùm actus fidei, ſed etiam plures affectus deliberati virtutum, qui præueniuntur auxilio gratiæ, poſſunt referri inter gratias præuenientes comparatione aliorum. Nam affectus boni ſunt dona Dei mouentia voluntatem ad opera bona. At dona Dei mouentia voluntatem ad opera bona ſunt auxilia præuenientia gratiæ. Aſſumptum probatur: Primò, quia fides per dilectionem charitatis operatur plures actus virtutum. Ergo non ſolùm fides, ſed etiam dilectio charitatis eſt donum operans actus virtutum. Secundò ex Auguſtino *in Enchiridio cap. 32.* vbi ait, plures affectus bonos numerari inter dona Dei, quæ ipſos præueniunt, quia iuuat ad alios, quos ipſi præcedunt. Quò adducit illud Pſalm. 58. *Et miſericordia eius praueniet me* & illud Pſalm. 22. *Et miſericordia Dei ſubſequetur me.* Quippe quia priuſquàm velim præuenit, vt velim; & deinde me iam volentem ſubſequitur, vt præcedens affectus mouens ad vlteriora opera iuſtitiæ non fruſtretur effectu, quem voluit.

4 Quarta concluſio: Fides eſt gratia præueniens opera; quæ iuſtificationem aſſequuntur, & vitam æternam promerentur; non verò omnia opera bona. Prior pars probatur: Primò, quia Auguſtinus *ſuper Pſalm. 66.* ait, fide per dilectionem iuſtificari impium, & ex

& ex illa omnia merita incipere. Secundò, quia *in epistola 144. ad Anastasium*, non esse liberam à peccato voluntatem, nisi eam liberet gratia per legem fidei, seu fides operans per dilectionem charitatis. Posterior pars probatur: quia ante fidem præcedunt aliqua opera bona elicita auxilio gratiæ; quæ tamen, quia impiorum sunt, vitam non promerentur æternam. Primò enim præcedit affectus fidei, qui ad credendum Deo per se necessarius est. Secundò, quia præcedit cogitatio, qua fidei mysteria credibilia approbamus, quæ viribus arbitrij haberi non potest, vt colligit Augustinus *de prædestinatione Sanctorum, cap. 2.* ex illo Pauli 2. Corinth. 3. *Non quòd simus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis.* Imò credere per fidem, ideò probat esse ex gratia Dei: quia cogitare, quod fidem præcedit, non sufficit arbitrium sine gratia Dei. Tertiò, quia Augustinus ad illud Psalm. 119. *Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas.* obseruat hunc ordinem gratiarum; vt priùs præcurrant ante assensum perfectum fidei, & opera iustificationis affectus aliqui imperfecti amoris efficacis ipsorum; deindè sequatur amor; & postremò ipsum opus.

5 Quinta conclusio: Eadem gratia potest esse operans, & cooperans. Nam eadem gratia potest obire munus vtrunque operandi, & cooperandi: potest enim præuenire voluntatem mouendo, vt velit; & eandem posteà iuuare, ne frustrà velit, sed efficaciter operetur.

6 Sexta conclusio: Gratia operans, & vsus liberi arbitrij, elicitus ex gratia, inter virtutes animæ, & magna bona hominis referri possunt. Nam Augustinus

libro primo Retract.cap.9. & *lib.2. de libero arbitrio, cap.19.* docet, virtutem esse, qua nemo malè vtitur. At gratia operante, & bono vsu liberi arbitrij nemo malè vtitur. Ergo virtutes sunt. Hoc tamen discrimine, quòd gratia operans potest esse virtus, quin sit opus morale virtutis; vsus verò bonus arbitrij virtus est, & opus virtutis. Vnde vtrumque inter magna bona hominis recensetur. Nam docente Augustino *suprà*, bona hominis sunt magna, minima, & media. Magna sunt quibus rectè viuimus, & malè vti non possumus, vt virtutes. Minima, quibus malè vti possumus, & sine quibus benè viuimus, vt bona corporis. Media, quibus malè vti possumus, & sine quibus non benè viuimus, vt liberum arbitrium. At gratia operans, & bonus vsus arbitrij sunt bona, quibus rectè viuimus, & malè vti non possumus. Ergo inter magna bona referri debent.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An gratia iustficans sit animo inhærens? Hîc S.Thomas *art.1.* Bonau. *articul.1.quæst.1.* Caietan. Conrad. Medina, Zumel, Lorca, Curiel, Vazquez, & alij cum S.Thoma 1.2.*quæst.*110.*art.1.* & *quæst.*113.*art.1.* & 2.Valentia 1.2.*disp.*8.*quæst.*5. *p.*2.Coninch. 2.2.*disp.*6.*dub.*1.Tannerus 1.2.*disp.*6. *quæst.*5.*dub.*1. Bellarmin. *lib.*2. *de iustificatione.* Stapletonius *lib.*5.& 7.Granadus 1.2.*controuers.*8.*tr.*8. *disput* 2. Suarez *lib.*6.*de gratia, cap.*1. & *seq.* Sotus *lib.*2.*de natura,* & *gratia, cap.*17.& *seq.* & *in* 4.*dist.*1. *q.*3.*art.*1.Canus *lib.*7.*de locis, cap.*2.Torres 2.2.*disp.* 46.*dub.*4.Antonius Perez *cert.*7.*scholast.cap.*4. Fonseca 9. *Metaph.cap.*5.*q.*2.*sect.*2.

Quæst.

Quæst. II. An gratia iustificans sit distincta ab habitu charitatis? Hîc S. Thomas *art.* 4. Durand. Gab. & Scot. *quæst.* 1. Aureol. *art.* 1. Caiet. Conrad. Medina, Curiel, Zumel, Lorca, Vazquez, & alij cum S. Th. 1. 2. *quæst.* 110. *art.* 3. Coninch. 2. 2. *disp.* 21. *dub.* 7. Bell. *lib. de gratia*, & *lib. arb. cap.* 6. Vega *lib.* 7. *in Trident. cap.* 25. Mæratius *tr. de charitate, disp.*... *sect.*... Sotus 2. *de natura, & gratia, cap.* 17. & 18. Lessius *lib.* 2 *de summo bono, cap.* 1. Salmeron *ad Galatas, disp.* 3. Suarez *lib.* 8. *de gratia, cap.* 12. Henriquez *de finè hominis, cap.* 14. Tannerus 1. 2. *disp.* 6. *quæst.* 4. *dub.* 2. Torres 2. 2. *disp.* 68. *dub.* 9

Quæst. III. An gratia auxilians actualis sit distincta ab ilustrationibus intellectus, & affectionibus voluntatis? De quo relati *lib.* 1. *d.* 3. *q.* 4.

Quæst. IV. An gratia sanctæ affectionis sit nouum beneficium à gratia illustrationis distinctum? De quo nos tantùm *lib.* 5. *de ente supernaturali*, copiosè.

Quæst. V. An gratia sanctæ affectionis, præter illustrationis gratiam, ad omnem consensum meritorium necessaria sit? De quo rari ex professo. Attingunt Vazquez 1. *p. disp.* 88. *n.* 24. & 1. 2. *disp.* 185. *cap.* 6. *fin.* Montesinus 1. 2. *disp.* 31. *q.* 2. *n.* 54. Granad. 1. 2. *cont.* 8. *tr.* 5. *disp.* 2. *sect.* 5. §. 4. Suar. *lib.* 3. *de auxil. cap.* 4. *n.* 3. & *cap.* 5. *n.* 8. Lorca *de gratia, disp.* 18. *fine.* Copiosiùs Albeda 1. *p. disp.* 58. *sex.* 4. Ruiz *de prouid. disp.* 2. *sect.* 2. Nos latissimè *lib.* 5. *de supernat.*

Quæst. VI. An inter illustrationes, & affectiones gratiæ recenseri debeant assensus, & affectus absoluti, & deliberati; an solùm simplices, & indeliberati? De quo ex professo nullus. Attingit Suarez *lib.* 3. *de auxiliis, cap.* 4. *num.* 3. & *cap.* 5. *num.* 8. & Aluarez

*de auxiliis,disp.*75.*n.*2.Nos abundè *lib.*5.*de supernat.* Huc adduci possunt, qui gratiam subsequentem, & cooperantem indistinctam tuentur à consensu absoluto voluntatis inducente ipsam ad operis externi, vel alterius interni perfectionem.

Quæst. VII. An gratia actualis influat in genere causæ efficientis in consensum? Bellarm. *lib.*1.*de gratia cap.*13.*ad primum.* Molina *in concord. q.*14. *articul.*13.*disp.*37.Lessius *de auxiliis,cap.*15.*n.*3.*& cap.*17.*n.*10. Mascarenas *de auxil. disp.*1.*p.*4.*n.*9. Vazq. 1.2.*d.*185.*cap.*9. Val.1.2.*d.*8.*p.*3. Arrub.1.*p.d.*20. *num.*27.Becanus *opusc.de auxil.cap.*2.Sot.1.*de natura & gratia,cap.*16. Albelda 1.*p.disp.*58.*sect.*3.*ad quartum,& sect.*5.*diff.*2.Curiel 1.2.*quæst.*111.*dub.*1.*conc.*5.Suar.3.*de auxil.c.*4.*num.*11.Tanner.1.2.*disp.*6.*q.*3.*à num.*263. Granad.1.2.*contr.*8.*tract.*8*disp.*2.*sect.*6. Lorca 1.2.*disp.*18.*de gratia.* Zumel.1.2.*quæst.*111. *art.*2.*disput.*2.*conclus.*4. *& tom.*1.*de auxil.disput.*2.*conclus.*1.

Quæst. VIII. An gratia actualis sit motio intrinsecè, & quoad substantiam supernaturalis? an solùm extrinsecè, & quoad modum? De quo relati *lib.*1. *dist.*16.*quæst.*6.

Quæst.IX. An ad omnem actum meritorium gratia auxilians sit necessaria? Hîc Greg. *q.*1. Alij relati *dist.*24.*q.*7.& relati *lib.*1.*dist.*41.*q.*4.

Quæst. X. An sit necessaria gratia,vt homo se disponat ad gratiam? Hîc Greg.*q.*1.Alij relati *lib.*1.*dist.*41.*quæst.*5.

Quæst. XI. An ad agendum quodvis bonum morale,etiam naturale, sit necessaria gratia? Hîc Gregor. *q.*1.Alij relati *dist.*28.*q.*1.

Quæst.

Quæst. XII. An actus intrinsecè naturalis conferat in salutem? Aut conferens in salutem sit intrinsecè supernaturalis? De quo nos fusè *disp.44.de ente supernat. sect.3.& sequentib.* Coninch.2.2. *disp.4.dub.3.* Molina *in concord.q.14.art.13.disp.6.* Vazquez 1.2. *disp.217. n.54.* Item, qui disserunt, an iustus mereatur per actus virtutum moralium elicitos sine gratia? Zumel, 1.2.*q.114.art.4. disp.1.* Vega *q.12.de iustificat.* Suar.*lib.12.de grat.cap.7.* Vazquez 1.2.*disp.29. cap.5.* Torres *de merito, disp.1. dub.11.& disp.6.n.17.* Sotus *3.de natura.& grat.cap.4.* & alij cum S. Thoma 1.2. *quæst. 114. art.4.* Necnon qui disserunt, an eiusmodi actus eliciti auxilio gratiæ intrinsecè naturalis, aut mereri, aut disponere ad iustificationem queant?

Quæst. XIII. An omnis actus salutaris procedat ex fide infusa? Hîc Bonau.*in litt. dub.3.* De quo ex professo pauci. Attingunt Vazq.1.2.*disp.189.num.137.& 138.& disp.210.cap.4.& disp.290.n.131.* Torres 2.2. *disp.41.dub.5.* Coninch.2.2. *disp.14.dub.6.*

Quæst. XIV. An dilectio supernaturalis Dei possit haberi sine fide infusa? Sotus 2. *de natura & gratia, cap.11.& in 4.disp.1.q..art.3.& d.5.q.1.art.2.* Suar. 2.2.*disp.8.sect.7.cap.8.& disp.12.sect.3.* Torres 2.2. *d.25. dub.3.& disp.46. dub.5.& 6.* Gran. *contr.8. de gratia, tr.9.d.3.* Lorca 2.2.*disp.31.& 1.2.de gratia, disp.31.n.3.* Coninch. *disp.14.dub.8.* Vega *lib.6.in Trid. cap.21.* Nos fusè *de supern. disp.20. sect.22.& 23.disp.49.sect.4.& disp.63.sect.4.& 5.*

Quæst. XV. An actum fidei præcedat iudicium, aut apprehensio naturalis? Nos fusè *disp.49.sect.4.& 3.& disp.60.* Suar.2.2.*disp.6.sect.8.* Tor.*disp.49.d.5.*

Coninch *disp.* 13.*n.*19. Albert. 3.*principio philosoph.* *q.*5.*theolog.*Granad. 2.2.*contro.*1.*tr.*9.*disp.*5.

Quæst. XVI. An gratia operans moueat voluntatem, & an physicè prædeterminando? Hîc Bonauent. *art.*1.*q.*6.Alij relati *dist.*24.*q.*5.

Quæst. XVII. Quo differant gratia operans, & cooperans?Hîc S.Th.*art.*5. Durand. *q.*3. Gabr. *q.*1. Caiet. Conrad. Medina,Lorca,Curiel, Zumel. Vazquez,& alij 1.2.*q.*111.*art.*2. Aluarez *de auxil.disp.* 81.*& sequenti.*Pennotus *lib.*9.*de liber.arb.c.*6. Sotus 1.*de nat.& grat.*16. Suar. 3.*de auxil.c.*5. Tanner. 1. 2.*disp.*6.*q.*1.*dub.*4. Bellarm. *lib.*6.*de grat.& lib.arb. c.*10.*&* 14.Granad. 1.2.*controu.*8.*tr.*5.*disp.*2.Ruiz *de prouid.d.*31.*& seq.* Rursus Vazq. 1.*p.d.*88.Val. 1.2, *d.*8.*q.*3.*p.*5. Molina *in concord.q.*14.*art.*13.*disp.*42. Driedo *lib.*2.*de gratia,tract.*1.*c.*2.Ruard.*art.*7.

Quæst. XVIII. An præter gratiam requisitam ad voluntatem efficacem operis, sit necessaria gratia ad operis executionem?Hîc S.Thom.*art.*6.Durand.*q.*3. Gabr. *quæst.*1. Vazquez 1.*p. disp.*88.*cap.*10. Berlarmin. *lib.*1.*de gratia,c.*14.*& lib.*6.*cap.vlt. sentent.*11. Granad. 1.2.*controu.*8.*tr.*5.*disp.*3.Ruiz *de prouident. disp.*38.

Quæst. XIX. An voluntas creata sit causa immediata,& partialis simul cum gratia omnis actus meritorij? De quo relati *dist.*25.*q.*9.

Quæst. XX. An actus virtutis supernaturalis procedens ex gratia possit infici malitia? Nos fusè *disp.* 50.*de supernatural.* Valent. 1.2.*disp.*5.*quæst.*1.*part.*2. Tanner. 1.2.*dis.*3.*quæst.*2.*num.*16.*&* 22.Bañez 2.2. *quæst.*4.*art.*5.*dub.*2. Nauarrete 1.*p.tom.*2.*controuers.* 26. §.2. Basilius Pontius 1. *part. variarum, relect.*2.

Suarez

Suarez *de fide, d.6. sect.7. & lib.2. de gratia, cap.3. n.* 14. *& lib.12. cap.11.* Vazquez 1.2. *disp.53. cap.4. disp.54. cap.3. d.84. cap.3. & d.186.* Torres 2.2. *d.* 33. *dub.1.2.& 3.* Coninch. 1.2. *d.14. dub.3.* Vega *in Trident. lib.11. cap.27.* Corduba *lib.2. quaest.3.* Sotus 1. *de nat. & grat. cap.22. concl.2. & in 4. disp.6. q.1. art.6. & disp.1. q.6. art.8.* Salas 1.2. *tr.7. d.3. n.163. &* 1.69. *& tr.11. n.55.* Granad. 1.2. *contr.2. tr.9. d.3.* Antonius Perez *lect.1. exam. p.3. cap.15.* Hurtado 2.2. *sp.46.*

DISTINCTIO XXVII.

De virtute, quid sit, & quid sit actus eius?

PRima conclusio: Virtus propriè, & strictè sumpta est *bona qualitas mentis, qua rectè viuitur, & qua nullus malè vtitur, & quam Deus solus in homine operatur.* Hæc conclusio non indiget probatione, nisi quoad postremam partem. Ea probatur. Primò, quia hæc definitio virtutis est Augustini *lib.2. de libero arbitrio, cap.18.* Secundò, quia Augustinus *tomo 8. concione 26. in Psalm.* 118. exponens illa verba: *Feci iudicium, & iustitiam.* ait, nomine iustitiæ ibi non intelligendam virtutem iustitiæ, sed eius actum, quia *virtutem non facit homo.* Tertiò, quia Apostolus *Ephes.* 2. scribit, virtutem fidei non esse ex nobis; sed esse purè donum Dei, vt ab Ecclesiæ Patribus exponitur. Quartò, quia gratia operans est virtus animæ, vt præmisimus *distinct. præcedenti.*

At gratia operans non est à libero arbitrio, cùm sanet infirmitatem arbitrij, præueniatque omnem salutarem actionem ipsius. Vnde colligitur, virtutem proprié, & precisè acceptam non esse affectum liberi arbitrij. Nam virtus à solo Deo est, & non à libero arbitrio. At affectus arbitri ab arbitrio est.

2 Secunda conclusio: Omnis motus, vel affectus meritorius est à virtute, seu gratia, & simul à libero arbitrio, sicut germen est à pluuia desuper effusa, & simul à terra cooperante cœlesti pluuiæ. Primò ex illo primæ Corinth. 15. *Gratia Dei sum, id quod sum; sed gratia eius in me vacua non fuit. Abundantius cæteris laboraui. Non autem ego, sed gratia Dei mecum.* Labores enim salutares primò refert in gratiam Dei; deinde in arbitrium: quia, neque sola gratia sine arbitrio, neque arbitrium solum sine gratia eos perficere potest. Sic exprimit Augustinus *de libero arbitrio, cap. 5. & 6.* Item *epistola* 105. *ad Sixtum*, docet, ex gratia, & libero arbitrio procreari in anima omnem bonum affectum. Tertiò, quia omnis affectus bonus, & donum Dei est, & meritum hominis: quare Augustinus *in eadem epistola* ait, cùm coronat Deus merita nostra, nihil aliud coronare, quàm munera sua. At bonus affectus, quà Dei donum est, procedit à gratia: quà verò meritum hominis est, procedit à libero arbitrio.

3 Sed obseruanda sunt duo. Alterum, gratiam, à qua meritum hominis est, non esse gratis dantem, quæ Deus est; sed gratis datam, quæ arbitrio inhærens est, illudque præuenit ad agendum. Nam à Deo esse commune est omnibus effectibus creatis. Ergo singularis excellentia meriti, & operis supernaturalis

est,

est, esse à Deo per auxiliũ speciale gratiæ arbitrio infusum. Alterum, causalitatem magis principalem tribuendam gratiæ,& minùs principalem arbitrio. Tum quia gratia excitat, & eleuat arbitrium ad agendum; arbitrium verò non excitat,nec eleuat gratiam. Tum, quia interdum merita ex sola gratia esse dicuntur;non verò esse ex solo libero arbitrio. Quod verum esse non potest, nisi quia causæ principalitas adscribitur gratiæ.

4 Tertia conclusio: Actus, & vsus virtutis lata quadam significatione dicitur virtus, quamuis in strictâ, & rigorosâ non sit. Prior pars probatur. Primò, Augustinus *distinctione precedenti* bonum vsum liberi arbitrij dixit virtutem. Secundò, quia interdum apud sacros,& catholicos Scriptores actus fidei, charitatis, & iustitiæ dicuntur fides, charitas,& iustitia. Dicitur enim homo mereri per fidem,per charitatem, per iustitiam: quia per actus harum virtutum meretur. Posterior pars constat ex conclusione prima. Quã vlteriùs confirmat: quia Augustinus *lib. 2. q. euangelicarum, cap. 39. & lib. 13. de Trinitate, cap. 2,* definit virtutem fidei esse, *qua creduntur ea quæ non videntur.* At id,quo credimus,non est ipsum credere actuale. Ergo fidei virtus in stricta significatione non est ipse actus credendi.

5 At volunt aliqui,actus bonos internos animæ esse virtutes; actiones verò externas esse opera virtutum: eóque componi testimonia Augustini, quæ contradicentia videntur. Nam Augustinus *tract. 40. in Ioannem, cap. 10.* ait: *Fides est credere, quod non vides.* Credere autem actus est. Item, lib. 2. de doctrina Christiana: *Charitatem voco motum animi,*

Hæc ſententia omninò non repellitur, quia ſolùm videtur ſtatuere, & probare primam partem ſuperioris concluſionis de fuſa vſurpatione virtutis. Cæterúm, quia etiam videtur negare aliam vſurpationem ſtrictam virtutis à ſolo Deo procedentis, & ab actibus bonis diſtinctæ, ideò neque omninò probatur. Reſpondetúrque, Auguſtinum in eis locis nomine fidei, & charitatis fusâ ſignificatione intelligere actus. At aliis in locis ſtrictiùs ſignificare earum nomine principia actuum, vt ex ſuperioribus notum eſt.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An, & qua certitudine dentur virtutes infuſæ? Hîc S.Th. *art.* 2. Aur. *art.* 1. *de virtutibus theologicis.* Sot. *lib.* 2. *de natura, & gratia, cap.* 17. *& ſequent. & in* 4. *d.* 1, *quæſt.* 3. *art.* 1. Canus *lib.* 7. *de locis, cap.* 2. Vazquez 1. *p. diſp.* 42. 1. 2. *diſp.* 36. *cap.* 2. *diſp.* 79. *cap.* 1. *d.* 85. *cap.* 1. *diſput.* 91. *cap.* 4. Torres 2. 2. *diſp.* 46. *dub.* 4. Anton. Perez *certam.* 7. *ſchol. cap.* 4. Vega *lib.* 7. *in Trident. cap.* 24. Lorca *diſp.* 8. *de virtut.* Peſant. 1. 2. *quæſt.* 10. *art.* 1. *diſp.* 2. Valent. 1. 2. *diſp.* 4. *quæſt.* 3. *p.* 4. Suarez *lib.* 6. *de gratia, cap.* 4. Fonſeca 9. *Metaph. c.* 5. *q.* 1. *ſect.* 2. Granad. 1. 2. *controuerſ.* 4. *diſp.* 2. De virtutibus moralibus verò, Valent. 1. 2. *diſp.* 5. *q.* 6. *p.* 1. *&* 2. Conimb. *in Ethicis, diſp.* 7. *q.* 6. *art.* 2. Vazquez 1. 2. *diſp.* 86. *cap.* 2. *& ſeq.* Suarez *lib.* 6. *de gratia. cap.* 9. *&* 1. 2. *tract. de virtutibus, diſp.* 3. *ſect.* 5. Tanner. 1. 2. *diſp.* 3. *q.* 4. *dub.* 2. Granad. *controu.* 5. *de virtut. tract.* 1. *diſp.* 5. Coninch. 2. 2. *diſp.* 6. *dub.* 2. Vega *ſup.* Anton. Perez *ſup.* Lorca 1. 2. *de virt. diſput.* 1. Caiet.

Conraq.

Conrad. Medina, Zum. & Curiel. 1. 2. *q.* 63. *art.* 3. & 4. Nos fusè *de supernat. disp.* 73.

Quæst. II. An actibus virtutum infusarum comparentur aliquæ virtutes acquisitæ supernaturales, aut naturales? Suar. *lib.* 6. *de gratia, cap.* 14. Coninch. 2. 2. *disp.* 7. *dub.* 3. Salas *tom.* 2. *in* 1. 2. *tract.* 10. *disp.* 15. *num.* 58. & 63. Vazquez 1. 2. *disp.* 29. *num.* 84. Gran. 1. 2. *controu.* 4. *disp.* 4. *num.* 12. Torres 2. 2. *disp.* 46. *dub.* 9. Lorca 1. 2. *de virtutibus, disp.* 19. Hurtado *de anima, disp.* 16. *sect.* 8.

Quæst. III. An virtus infusa, seu gratia, sit causa partialis agens cum anima actum meritorium? De quo relati *dist.* 25. *q.* 9.

Quæst. IV. An virtutis actu possimus malè vti, referendo eum in malum finem? Hîc S. Th. *art.* 2. Alij relati *dist. præced. q.* 20.

Quæst. V. An voluntas agens cum gratia actum supernaturalem, sit causa principalis, an instrumentalis? Nos fusè *de supernat. disp.* 31. Bañ. 1. *p. q.* 12. *art.* 5. *dub.* 3. Zumel. *ibidem, disp.* 2. & 1. 2. *q.* 109. *art.* 1. *d.* 1. *concl.* 1. Nauarrete *tom.* 1. *contr.* 39. §. 1. *concl.* 1. Ledesma *de diuin. perfect. art.* 8. *concl.* 1. Aluarez *de auxil. d.* 68. Albelda 1. *p. d.* 27. *n.* 54. Ægid. de Præs. *lib.* 20. *de beatitud. q.* 3. *art.* 5. Ant. Perez *in Laur. Salmant. certam.* 6. *schol. c.* 4. Bellarm. *lib.* 4. *de gratia, c.* 15. Vazq. 1. *p. d.* 43. *n.* 15. & *d.* 176. *c.* 4. & 5. Salas 1. 2. *tom.* 2. *d.* 5. *sect.* 5. Herice 1. *p. d.* 46. *c.* 2. Tanner. 1. *p. d.* 2. *q.* 6. *dub.* 4. Becan. 1. *p. tr.* 1. *c.* 9. *q.* 4. Mach. 1. *p. d.* 16. *sect.* 3. *concl.* 1. Suarez 3. *de auxil. c.* 15. & *lib.* 6. *de gratia, c.* 6. & 7. Albertin. *tomo* 1. *prin.* 2. *philos. q.* 6. Arrub. 1. *p. d.* 19. *n.* 30. Fasol. 1. *p. q.* 12. *art.* 5. *n.* 27. Granad. 1. *p. tr. de visione, d.* 6. *n.* 22.

Quæst.

Quæſt. VI. An ratio meriti ſit actibus ſupernaturalibus intrinſeca ſeorſim à lege Dei? Hîc S. Th. *art.* 3. Durand. *q.* 2. Gab. *q.* 1. Bonau. *art.* 2. *q.* 3. Caiet. Conrad. Medina, Lorca, Zumel, & alij 1.2. *q.* 114. *art.* 1. 2. *&* 3. Vazq. 1.2. *d.* 214. Suar. *lib.* 12. *de gratia, cap.* 17. Coninch. 2.2. *d.* 8. *dub.* 4. Raguſa *in* 3. *p. d.* 10. §. 2. Gran. 1.2. *contr.* 8. *de gratia, d.* 3. *ſect.* 1. Philip. Fab. *in* 3. *d.* 42. *cap.* 2. *&* 3. Torres *opuſc.* 8. *diſp.* 1. *dub.* 3. *&* 2.2. *diſp.* 70. *dub.* 2. Moncæus *d.* 12. *cap.* 10. Tann. 1.2. *diſp.* 6. *q.* 6. *dub.* 3. Lindanus *lib.* 3. *panop. cap.* 20. Bellarm. *lib.* 5. *de iuſtificatione, cap.* 17. Val. 1.2. *diſp.* 8. *q.* 6. *p.* 2. Nos *d.* 16. *de ſupernat. ſect.* 11.

Quæſt. VII. An condignitas meritorum ſit æqualis gloriæ æqualitate mathematica, & rei ad rem? Hîc S. Th. *art.* 3. Dur. *q.* 2. Bonau. *art.* 2. *q.* 3. Nos fusè *d.* 16. *de ſupern. ſect.* 3. *& ſeq.* Vaſquez 1.2. *diſp.* 116. *cap.* 2. *& diſp.* 214. *cap.* 10. *&* 11. Lorca 1.2. *de de merito, d.* 45. Philip. Fab. *in* 3. *d.* 42. *cap.* 2. *&* 3. Coninch. 2.2. *diſp.* 8. *dub.* 3. Gran. 1.2. *contr.* 8. *tr.* 11. *d.* 3. Ruiz *de prouidentia, diſp.* 59. *ſect.* 1.

Quæſt. VIII. An merita obligent ex iuſtitia ad retributionem præmij? Hic Gab. *q.* 1. Bonau. *art.* 2. *q.* 3. Alij relati *lib.* 1. *diſt.* 43. *q.* 6.

Quæſt. IX. An actibus elicitis ſine gratia dignè mereamur gratiam? Hîc S. Th. *art.* 4. Alij relati *lib.* 1. *diſt.* 41. *q.* 3.

Quæſt. X. An actibus elicitis ſine gratia diſponamur ad gratiam? Hîc S. Th. *art.* 4. Alij relati *lib.* 1. *diſt.* 41. *quaſt.* 5.

Quæſt. XI. Qua ratione ſit verum, facienti, quod in ſe eſt, non denegari gratiam? Hîc Gab. *q.* 1. Alij relati *diſt.* 41. *q.* 9.

Quæſt.

Quæst. XII. An actus merè naturales eliciti sine gratia, possint eleuari diuinitùs ad merendum de condigno gratiam? Hîc Scot. *q.* 1. Nos fusè *d.* 16. *de supernat.* Caiet. 1. 2. *q.* 114. *art.* 2. Medina *ibi conc.* 2. *&* 4. Zum. *d.* 1. Vazq. 1. 2. *d.* 214. *à c.* 4. *& d.* 16. Coninch. 2. 2. *d.* 8. *à num.* 105. Lorca 1. 2. *d.* 45. Suarez *lib.* 12. *de grat. cap.* 17.

Quæst. XIII. An actibus procedentibus ex gratia possimus mereri, saltem diuinitùs, ipsam gratiam? Hîc Bonauent. *art.* 2. *quæst.* 1. S. Thomas *art.* 4. Gabr. *q.* 1. Zum. . 2. *q.* 114. *art.* 5. *d.* 4. Vign. *inst. c.* 9. § 3. Suarez *tom.* 1. *in* 3. *p. d.* 10. *sect.* 4. Coninch. 2. 2. *d.* 8. *dub.* 7. Tapia *in* 3. *p. q.* 21. *art.* 1. Vazquez 1. *p. d.* 229. *c.* 9. *& tom.* 1. *in* 3. *p. d.* 21. *c.* 5. Val. 1. 2. *d.* 8. *q.* 5. *p.* 4. Ragusa 3. *p. d.* 43. § 4. Torres *opusc.* 8. *d.* 1. *dub.* 2. Vinc. *de grat. Christi, q.* 5. *art.* 3. Medin. 3. *p. q.* 2. *art.* 11. *ad* 5. *&* 6. Aliique relati *lib.* 1. *d.* 41. *quæst.* 7. Nos *d.* 77. *de ente supernat. sect.* 7.

Quæst. XIV. An, & quibus actibus mereamur augmentum gratiæ? Hîc S. Thom. *art.* 5. Bonau. *art.* 2. *q.* 2. Alij relati *lib.* 1. *d.* 17. *q.* 7.

Quæst. XV. An gratia iustificans sit distincta à charitate? Hîc Scot. *q.* 1. Alij relati *dist.* 16. *q.* 2.

Quæst. XVI. An sint possibiles variæ species gratiæ iustificantis? Hîc Bonau. *art.* 1. *q.* 1. Vinc. *relect. de grat. Christi, q.* 3. Gran. 1. 2. *contr.* 8. *tr.* 4. *d.* 4. Suar. *li.* 8. *de grat. c.* 3. Torres *opusc.* 3. *d.* 1. *dub.* 11. Zumel, Curiel, & Montesin. 1. 2. *q.* 112. *art.* 1. *&* 2.

Quæst. XVII. An virtutes infusæ efficiantur quoad primam productionem, vel quoad intensionem actibus præuiis ipsarum? Caie, Conrad. Medina. Lorca, Vazq. & alij cum S. Thom. 1. 2. *q.* 51. *art.* 2. *&* 4.

Cordub.

Cordub.*lib.*1.*q.*9.Sotus *lib.*2.*de nat.& grat.c.*9.Suar. *lib.*8.*de grat.c.*4. Torres 2.2.*d.*45.*dub.*7. Hurt.2.2. *d.*62.*sect.*2.Salas 1.2.*tr.*11.*d.*6.*sect.*9. Conin.1.2.*d.* 7.*dub.*2. Anton. Perez *in Laur. Salmant.certam.*7. *scholast.cap.*1.*seqq.* Arag.2.2.*q.*24.*art*-7.*dub.*2. Veg. 8.*in Trident.cap.*9.Val.1.2.*d.*4.*q.*3.*p.*4.

Quæst. XVIII. An actus virtutum infusarum possint habere obiectum formale naturale ? & virtutum acquisitarum actus obiectum formale supernaturale? De quo nos fusè *d.*45.*de super.* Suar. *lib.*2.*de grat.c.*9. Arrubal.1.*p.d.*14.*c.*6. Fasol.1.*p.q.*12.*art.*1. *n.*9.& *art.*8.*n.*42.Tanner.1.2.*d.*6.*q.*3.*n.*153.& 154. Curiel.1.2.*q.*109.*art.*1.*dub.*3.§.4.*conc.*1. Zum.*ibid.* *d.*1.& 2.& *art.*3.*d.*3. Medin.1.2.*q.*61.*art.*2. Bañez 2.2.*q.*1.*art.*2.*q.*6.*art.*1.& *q.*2.*art.*2. Mol.*in conc.q.* 14.*art.*13.*d.*7.13.14.& 32.Coninch.2.2.*d.*5.*dub.*3. & *d.*14.*n.*5.Herice 1.*p.d.*38. Grau.1.2.*contr.*8.*tr.*1. *d.*4.*sect.*3.Lorca *de grat.disp.*9.*concl.*1.& 2.Vinsfeldius *sect.*3.*de lib.arb.memb.*4.*concl.*12.

DISTINCTIO XXVIII.

Prædicta repetit, ut alia addat de gratia, & libero arbitrio contra Pelagianos.

DOctrina huius distinctionis eadem est cum præcedenti : scilicet, liberum arbitrium sine gratia præueniente, & adiuuante, Dei superadditâ naturæ, nullum agere posse simpliciter meritum salutis ; atque adeò ante gratiam Dei nullum esse meritum ; quo aduocemus gratiam. Constat satis ex præce

præcedentibus. Item, quia oppositum fuit hæresis Pelagiana ab Augustino, & vniuersa Ecclesia damnata.

2 Igitur huic doctrinæ aduersarius fuit Pelagius, qui primò docuit, opera salutaria, vt credere, diligere Deum, & præcepta diuina implere arbitrium posse sine gratia supernaturali, quamuis non possit sine gratia creationis naturali. Secundò, gratiam supernaturalem cadere sub meritum operum naturalium præcedentium ipsam. Tertió eam gratiam nostris meritis aduocatam, non ad simpliciter, sed ad facilè tantùm posse esse necessariam. Quartò, eam non in aliquo dono interno infuso à Deo; sed in externa solùm instructione prædicationis, & legis esse constitutam. Ita Augustinus *lib. 1. Retract. cap. 9. & lib. de hæres. cap.* 88.

3 Ad quod muniendum, sequentes propositiones Augustini obiiciebant Pelagiani. Primam *ex lib. 3. de lib. arb. cap.* 18. non esse imputanda ad culpam ea, quæ homo facere non potest. Secundam *ex lib. de duabus animabus, cap.* 12. nullum hominem esse peccati reum quia non fecit, quod facere non potuit. Tertiam *ex lib. contra Adamantium, cap.* 26. in nostra positum esse potestate mutare in melius voluntatem. Quartam *ex capit. 27. eiusdem libri*, in nostra potestate esse, vt vel inseri bonitati Dei, vel excidi eius seueritate mereamur. Quintam *ex lib. exposit. Epist. Ad Rom. art.* 60. *&* 61. nostrum esse credere, & velle. Sextam *ex lib. de prædestinatione Sanctorum, cap.* 5. posse habere fidem, & charitatem, naturæ esse hominum. Etenim his omnibus propositionibus tribuitur homini posse ad opera salutaria: ergo ad posse agere illa non indiget auxilio gratiæ.

4 Verùm

4 Verùm omnes propositiones obiectæ vnica solutione explicantur; scilicet arbitrium habere potestatem ad illa, & sine illa neminem prætermittentem ea opera, peccare posse: cæterùm, talem potestatem conuenire arbitrio præuento, & adiuto gratia; non verò sine illa. Quia verò gratia semper adest, ideò semper adest ea potestas. Neque alicubi docuit Augustinus, talem potestatem inesse soli arbitrio seorsim à gratia. Itaque Augustinus ea opera arbitrio tribuit, vt libertatem assereret nostræ voluntatis. At, quia simul cum libertate voluntas ex se infirma est ad ea opera: ideò aliis in locis auxilium gratiæ necessarium adstruxit. Quod illustratur ex Hieronymo *tom.* 4. *in explanatione fidei*, asserente, liberum sic confitendum arbitrium, vt necessarium Dei non negetur auxilium. Ergo duobus continetur doctrina Catholica: primò, voluntati creatæ libertatem adesse: secundò, adesse quoque illi necessariam gratiam. Primum est contra Manichæum negantem, hominem peccatum cauere posse; & contra Iouinianum negantem, hominem posse peccare. Secundum verò contra Pelagium, negantem esse necessarium auxilium superadditum gratiæ, vt possit libertas arbitrij cum salutis fructum, aut bonum opus efficere, aut peccatum aliquod cauere.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An sine gratia Dei possit fieri aliquod bonum opus morale? Hîc S. Thomas *art*. 1. Bonauent. *art*. 2. *quæst*. 3. Durand. *quæst*. 2. Gabr. *quæst*. 1. Gregor. *quæst*. 1. Caiet. Medina, Conrad. Zumel, Lorca, Curiel, Montesin. Vazq. & alij cum S. Thom. 1. 2.

quæst.

quæst. 109. *art*. 2. Valent. 1. 2. *d*. 8. *q*. 5. *p*. 3. Suar. *lib*. 3. *de auxil*. *c*. 17. latiùs *lib*. 2. *de prædestin*. *c*. 10. *& seq*. & latissimè *lib*. 1. *de grat*. *à cap*. 8. Molin. *in concord*. *q*. 14. *art*. 13. *d*. 5. Vinsfeldius *de gratia*, *& lib*. *arb*. *sect*. 3. *memb*. 5. Carthagena *de prædestin*. *discurs*. 9. Sotus *lib*. 1. *de natur*. *& grat*. *cap*. 20. Bellarmin. *lib*. 5. *de grat*. *& lib*. *arb*. *cap*. 9. Ruardus *art*. 7. Tanner. 1. 2. *d*. 6. *q*. 3. *dub*. 3. Gran. 1. 2. *controu*. 8. *tr*. 1. *d*. 2. Mæratius *de gratia*, *d*. ..

Quæst. II. An possimus sine gratia Dei resistere tentationi graui, vel leui? Hîc S. Th. *art*. 1. Bonau. *art*. 2. *q*. 1. Caiet. Conrad. Medina, Zumel, Curiel, Montesinus, Vazq. & alij cum S. Th. 1. 2. *q*. 109. *art*. 2. Suar. *lib*. 1. *de gratia*, *c*. 23. Bellarmin. 5. *de grat*. *& lib*. *arb*. *c*. 7. *& seq*. Sotus 1. *de nat*. *& grat*. *c*. 21. Vega *de iustific*. *q*. 12. *& sequenti*. Val. 1. 2. *d*. 8. *q*. 1. *p*. 3. *&* 5. Molin. *in concord*. *q*. 14. *art*. 13. *d*. 19. *memb*. 6. Vinsfeldius *seq*. 3. *de lib*. *arb*. *memb*. 5. *concl*. 11. Gran. 1. 2. *contr*. 8. *tr*. 2. *disp*. 3. Tann. 1. 2. *disp*. 6. *q*. 3. *dub*. 4. Ruard. *art*. 7. Mæratius *de grat*. *d*. ..

Quæst. III. An possimus cauere peccata per omissionem meritorum? De quo *dist*. 24. *q*. 9.

Quæst. IV. An possimus implere totam legem sine gratia actuali, aut habituali? Hîc S. Th. *art*. 3. Bonau. *art*. 1. *q*. 3. Dur. *q*. 4. Gabr. *q*. 1. Caiet. Conrad. Medina, Zum. Curiel, Montesinus, Lorca, Vazq. & alij cum S. Th. 1. 2. *q*. 109. *art*. 4. Suar. *lib*. 1. *de grat*. *c*. *de iustific*. *q*. 12. *&* 13. Stapleton. *de iustificat*. *c*. 13. Tanner. 1. 2. *d*. 6. *q*. 3. *dub*. 5. Gran. 1. 2. *controu*. 8. *tr*. 2. *d*. 1. *& seq*. Mæratius *de grat*. *d*. ... Molin. *in concord*. *q*. 14. *art*. 13. *d*. 17. Peret. *in Gen*. *lib*. 5. *d*. 3.

Quæst. V. An possimus in natura eleuata diligere

Deum super omnia dilectione efficaci naturali? Hîc Scot. *q.* 1. S. Thom. *art.* 3. Bonau. *art.* 1. *q.* 3. Caiet. Conrad. Medina, Zumel, Curiel, Montesinus, Lorca, Vazq. & alij cum S. Thoma 1.2. *q.* 109. *art.* 3. Suar. *lib.* 1. *de grat.* *c.* 31. *& sequenti.* Sotus *de natur. & grat.* *c.* 22. Mol. *in concord.* *q.* 14. *art.* 13. *d.* 14. *membr.* 3. *& disp.* 19. *memb.* 6. Tann. 1.2. *d.* 6. *q.* 3. *dub.* 4. Gran. 1.2. *controu.* 8. *tr.* 1. *disp.* 3. Valentia 1.2. *d.* 8. *q.* 1. *p.* 4. Aluarez *de auxil.* *d.* 51. Vinsfeldius *sect.* 3. *de lib. arb.* *membr.* 6. Vega *de iustificat.* *q.* 10. *& lib.* 6. *in Trident.* *c.* 22. *&* 28. Bellarm. 6. *de grat. & lib. arb.* *cap.* 7. *&* 8. Nos *d.* 14. *de supernat.* *sect.* 3. *& d.* 49. *sect.* 3.

Quæst. VI. An gratia requisita à Patribus contra Pelagium, sit intrinsecè supernaturalis, an etiam naturalis? De quo relati *lib.* 1. *dist.* 16. *q.* 6.

Quæst. VII. An gratia requisita à Patribus contra Pelagium sit physicè prædeterminans? De quo relati *dist.* 24. *q.* 5.

Quæst. III. An gratia requisita à Patribus contra Pelagium, sit adæquata virtus agendi, an solùm partialis? De quo relati *dist.* 25. *q.* 9.

Quæst. IX. An sine gratia Dei possit homo se disponere ad gratiam? Hîc S. Th. *art.* 4. Bonau. *art.*.. *q.* 3. Dur. *q.* 5. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 41. *q.* 5.

Quæst. X. Qua ratione sit verum, facienti, quod in se est, non denegari gratiam? Hîc S. Thom. *art.* 4. Bonau. *art.* 2. *q.* 1. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 41. *q.* 6.

Quæst. XI. An affectu naturali possimus appetere gratiam, & alia dona supernaturalia efficaciter? Hîc Bonau. *art.* 2. *q.* 1. Nos fusè *d.* 14. *de supernat.* Vazq. 1.2. *d.* 22. *c.* 4. Suar. 1.2. *d.* 16. *sect. vlt. de beatit.* Val. 1.2. *d.* 1. *q.* 5. *p.* 1. Arrub. 1. *p.* *d.* 14. *c.* 5. Anton. Perez *in Laur.*

Salmant.

*Salmant.certam.5.scholast.dub.3.*Bañez 1.*p.q.*12.*art.*1.*concl.*1.Salas 1.2.*tr.*2.*d.*12.*sect.*3.Herice 1.*p.d.*38.*c.*1.Gran.1.2.*contr.*1.*tr.*3.*d.*5.*sect.*2. Zum.1.*p.q.*12.*art.*1.*concl.*1.Machin.1.*p.d.*14.*sect.*4.Lorca 1.2.*d.*29.*membr.*2.Ripa 1.*p.q.*12.*art.*1.*dub.*1. Albelda 1.*part.d.*24.*sect.*2.Nauarr. *tom.*1.*contr.*35.§.3.Medina 1.2.*q.*3.*art.*8.& *q.*114.*art.*2.*concl.*3.Nazar. 1.*p.q.*12.*art.*1.*concl.*4. Ægidius de Præsent.*tom.*3.*de beatit. in appendice,q.*3.*art.*3. Hieron. Perez 1.*p.q.*12.*art.*1.*dub.*2.Tannerus 1.2.*d.*1.*q.*5.*à n.*25. Raynaud. *in sua morali discip.dist.*1.*n.*274.Fasol.1.*p.q.*12.*art.*1.*dub.*1.

DISTINCTIO XXIX.

Vtrùm homo ante peccatum eguerit gratia operante, & cooperante?

PRima conclusio: Eguit homo ante peccatum gratia operante, & cooperante ad agendum opus meritorium; non verò ad consequendam libertatem à peccato. Probatur prima pars: quia Augustinus *in Enrichidio*, *c.*106. ait, hominem sine gratia nullum meritum habere potuisse. Probatur pars secunda: quia ante peccatum non contraxit seruitutem peccati, à qua redimeretur per gratiam. Item, quia, licèt poterat liberari à contrahenda seruitute peccati; tamen ad eam libertatem non indigebat gratia: quia, sicut viribus naturæ poterat peccare; ita eisdem poterat peccatum cauere, quod sine potestate canendi esse non potest.

2 Secunda conclusio: Homo ante lapsum præditus fuit virtutibus. Primò, quia August. *tom.*3.*epist.*

V 2 41.ait

41. ait, Adamum perdidiſſe charitatem per peccatum. Item, fuiſſe ante peccatum pudicitia armatum, temperantia compoſitum, charitate ſplendidum. Secundò, Ambroſius *ſuper Pſal. 114. ſerm. 8.* hominem ante peccatum fuiſſe beatiſſimum, & eam beatitudinem ſine virtutibus non potuiſſe habere.

3 Tertia concluſio: Homo per peccatum ſpoliatus fuit virtutibus, & de Paradiſo eiectus. Prior pars docetur ab Auguſtino, & Ambroſio *ſuprà*, qui virtutes proponunt Adamo ante peccatum conceſſas, vt oſtendant dona, quæ per peccatum amiſit. Poſterior pars continetur *Gen. 3.* ibi: *Ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum, emiſit eum Deus de Paradiſo voluptatis.* Quæ verba non ſic intelligenda ſunt, vt poſt peccatum viueret immortalis, ſi de ligno vitæ comediſſet. Nam per peccatum ſubiectus fuit morti, quam cauere non potuiſſet. Ideò igitur eiectus fuit, quia factus eſt indignus, vt incoleret Paradiſum, & vitam degeret immortalem comedens de ligno vitæ, quam, ſi non peccaſſet, habuiſſet. Ingreſſum Paradiſi adeò interdixit Deus, vt collocauerit ante Paradiſum Cherubim, & gladium igniferum, quibus arceretur à via ligni vitæ. Quod iuxta literam intelligi poteſt: quia Angelis commiſit cuſtodiam Paradiſi, & circundedit Paradiſum flammis igneis minantibus ſupplicium peccati. Myſticè verò intelligi poteſt, quòd in Paradiſum cœleſtem redire homo non poteſt ſine charitate ſignificata per Cherubim, & ſine tolerantia laborum, & dolorum ſignificata per gladium flammigerum.

4 At rogabis: An homo ante peccatum comederit de ligno vitæ? Reſpondet Auguſt. *lib. 2. de Bapt. paruulorum,*

paruulorum, siue peccatorum meritis, & remissione, cap. 22. credibile esse, comedisse de ligno vitæ, quod sibi ad comedendum concessum fuit. Quia aliquo tempore habitauit Paradisum, in quo ad vitam erat necessarius cibus, cùm referat sacer Textus, eum in Paradiso deditum fuisse somno, & animalibus ante ippsum adductis nomina imposuisse. In quo non exiguum temporis spatium absumptum est. Neque obest eum posteà mortuum fuisse. Nam vis tuendi vitam immortalem non inerat ligno vitæ, nisi continuo esu, & vsu ipsius.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Quid sit gratia operans, & cooperans? De quo relati *dist.* 26. *q.* 17.

Quæst. II. An possit homo in statu innocentiæ mereri quidpiam salutare sine gratia auxiliante? Hîc S. Thom. *art.* 1. Bon. *art.* 1. *q.* 2. Dur. *quæst.* 1. Gab. *q. vn.* Alij relati *dist.* 24. *q.* 7.

Quæst. III. An posset legem implere, peccataque cauere in eo statu sine gratia auxiliante? Hîc S. Th. *art.* 1. Dur. *q.* 1. Alij relati *dist.* 24 *q.* 6.

Quæst. IV. An possit homo iustificari sine dono inhærenti gratiæ? Hîc Bonau. *art.* 1. *q.* 1. Gab. *q.* 1. Alij relati *lib.* 1. *dist*... *q*...

Quæst. V. An iustitia originalis, & alia gratiæ dona fuerint connaturalia primæ constitutioni hominis? Hîc Scot. *q.* 1. Nos fusè *d.* 22. *de supernatur.* Conrad. & Medina 1. 2. *q.* 85. *art.* 5. *&* 6. Driedo *lib.* 1. *de grat. & lib. arb. c.* 3. Vega *lib.* 2. *in Trid. c.* 11. Sotus *lib.* 1 *de nat. & grat. c.* 13. Albertus Pighius *contr.* 1. Vinsfeldius

sect.1.de statu innocent.memb.6.concl.5. Peltanus *tr.12. de peccato origin.* Perer. *lib.5.in Genes.de iust. origin. q.1.* Mol.*tr. sex dierum,d.27.& in concord. quæst.14.art.13.d.3.&* 4. Valentia 1.2.*d.6.quæst.15.p.1.* Salas 1.2. *tr.13.d.13 sect.1.* Suar. *prolog.4.de grat.c.5.& lib.3. sex dierum,c.20.*

Quæst. VI. An homo in primo instanti creatus sit cum gratia iustificante? Hîc S.Th.*art.2.* Bonau.*art.2. q.2.* Aureol.*q.1.* Gabr.*q.1.* Alij relati *dist.24.q.11.*

Quæst. VII. An in eo primo instanti peccare potuerit? Hîc Bonau.*dub.1.* Alij relati *dist. 3.q.4.*

Quæst. VIII. An fuissent merita, & sanctitas innocentiæ tanta, quanta nunc est naturæ lapsæ. Hîc S. Th.*art.3.&* 4. Bonau.*art.5.* Dur.*q.3.* Gabriel *q.1.* Alij relati *dist.20.q.9.*

DISTINCTIO XXX.

Quòd per Adam peccatum, & pœna transiit in posteros.

PRima conclusio: Ex peccato Adæ transiit peccatum originale in pueros descendentes ab Adam. Probatur ex illo Rom. 5. *Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit; ita in omnes homines mors pertransiit,* Iuxta Paulum, ex peccato Adæ transsiit peccatum in eos, in quos transiit mors. At mors transiit etiam in pueros. Ergo in eos etiam transiit peccatum. At peccatum puerorum non potest esse actuale, quod sine actuali vsu rationis fieri non potest, Ergo erit originale.

2 Respondent Pelagiani, peccatum, quod ex Adã transiit in homines, non esse originale, quod generatione contrahitur; sed actuale, quod imitatione, ac similitudine transfunditur, atque adeò nullum peccatum inficere pueros, qui nullo actu delinquunt. Ita refert Augustinus *de peccatorum meritis, & remissione, c.61*. Sed eos redarguit Augustinus. Nam, si peccatum sola imitatione traduceretur in homines, rectiùs diceretur traductũ ex Diabolo, quàm ex homine: nam primum peccandi exẽplar, quod homines imitantur, Diabolus est, iuxta illud Sap. 9. *Inuidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Imitantur autem eum, qui sunt ex parte ipsius*. Ergo, cùm docet Paulus, intrasse per vnũ hominem peccatũ in homines; non imitatione tantùm, sed propagine, & origine intelligendum.

3 Secunda conclusio: Hoc peccatum originale pueros inficiens est in eis vera culpa, & non solùm reatus pœnæ debitæ parentis culpæ. Nam Ecclesiæ Patres originale peccatum definiunt, esse culpam nobis intrinsecam, Gregorius apud Glossam, Exod. 13. *Ex carnis delectatione concepti culpam originalem nobiscum traximus*. Augustinus de natura & gratia, c. 4. *Peccatum primi hominis non solùm ipsum, sed omne necauit genus humanum; quia ex eo damnationem simul, & culpam suscepimus*. Eadem habet super Psalm. 50. cap. 22. & aliis in locis. Ergo peccatum originale vera culpa est.

4 Tertia conclusio: Peccatum originale puerorum est fomes peccati actualis, seu concupiscentia. Nam Augustinus videtur esse huius sententiæ. Primò, quia *in lib. de Baptismo paruulorum*, concupiscentiam vocat, *malum, languorémque naturæ*. Quod

solùm, quia concupiscentia peccatum originale est, verum esse potest. Secundò, quia *tract. de verbis Apostol. serm. 45. de tempore*, vocat illam *vitium naturæ*. Tertiò, *lib. de Baptismo paruulorum, cap. 9. & 10.* ait: *Adam præter imitationis exemplum occulta etiam tabe carnalis concupiscentiæ tabificauisse omnes de sua stirpe venturos*. Igitur concupiscentia dici potest macula originalis paruulorum. Neque enim concupiscentia nunc sumitur pro actu ipso concupiscendi; sed pro innata & radicali concupiscentiæ propensione, quæ paruulis quoque communis est.

5 Quarta conclusio: Peccatum originale, licèt origine vnum sit, propagatione tamen est multiplex, suum vnicuique inhærens. Arguitur ex illo Rom. 5. *Per inobedientiam vnius peccatores constituti sunt multi*. Vbi significatur, quamuis origo fuerit vnum actuale peccatum Adami; deriuatum tamen ex illo in multos homines, multiplex peccatum originale. Quare etiam dicitur, in vno Adam omnes homines peccasse: quia vnus ille omnes homines erat: quia in illo, tanquam in materia, & massa omnes homines erant, vt exponemus ad argumenta.

6 Aduersùs superiora obiiciunt Pelagiani. Primò, quia peccatum, quod per inobedientiam intrauit in mūdum, innuitur fuisse inobedientiam. At inobedientia peccatū actuale est, & non originale. Ergo non intrauit originale. Secundò, nullum apparet principium peccati originalis inhærentis puero hodie nato. Quia non peccat ipse, qui nascitur, neque qui genuit, neque qui condidit, neque nunc peccat Adamus. Nullum igitur existit principium, quod eius peccati causa sit. Tertiò, omne peccatum est voluntarium: originale

originale autem peccatum voluntarium esse non potest; quia nulla est voluntas, à qua sit. Quartò, quia, vt deriuetur propagatione carnis, opus est, vt puerorum caro esset in Adamo. At tanta carnis quantitas, quanta in omnes homines à parentibus traducitur, non potuit in Adami carne præcessisse. Ergo carnis propagine non deriuatur.

7 Ad primum respondetur: Per inobedientiam hominis dicitur intrauisse peccatum; quia inobedientia actualis Adami principium fuit peccati in posteros traducti; non verò, quia peccatum in eos traductum inobedientia actualis sit. Ad secundum: Principium peccati originalis fuit peccatum actuale Adami: non quia illud modò sit physicè; sed, quia moraliter est in pueris quoad vim eos maculandi persistens. Similiter ad tertium: Originale peccatum voluntarium est à voluntario Adami, quod modò perseuerat in pueris, non physicè, sed moraliter. Ad quartum: Caro omniũ hominum præcessit in primo parente quoad primam originem, & massam præcipuã, ex qua cuiusque corpus compingitur. Nam Adamus contulit partem suæ substantiæ corporeæ filiis, ex qua posteà multiplicatione sui absque nouæ materiæ adiectione essentiales corporis partes formatæ sunt; sicut ex vna Adami costa absque additione alterius materiæ totum Euæ corpus fuit compactum. Deindè filij Adæ contulerunt suis filiis ex massa accepta ab Adamo aliam portionem materiæ, quæ augmento sui absque nouæ materiæ appositione ad partes corporis essentiales sufficit. Itaque ad alios posteros similiter eadem caro Adæ deriuata est, quæ in Adamo præcessit.

8 Oppones, cibos extrinsecùs transumptos conuerti

uerti in eam ſubſtantiam, quæ ab Adamo deſcendit, ideóque in eius materiæ locum externam ciborum materiam, quæ ad Adamum neutiquam pertinuit, ſubſtitui. Reſpōdetur: Cibus non conuertitur in partes primogenias tranſmiſſas ab Adam, & conſtituentes veritatem eſſentialem ſubſtantiæ humanæ, ſed in alias carnis, ſanguinis, & humorum partes, quæ non ad eſſentialem, ſed integralem ſubſtantiæ humanæ conſtitutionem attinent. Atque adeò primæ illæ partes ſemper conſiſtunt eædem, & ſui multiplicatione abſque acceſſione nouæ materiæ ſufficiunt ad conſiſtentiam ſubſtantiæ humanæ. Hæc ſingularis cogitatio ſuadetur primò: quia eo pacto exponitur rectè, quomodo ab Adamo propagetur caro noſtra, & in eo ipſa præextiterit. Secundò, quia Matthæi 15. dicitur: *Omne, quod intrat in os, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur.* Ergo cibus in ſeminales partes corporis non conuertitur. Tertiò, quia puer tenera ætate defunctus reſurget poſteà in ea corporis quantitate, quam habiturus erat, ſi viueret ætatem triginta annorum. Ergo eadem portio materiæ abſque nouæ acceſſione poteſt augeſcere in quantitatem maiorem. Quare ſenes in reſurrectione deponent, tanquàm ſuperfluas, alias corporis partes extrinſecùs aduentitias, quæ ciborum fomento toto vitæ ſpatio acquiſitæ ſunt.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An peccatum primi hominis verè transfundatur in filios? Hîc S. Thomas *art.* 2. Bonauent. *ar.* 1. *quæſt.* 2. Durand. *quæſt.* 2. Scot. *quæſt.* 1. Caietanus, Medina, Conradus, Zumel, Lorca, Curiel, Monteſinus,

nus, Vazquez, & alij cum S.Thoma 1.2.*q.*81.*art.*1. Valentia 1.2.*disputat.*6.*quæst.*11.*p.*1.Bellarmin.*lib.*4. *de amiss.grat.cap.*1.*& seq.* Sotus 1. *de natura & gratia, cap.*7.Driedo *lib.* 1.*de gratia, & lib.arbit. tract.*3. Decanus *art.*2.Stapleton. *lib.* 1.*&* 2.*de iustificatione*, Salmeron *Rom.* 5.*disputat.* 44.*& seq.*Azor *tom.* 1. *lib.* 4.*cap.*25.*& seq.*Salas 1.2.*tract.*13.*disputat.*11.*sect.*1. Granad. 1.2.*controu.*6.*tract.*8.*disputat.*2.Tanner. 1.2 *disputat.* 4. *quæst.*7. *dub.* 1. Suar. 1.2. *tract.de peccat. disp.*9.*sect.*1.

Quæst. II. An in omnes descendentes, etiam in Virginem Mariam, transfusum sit? Hîc Greg.*quæst.*2. Durand. *quæst.*2. Caietan. Conrad. Medina, Zumel. Curiel, Montesinus, Vazquez, & alij cum S. Thoma 1.2.*q.*81.*art.*3.*&* 4.Bellarmin.4.*de amissione gratiæ, à c.*15.Salmeron *Roman.*5.*disp.*49.*& sequent.*Suar. *tom.* 2.*in* 3.*p.disp.*3.Valent. 1.2.*disp.*6.*q.*11.*p.*2.Azor. *lib.* 4.*c.*34.Catharin.*lib.de peccat.origin.*Henric. 3. *Sum. c.*11.§.4.*& sequent.*Tanner. 1.2.*disp.*4.*q.*7.*dub.*2.Salas 1.2.*tract.*13.*disp.*11.*sect.* 5.*quæst.*11.

Quæst. III. An, & quod pactum fuerit necessarium ad transfusionem peccati originalis? Caietanus, Conradus, Medina, Zumel, Curiel, Lorca, Montesinus, Vazquez, & alij cum S.Thoma 1. 2.*q.* 81.*art.*1.*&* 3. Catharinus *de peccat.origin.c.vlt.*Pighius *controuers.*1. *de peccat.origin.*§.8.Sotus 1.*de natura & gratia, c.*10. Vega 2.*in Trident.c.*2.*&* 6.Salmer. *Rom.* 5. *disp.*45. *&* 47.Salas 1.2.*tract.*13.*disp.*11.*sect.*5.*q.*2.Tann. 1.2. *disp.*4.*quæst.*7.*dub.*1.*à num.*16. Valentia 1.2.*disput.*6. *q.*11.*p.*1.

Quæst. IV. Quidnam sit in hominibus originale peccatum, an concupiscentia, an priuatio gratiæ, an aliud?

aliud? Hîc S. Thomas *art.* 3. Bonau. *art.* 2. Greg. *q.* 2. Gab. *q.* 1. Durand. *quæst.* 3. Sotus *quæst.* 2. Aureol. *art.* 2. Caietanus, Conrad. Medina, Zumel, Curiel, Lorca, Montesinus, Vazquez, & alij cum S. Thoma *quæst.* 81. *art.* 1. *&* *quæst.* 82. *art.* 3. Suarez 1. 2. *tract. de peccatis, disp.* 9. *sect.* 2. Sotus 1. *de natura, & gratia, cap.* 9. Pighius *controuers.* 1. *de peccat. origin* Ruard. *art.* 2. Bellarminus 5. *de amiss. grat. cap.* 17. Val. 1. 2 *disp.* 6. *q.* 11. *p.* 1. Azor *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 26. *&* 27. Salas 1. 2. *tract.* 13. *disp.* 11. *sect.* 3. Tanner. 1. 2. *disp.* 4. *quæst.* 7. *dub.* 3. *&* 4. Gran. 1. 2. *contr.* 6. *tract.* 8. *disp.* 3. Salmeron *Rom.* 5. *disp.* 46. Stapleton, *lib.* 1. *cont. cap.* 7.

Quæst. V. An aliquis posterorum Adæ, scilicet, Virgo Beata, excepta sit à debito contrahendi originale peccatum? Catharinus *lib. de peccat. origin. cap. vlt. & lib. de concept. Virg. p.* 1. *cap.* 1. Galatin. *de arcanis, lib.* 7. *cap.* 10. Salmeron *Rom.* 5. *dis.* 45. Val. 1. 2. *disp.* 6. *quæst.* 11. *p.* 2. Henriq. *lib.* 3. *Sum. cap.* 11. §. 3. Zumel 1. 2. *q.* 81. *art.* 3. *prop.* 3. Bellarm. 4. *de amiss. grat. cap.* 16. Suar. *tom.* 2. *in* 3. *p. disp.* 3. *sect.* 2. *&* 1. 2. *tr. de peccat. disp.* 9. *sect.* 4. Caietan. & Medina 1. 2. *q.* 81. *art.* 3. Salas 1. 2. *tract.* 13. *disp.* 11. *sect.* 5. *q.* 11. Azor *lib.* 4. *c.* 34. *q.* 3. Tanner. 1. 2. *disp.* 4. *dub.* 2. *assert.* 5.

Quæst. VI. An sicut peccatum primi hominis deriuatum est in filios, potuerit deriuari in eos meritum eiusdem? De quo soli recentiores nonnulli, & nos attigimus *d.* 16. *de supernat. n.* 43. *&* 44.

DISTIN

DISTINCTIO XXXI.

Quo modo peccatum originale à patribus transeat in filios, an secundùm animam, an secundùm carnem.

FVerunt nonnulli,scilicet,Luciferiani,qui arbitrati sunt, peccatum originale traduci à parentibus in filios secundùm animam, & non secundùm carnem duntaxat:quia putabant, animam filij extrahi generatione ex anima patris, sicut ipsius caro ex patris carne extrahitur;& quia anima patris infecta fuit peccato, ideò animam infectam peccato à patre communicari filio.

2 Sed catholica doctrina est,peccatum Adæ transire in filios,non quia anima ex traduce sit; sed,quia est ex traduce caro,cui infunditur anima.Primò,quia anima filij non traducitur,neque extrahitur ex anima patris,sed sola caro.Ergo peccatum originale non traducitur in filium,quia traducitur anima;sed, quia caro. Consequentia bona est. Antecedens ostensum est *dist.* 18.Secundò,peccatum originale, vt præmisimus *dist.præterita*, est concupiscentia carnis. At carnis concupiscentia transmittitur in filios cum carne.Tertiò,quia peccatum,& concupiscentia dicitur habitare in carne. Ergo in carne transit ad filios.

3 Secunda conclusio.Ideò secundum carnem dicitur peccatum transmitti, quia corruptio carnis causa est peccati inficientis animam. Itaque peccato Adami non solùm eius anima; sed etiam caro corrupta, & vitiata fuit: nam, cùm ante peccatum nullus esset in generationem

generationem prolis ardor libidinis, nullus concupiſcentiæ feruor, continuò poſt peccatum cœpit in ordinatis motibus ardere, ferueréque concupiſcentia. Effrænata igitur concupiſcentiæ libido, corruptio, & vitium carnis Adami fuit. Quia verò in filios caro traducta eſt cum ea corruptione, & vitio, ideò anima ei carni infuſa infecta fuit malitia, & corruptione peccati. Sicut vitium vaſis cauſa eſt, vt vinum ex ſe dulce in eo infuſum aceſcat. Cæterùm, hoc vitium, & corruptio carnis non eſt dicenda culpa, prout ſolùm in carne conſideratur; ſed radix, & cauſa originalis culpæ, quæ ſoli animæ tanquàm ſubiecto ineſt. Nam caro ſeorſim ab animo irrationalis eſt. Nulla autem irrationalis ſubſtantia ſubiectum culpæ eſſe poteſt. Erit igitur tantùm vitium, & tabes naturæ, continens in ſemine, & virtute maculam, & culpam originalem.

4 Explicata concluſio probatur primò: quia peccatum dicitur manere in carne. At non, quia formaliter quoad culpam in ea ſit, vt expoſuimus. Ergo, quia eſt in carne, tanquàm in cauſa, virtute, ſeu ſemine culpæ. Secundò, quia Ambroſ. *tract.* 4. *in caput* 7. *ad Roman.* ait, peccatum habitare in carne, quia corruptio carnis robur tenens diuinæ iuſtitiæ, cauſa eſt inducens in animam peccatum, quo maculatur. Tertiò, quia Auguſt. *in ſermone quodam de verbis Apoſtoli*, & *lib.* 4. *contra Iulianum, cap.* 4. *&* 9. docet, animam ex carne contrahere vitium, quo inficitur ipſa anima, quia in carne eſt concupiſcentiæ vitium.

5 Vnde colligitur, quare paruulorum peccatum *originale* dicatur: ſcilicet, quia ex vitioſa origine, & carnis libidinoſa concupiſcentia traducitur. Vnde non

non sufficit ad contrahendum peccatum originale, concipi hominem ex materia, sed carne deducta ex Adamo: nam Christus Dominus conceptus fuit ex simili materia, & carne descendente ab Adamo; tamen nullam contraxit originalem labem. Prætereà igitur necessarium est, vt talis materia traducatur ex vitio, & corruptione concupiscentiæ, quæ causa est maculæ originalis; à qua corruptione caro Christi aliena fuit. Ideò Augustinus *in lib. de fide ad Petrum, cap. 2.* docet, *peccatum in paruulos non transmitti: propagatione, sed libidine; nec fœcunditate humanæ naturæ, sed fœditate concupiscentiæ.* Quam fœditatem respexit Dauid Psalm. 50. dicens: *Ininiquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.*

6 Sed aduersùs præterita duæ difficultates occurrunt. Prima est, quia plures filij gignuntur à parentibus, qui nulla tunc sunt infecti macula originalis peccati. Ergo ab illis non potest traduci peccatum in filios. Secundò, quia in ipsa conceptione, in qua peccatum transmitti dicitur, non infunditur anima corpori, sed priùs efformatur corpus in vtero, & post aliquot dies corpori iam disposito anima infunditur, vt docent Medici, & supponitur *Exod.* 21. Ergo peccatum non transmittitur origine vitiosæ carnis. Ad primam respondetur: Potest macula peccati esse formaliter deleta à parentibus, & virtualiter quasi in semine contineri macula filiorum in vitiosa concupiscentia parentum: sicut ab homine circunciso nascitur homo præputiatus, & ex grano depurato crescunt grana paleis circunsepta. Quas similitudines adducit Augustinus *lib. 3. de Baptismo paruulorum, capite* 8. *&* 9. Ad secundam: Peccatum dicitur

conceptione.

conceptione transmitti; non, quia tunc sit formaliter originale peccatum, sed virtualiter tantùm, & in semine,& virtute causæ nimirum, quia tunc traducitur caro vitio concupiscentiæ corrupta, ex qua, cùm anima coniungitur corpori, deriuatur in eam peccatum.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Anima sit ex traduce per generationem producta? Hîc Bonauent. *art.* 1. *q.* 1. & relati *dist.* 17. *quæst.* 2.

Quæst. II. An concupiscentia sit peccatum originale vel quid illud sit? Hîc Gab. *q.* 1. Alij relati *dist. præced. q.* 4.

Quæst. III. An omnes descendentes ab Adam, etiam Virgo Beata, contrahitur originale peccatum? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 2. Gab. *q.* 1. Alij relati *dist. præced. quæst.* 2.

Quæst. IV. An omnes traducti ex semine contrahant saltem debitum peccati originalis; Hic S. Th. *quæst.* 1. *art.* 2. Gab. *q.* 1. Alij relati *dist. præced. q.* 5.

Quæst. V. An si quis miraculosè formaretur absque concupiscentia carnis, & seminis traductione, contraheret peccatum originale? Hîc Durand. *quæst.* 2. Caiet. Conrad. Medina, Zum. Cur. Montesin. Lorca, Vazq. & alij cum S. Th. 1. 2. *q.* 81. *art.* 4. Bellarm. 4. *de amiss. grat. c.* 12. Valentia 1. 2. *d.* 6. *q.* 11. *p.* 2. Azor *lib.* 4. *c.* 30. *q.* 5. Salas 1. 2. *tract.* 13. *disp.* 11. *sect.* 5. *q.* 1. Tann. 1. 2. *d.* 4. *q.* 7. *dub.* 2. *assert.* 1. Suar. 1. 2. *tr. de peccat. d.* 9. *sect.* 4. Gran. 1. 2. *controu.* 6. *tr.* 8. *disp.* 4.

Quæst. VI. Quodnam sit subiectum originalis peccati,

peccati, an caro, an anima, an aliqua eius potentia? Hîc S.Th.*q*.2.*art*.1.Bonau.*art*.1.*q*.2.*&* 3.Dur.*q*.3.Scot. *q*.1.Caiet.Conrad.Medina, Zum.Curiel, Montesinus, Lorca. Vazq. & alij cum S. Thom. 1.2.*q*.83. *art*.1. *&* 2.Azor *lib*.4.*q*.31.Salas 1.2.*tr*.13.*disp*.11.*sect*.5. *q*.10.Suar.1.2.*tr.de peccat.d*.9.*sect*.3.Tann.1.2.*d*.4. *q*.7.*dub*.5. Val.1.2. *disp*.6.*q*.13.*p.vnic*. Granad.1.2. *contr*.6.*tr*.8.*disp*.4.

Quæst. VII. An peccatum originale æqualiter inficiat omnes posteros Adæ? Hîc Bonau. *in lit.dub*.2. Caiet.Conrad.Medina, Lorca, Zumel, Curiel, Montesinus, Vazquez, & alij cum S.Th.1.2.*q*.82.*art*.4. Salas 1.2.*tract*.13.*disp*.11.*sect*.4.*q*.7.

DISTINCTIO XXXII.

Quomodo originale peccatum dimittatur in Baptismo, cùm, & post, sit illa concupiscentia, quæ dicitur originale peccatum?

SVpponuntur tria. In primis, peccatum originale dimitti per Baptismum: nam Baptismus est Sacramentum institutum ad remissionem peccati originalis. Secundò, post Baptismum remanere concupiscentiam, cùm non extinguatur per illum omninò libido carnis, & inordinata sensualitatis cupido. Tertiò, peccatum originale esse concupiscentiam carnis, quod *dist*.30. statutum est. Vnde prompta est ratio dubitandi. Nam, si per Baptismum extinguitur peccatum originale, & non extinguitur concupiscentia.

Ergo peccatum originale non est concupiscentia. Aut, si peccatum originale concupiscentia est, & concupiscentia non destruitur per Baptismum. Ergo peccatum originale non destruitur per Baptismum. In hanc difficultatem explicandam præsens distinctio instituta est.

2 Duæ sunt solutiones illius. Prima est: Peccatum originale est concupiscentia dominatrix, & imperatrix animæ, trahens illam necessitate quadam morali ad peccata actualia, à quibus diu abstinere non potest homo non baptizatus. Concupiscentia igitur superans virtutem animæ, imperansque cum dominio affectus ipsius, destruitur per Baptismum: tum, quia virtute Baptismi augentur vires gratiæ auxiliantis, quibus concupiscentia frangi, & superari potest: tum, quia simul debilitantur concupiscentiæ motus, quibus illa in hominē non baptizatum in eis euentibus, qui ad peccandum occurrunt; ferociret. Itaque, quia hoc imperium, & dominium concupiscentiæ per Baptismum tollitur, ideò remanente concupiscentia tollitur originale peccatum. Remanet quidem post Baptismum concupiscentia, non regnans, sed certans; vt pugnet, non vt vincat, ad meritum, & gloriam animæ, non ad seruitutem. & perniciem ipsius. Ideò Augustinus *lib. 1. de Baptismo paruulorum, c. 39.* ait, Baptismate non agi, vt concupiscentia omninò pereat; sed vt auxilio gratiæ superetur, ad victoriamque certaminis seruiat, quæ prius ad mortem regnabat. Item, *lib. 2. cap. 28.* ad illud Roman. 6. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore*, docet, non sic regnare peccatum in membris eorum, qui ex aqua, & Spiritu sancto renati sunt; quia sic manet superatum, vt non

non ipsa concupiscentia, sed nostra voluntas possit illam in dominationem reuocare. Ergo peccatum originale per Baptismum destruitur: quia regnum concupiscentiæ euertitur.

3 Secunda solutio est: Peccatum originale post Baptismum non manet: quia non manet concupiscentia reatu, sed actu; manet tanquàm pœna, non tanquàm culpa. Itaque concupiscentia non est peccatum originale secundùm esse physicum, sed secundùm esse morale, quo ratione peccati Adæ nobis concupiscentia imputatur ad culpam, & ei annectitur reatus, quo Deus nobiscum, tanquàm cum reis, & peccatoribus agit. Igitur, quia concupiscentia virtute Baptismi secundum hoc esse morale dissoluitur; ideò nobis peccatum originale deletur. Quò pertinet illud Augustini lib. 2. contra Iulianum, initio: *Lex ista, quæ est in membris, remissa est regeneratione spirituali, & manet in carne mortali. Remissa est, quia reatus solutus est Sacramento, quo renascuntur fideles: manet, quia operatur desideria, contra quæ dimicant ipsi fideles*. Quid clarius? Item lib. 1. contra duas epistolas Pelag. *Per gratiam Baptismatis solutus est & ipse concupiscentiæ reatus, cum quo eras natus.* Rursus de nuptiis, & concupiscentia, cap. 3. *Dimittitur concupiscentia carnis in Baptismo, non vt non sit; sed vt non imputetur in peccatum.* En ideò peccatum Baptismo dimittitur, quia reatus, & imputatio peccati tollitur. Vnde, sicut peccata personalia prætereunt actu, & remanent reatu; sic è conuerso concupiscentia post Baptismum præterit reatu, & manet actu.

4 Nunc ad plenam præsentis instituti explicatio-

nem enodandæ sunt breuiter sequentes quæstiones. Prima, An caro etiam per Baptismum à fœditate vitiosæ libidinis purgetur? Secunda, à quonam sit concupiscentia, quæ est peccatum remissibile per Baptismum? Tertia; quo iure homini imputetur ad culpam concupiscentia, quæ vitari non potuit? Quarta, an peccatum originale dicendum sit liberum, an necessarium? Quinta, cur Deus animam infundit corpori, sciens contracturam maculam originalem, & confestim perituram? Sexta, an anima in primo instanti sit, qualis à Deo creatur? Septima, an dona creationis naturalia, omnibus animabus æqualia sint?

5 Ad primam respondetur: Supponitur *ex dist.* 31. carnem ipsam seorsim ab anima peccato vitiatam, & corruptam. Nunc probabilis est, tum pars affirmans, tum negans, non solùm animam, sed etiam carnem per Baptismum mundari. Pars affirmans: quia re ipsa caro per peccatum Adæ contraxit fœditatem, & vitium; vnde Christus instituit Baptismum in ablutione carnis per aquam, quæ carnis munditiem significare videtur. Negans verò: quia carnis vitium, & corruptio consistit in ardore libidinis, quo caro polluitur. Hic autem per Baptismum non tollitur. Vnde in filiis carnis pollutio, & corruptio absque præiudicio potest concedi maior, quàm in parentibus, cùm filiorum caro non solùm inficiatur tabe concupiscentiæ contracta ex libidine parentum, sed etiam ex propria, sicut infecta fuit caro Adami. Ad secundam: Concupiscentia, quatenus pœna, & in esse physico, à Deo est: quatenus culpa verò, & in esse morali, à Diabolo & homine est. Ad tertiam: Quidam respondent, ideò concupi

concupiscentiam imputari animæ ad culpam; quia anima, cùm primùm corpori infunditur, condelectatur carni. Sed non rectè; quia eo pacto non originale, sed actuale esset peccatum. Rectiùs ergo ideò iure imputatur ad culpam: quia voluntas nostri capitis potuit carnis corruptionem vitare, vt docet Augustinus *lib. 4. de ciuitate, c. 4.* Ad quartam: Peccatum originale voluntario personali necessarium est: quo sensu ait Dauid Psalm. 24. *De necessitatibus meis erue me.* At voluntario capitis liberum est, vt exponit Augustinus *lib. 1. Retract. c. 15.* Ad quintam: Infusio animæ in carnem contaminatam peccato, & confestim interituram, referri primò potest in iudicia inscrutabilia Dei: secundò, in exigentiam ordinariæ prouidētiæ, qua Deus tenetur prouidere necessaria ad multiplicationem speciei humanæ, & consequenter infusionem animæ, cùm causæ secundæ disponunt subiectum ad illam; præsertim, cùm vitium contrahendum ab anima non sit à Deo, sed à voluntate creaturæ. Ad sextam: Anima in primo instanti talis est inadæquatè, qualis à Deo creatur; non verò adæquatè: quia est simul naturaliter bona, & moraliter mala. A Deo naturaliter bona: ab Adamo verò, & non à Deo moraliter mala. Ad septimam: Probabile est, dona naturalia animabus, sicut Angelis, inæqualia disponi. Cæterùm inæqualitas ingenij, memoriæ, aliorumque donorum non confert ad inæqualitatem præmij, nec pœnæ futuram.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An peccatum originale sit concupiscentia, aut quid illud sit? De quo *dist. 30. q. 4.*

Quæst. II. An peccatum originale tollatur virtute Baptismi? Hic S. Thom. *art.* 1. Bonau. *art.* 1. *q.* 1. Durand. *quæst.* 1. Scot. *quæst.* 1. Aur. *art.* 2. Caiet. Cabezud. Coninch. Præpositus, Suar. Vazq. & alij cum S. Th. 3. *p. q.* 69. *art.* 1. Tann. 3. *p. d.* 4. *q.* 3. *dub.* 2. Bellar. *lib. de Baptismo.* Gran. *tract.* 2. *in* 3. *p. controu.* 4. *tom.* 5. *disp.* 1. *sect.* 3. Valent. 3. *p. disp.* 4. *quæst.* 4. *p.* 1. Mærat. *tr. de Baptismo, disp.* 4. *sect.* 5.

Quæst. III. An suscipiens Baptismum cum fictione, mundetur peccato originali per Baptismum? Hîc Gabr. *q.* 1. Caiet. Cabezud. Suar. Vazq. Coninch. Præpositus, & alij cum S. Th. 3. *p. q.* 69. *art.* 9. *&* 10. Tann. 3. *p. d.* 4. *q.* 3. *dub.* 2. Valent. 3. *p. disp.* 4. *quæst.* 4. *p.* 2. Sotus *in* 4. *dist.* 6. *q.* 1. *art.* 8. Gran. *tom.* 2. *in* 3. *p. controu.* 4. *tr.* 5. *disp.* 3. Henriq. *c.* 27. Mæratius *tract. de Baptismo, disp.* 4. *sect.* 5.

Quæst. IV. An deleri potuit peccatum originale absque infusione gratiæ? Hîc Gabr. *q.* 1. Caiet. Medina, Conrad. Curiel, Montesin. Zumel, Lorca, Vazq. & alij cum S. Thom. 1. 2. *q.* 113. *art.* 2. Tanner. 1. 2. *d.* 6. *q.* 5. *dub.* 4. Bellarm. *lib.* 2. *de iustificat. c.* 16. Val. 1. 2. *d.* 8. *q.* 5. *p.* 5. Vega 5. *in Trid. c.* 2. Sotus *in* 4. *dist.* 15. *q.* 1. *art.* 2. *quæst.* 1. Medina *de pœnit. tr.* 1. *quæst.* 7. *&* 12. Suar. 3. *p. tom.* 4. *disp.* 9. *sect.* 4. *& lib.* 7. *de grat. cap.* 23. Gran. 1. 2. *controu.* 8. *tract.* 8. *d.* 5. Mærat. *de iustific. d.* ., *sect.* ..

Quæst. V. A qua causa efficiente sit originale peccatum? Hîc S. Th. *q.* 3. *art.* 1. Bonau. *art.* 2. *q.* 2. Dur. *q.* 2. Scot. *q.* 1. Interpret. S. Th. 1. 2. *q.* 81. *art.* 1. Gran. 1. 2. *controu.* 6. *tr.* 8. *d.* 4. Suar. 1. 2. *tract. de peccat. d.* 9. *sect.* 3. Salas 1. 2. *tract.* 13. *d.* 11. *sect.* 5. *q.* 9. Tanner. 1. 2. *d.* 4. *q.* 7. *dub.* 3.

Quæst.

Quæst. VI. An, & quomodo voluntarium sit nobis originale peccatum? Hic Scot. *q.* 1. Caiet. Conrad. Medina, Zumel, Curiel, Montesinus, Lorca, Vazq. & alij cum S. Thom. 1. 2. *quæst.* 81. *art.* 1. Valent. 1. 2. *d.* 6. *q.* 11. *p.* 1. Cunerus *de peccat. original. c.* 6. Ficinus *de Christiana relig. c.* 33. Salas 1. 2. *tr.* 13. *d.* 11. *sect.* 4. *q.* 1. *n.* 49. Bellarm. 4. *de amiss. grat. c.* 10. *obiect.* 3. Azor. *lib.* 4. *c.* 29. Tann. 1. 2. *d.* 6. *q.* 7. *dub.* 1. *à n.* 10. Granad. t. 2. *controu.* 6. *tr.* 8. *d.* 2. *n.* 17. Suarez 1. 2. *tr. de peccat. d.* 9. *sect.* 2. *n.* 28. *& seq.*

DISTINCTIO XXXIII.

An peccata omnium præcedentium patrum paruuli originaliter trahant, vt peccatum Adæ?

PRima conclusio est: Filij non contrahunt peccata aliorum parentum, sed solùm primi parentis peccatum. Primò, quia Ezechielis 18. ait Deus: *Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij. Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eum.* Vbi satis exprimitur, filio non imputari iniquitatem patris, sicut non imputatur iustitia. Secundò, quia Augustinus *in Enchiridio, c.* 93. docet, *mitissimam fore eorum pœnam, qui præter peccatum, quod origine contraxerunt, nullum insuper addiderunt.* Si autem filiis imputarentur parentum peccata, leuior non esset pœna paruulorum; qui nullo actuali peccato deliquerunt, quàm suorum parentum.

2 Huic doctrinæ aduersantur nonnulli apud Augustinum *in Enchiridio, c.* 47. Primò, quia paruuli dicuntur baptizati, *in remissionem peccatorum.* At, si solùm contraherent peccatum Adami, non baptizarentur *in remissionem peccatorum,* in plurali: sed in remissioné peccati, in singulari, cùm peccatum Adami vnũ fuerit singulare. Confirmatur ex illo Psal. 50. *In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Vbi peccata conceptione contracta plurali numero significantur. Secundò: quia Exodi 20. ait Deus: *Ego sum Deus visitans iniquitates patrum vsque in tertiam, & quartam generationem.* Nam, si filiis non imputarentur iniquitates patrum, iniquè vlcisceretur Deus in filiis iniquitates patrum. Limitat autem vsque in tertiam, & quartam generationem: quia miseratio Dei moderatur iram suam, ne importabili & nimia sarcina peccatorum paruuli grauarentur. Quæ sententia videtur esse Augustini *suprà* adducentis, & non soluentis argumenta.

3 Respondetur: In primis superior sententia non est Augustini. Tum, quia oppositum docet *loco superiùs adducto* pro sententia Magistri. Tum, quia argumenta pro secunda sententia non è sua, sed aliorum opinione proponit. Quare eis propositis concludit, se eam sententiam temere affirmare non audere. Ad primum, respondetur: Peccatum Adæ significatur plurali numero. Tum, quia, vt docet Augustinus *in Enchiridio, cap.* 45. vnum Adæ peccatum continet plura peccata, seu plures species peccatorum, scilicet, superbiæ, sacrilegij, auaritiæ, & aliorum. Tum, quia vsus est frequens in Scriptura, plurali numero significare singularem, vt Matthæus cap. 2. loquens de

de Herode: *Mortui sunt, qui quærebant animam pueri.* Et Exod. 32. *fecerunt Deos aureos*. cùm vnum fecerint vitulum. Ergo similiter vnum originale peccatum potest plurali numero significari. Ad secundum Hieronymus respondet *tom. 5. in cap. 8. Ezechielis*. Visitat Deus iniquitates patrum in filiis, non, quia eos puniat propter iniquitates patrum; sed propter iniquitates ipsorum filiorum, imitantium iniquitatem patrum, vt colligitur ex verbis testimonio obiecto adiunctis, *vsque in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me.* Quibus innuitur, ipsos filios odio hæreditario parentum odisse Deum, ideóque comminari Deum in eos vindictam.

4 Sed vrgebit aliquis: Deus propter peccata personalia filiorum non irascitur solùm in tertiam, & quartam generationem, verùm etiam in omnes generationes vsque ad finem futuras. Item, peccata personalia filiorum non solùm imitantur iniquitates patrũ; sed aliorum quoque peccantium. Ergo, cùm Deus visitare dicitur iniquitates patrum in tertiam, & quartam generationem, non sunt peccata personalia filiorum, quæ prouocant iram Dei. Respondetur: Visitat Deus iniquitates patrum, potiùs quàm aliorum in filiis: quia filij imitari solent iniquitates patrũ, potiùs quàm aliorum, quibus neque sanguine, neque dilectione adeò coniuncti sunt. Item, in tertiam, & quartam generationem tantùm: quia parentes tandiu viuunt, quandiu filios tertios, & quartos habeant, qui cernentes iniquitates patrum, hæredes impietatis paternæ imitatione fiunt.

5 Hæc de superiori testimonio in sensu literali. At in sensu mystico parentes sunt motus primi sugge-

ſtione, vel cogitatione excitati; filij ſunt conſenſus deliberatus voluntatis; nepotes pertinentes ad tertiam generationem ſunt opera externa, quibus affectus interni complentur; pronepotes verò ad quartam generationem ſpectantes ſunt moroſæ delectationes præteritorum operum. Sed obſeruandum eſt, primos cogitationum pulſus non eſſe peccata, neque obiecta viſitationis diuinæ, quia libertate carent.

6 Iam difficultas occurrit, an peccatum Adæ grauitate malitiæ ſuperet omnia aliorum hominum peccata? Nam aliorum hominum peccata non attulerunt tantum damnum toti generi humano, quantum attulit peccatum Adæ. At grauitas peccati augeſcit ex damno, quod infert. Item, quia aliorum peccatorum malitia minuitur ex difficultate, qua eis reſiſtitur. At Adamus facillimè potuit ſuo peccato reniti, cùm nulla cupiditate impelleretur in illud. Propterea plerique affirmanti ſententiæ ſuffragium tulerunt.

7 Secunda tamen concluſio eſt: Peccatum Adæ grauitate malitiæ non excedit cætera peccata. Primò, quia peccatum Adæ remiſſibile fuit, ſiquidem de facto fuit Adamo remiſſum, vt tradit Auguſtinus *lib. 2. de Baptiſmo paruulorum, cap. 34.* Peccatum verò in Spiritum ſanctum remiſſibile non eſt, neque in hoc ſæculo, neque in futuro, vt tradit Matth. 12. At peccatũ remiſſibile minùs graue eſt, quàm peccatum contra Spiritum ſanctum. Secundò, quia peccatum, quo grauius eſt, grauiori pœna punitur. At peccatum Adæ nõ punitur grauiori pœna, quàm reliqua peccata, cùm peccatum originale paruulorum, quod ſecum trahit malitiam illius peccati, non puniatur tanta pœna; neque Adam, ſi damnationem ſubiret, tanta puniretur,

quanta

quanta plures alij puniti sunt. Ergo peccatum Adæ cæteris aliis grauius non est. Ad argumentum oppositum respondetur: Damnum illatum ex peccato Adami non fuit per se ex grauitate peccati; sed per accidens ex conditione subiecti, in quo, tanquam in capite, ex lege extrinseca Dei tota operabatur natura. Quare tale damnum non fuit maius cæteris intensiuè, sed extensiuè; scilicet, quia in plures diffusa est malitia illius peccati, quàm aliorum; non verò, quia vni & eidem subiecto, v.g. Adamo magis nocuerit, quàm aliorum peccatorum malitia nocuisse potuisset.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An peccata personalia proximorum parentum transeant in filios? Hîc S. Thomas *art.* 1. Bonauent. *art.* 1. *q.* 1. Gabr. *q.* 1. Durand. *quæst.* 1. Caietan. Conrad. Medina, Zumel, Curiel, Montesinus, Lorca, Vazquez & alij cum S. Thoma *cap.* 2. *q.* 81. *art.* 2. & *q.* 87. *art.* 8.

Quæst. II. An posteri Adæ, sicut peccauerunt in Adam, sic potuerunt mereri, aut satisfacere in illo? Hîc Bonauent. *art.* 1. *q.* 2. Alij relati *dist.* 30. *q.* 6.

Quæst. III. An peccatum Adæ fuerit omnium grauissimum? De quo relati *dist.* 21. *q.* 5.

Quæst. IV. An peccatum originale æqualiter inficiat omnes posteros Adæ? Hîc Bonauent. *art.* 2. *q.* 1. Alij relati *dist.* 31. *q.* 7.

Quæst. V. An peccatum originale contineat plures species malitiæ? Hîc S. Thomas *quæst.* 1. *art.* 3. Bonauent. *art.* 2. *quæst.* 3. Gab. *q.* 1. Caiet. Conrad. Medin.

Zumel, Curiel, Lorca, Montesinus, Vazquez, & alij cum S. Thom. 1.2.q.82.art.2.

Quæst. VI. An peccato originali debeatur pœna sensus? Hîc S. Thom. *q.3.art.*1. Bonauent. *art.*3.*q.*1. Gab. *q.*1. Gregor. *q.*3. Scot. *q.*1. Aureol. *art.*1. Cather. *opusc. de hac re.* Salmeron *Rom.*5. *d.*48. Bellarmin. 1. *de amiss. grat. c.*4. Peltanus *de pecc. origin. tr.*13. Azor. *lib.*4.*c.*33. Pineda 3. *de Ioanne Baptista, art.*1.*c.*2. §. 246. Suarez 3.*p. tom.*2.*d.*57.*sect.*6. *d.*50.*sect.*5. & 1. 2.*tr. de peccat. d.*9.*sect.*6. Val. 1.2.*d.*6.*q.*17.*p.*4. Salas 1.2.*tr.*13.*d.*11.*sect.*6.*q.*1. Gran. 1.2.*controu.*6.*tr.*9. *d.*3. Tann. 1.2.*d.*4.*q.*10.*dub.*5.

Quæst. VII. An pœna damni possit esse inæqualis in ratione pœnæ? Zum. 1.2.*q.*87.*art.*4.*dub.*2. Vazq. 1.2.*d.*100.*c.*5. Sotus *in* 4.*d.*16.*q.*1.*art.*1. & *d.*50.*art.* 4.*concl.*1. Gran. 1.2.*controu.*6.*tr.*9.*d.*2. Medina *de pœnit. q.*8. Azor. *tom.*1.*lib.*4.*c.*24.*q.*3. Salas 1.2.*tr.*13.*d.*15. *sect.*10. Tan. 1.2.*d.*4.*q.*10.*d.*3.*q.*3. Suar. *lib. de Ang. c...*

Quæst. VIII. Quinam sit status paruulorum decedentium cum peccato originali? Hîc S. Thom. *q.*2. *art.*2. Bonauent. *art.*3.*q.*2. Gab. *q.*1. Greg. *q.*3. Scot. *q.*1. Aureol. *art.*2. Bellarm. *lib.*6. *de peccat. c.*1. *ad* 7. Lessius *lib.*13. *de perfect. diuin. c.*22. Sotus *in* 4.*d.*48. *q.*2.*art.*4. & *lib.*1. *de grat. c.*14. Petrus de Soto *lib.*6. *de Baptismo.* Azor. *tom.*1. *lib.*4.*c.*33. Valentia 1.2. *d.*6.*q.*17.*p.*4. Salas *tr.*13.*d.*11.*sect.*6. Salmer. *Rom.*5. *d.*48. Vazquez 1.2.*d.*134. Tannerus 1.2.*d.*4. *q.*10. *dub.*5. Suar. 1.2.*tr. de peccat.*9.*d.*3.

Quæst. IX. An paruuli decedentes cum peccato originali possint assequi cognitione naturali suam beatitudinem supernaturalem possibilem? Hîc Scot. *q.*1. Alij relati *d.*10.*q.*7.

DISTIN

DISTINCTIO XXXIV.

Quæ de peccato animaduertenda sint?

NVnc aggreditur differere de peccato actuali, postquam de originali differuit. Ac primùm de origine,& subiecto peccati. Quæ tribus assertionibus explanantur.

Prima est : Origo prima peccati res bona fuit. Primò , quia ante peccatum nihil erat malum. At origo peccati ante peccatum fuit. Ergo res bona fuit. Confirmatur: Inter bonum, & malum non est medium. At origo peccati non fuit quidpiam malum, aliàs peccatum sui ipsius origo esset. Ergo fuit quidpiam bonum Iterum confirmatur: Prima causa peccati actualis fuit Angelus, & homo: nam Deus eius causa non fuit. At Angelus, & homo sunt naturâ boni, cùm eorum natura à Deo sit . Ergo prima causa peccati bona naturâ fuit. Secundò, quia Augustinus assertum ex professo probat contra Iulianum *lib. 1. cap. 3. & lib. 2. de nupt. & concupisc. cap.* 28. quia peccatum incepit cum prauo affectu Angeli, & hominis. At hic affectus fuit ex præcedenti naturâ vtriusque , quæ bona fuit.

2 At obiicit Iulianus apud Augustinum *sup.* Natura, quæ peccat, mala est. At causa libera peccati peccat. Ergo mala est. Respondet Augustinus : Natura peccans mala est ex superuenienti peccato. Non est mala ex se, provt antecedit peccatum. Atque adeò ex se bona est. Nam ex se est natura rationalis. Natura autem

autem rationalis,cùm ſit opus Dei, bona, & laudanda natura eſt.

3 Secunda aſſertio : Cauſa ſecundaria malorum culpæ, & pœnæ,mala eſt. Nam peccatum Angeli, & primi hominis fuit initium,& cauſa cæterorum peccatorum & pœnarum, quas homines patiuntur, vt docet Auguſtinus *in Enchiridio,cap.23.&* 24.At non fuit primaria, cùm primaria cauſa fuerit natura rationalis ipſius Angeli,& hominis, quæ bona eſt. Ergo peccatum fuit ſecundaria cauſa.

4 Aſſertio tertia:Subiectum peccati eſt naturâ bonum. Primò,quia peccatum eatenus eſt malum naturæ rationali, quatenus eam priuat aliquo bono:nam, vt ait Auguſtinus *in Enchiridio. cap.* 12. ſicut morbus eſt corpori malus, quia priuat ſanitate,quæ eſt bona: ita peccatum eſt animo malum; quia eum priuat naturali bono.Etenim, ſi ſubiectum integrum relinquitur ſuo bono,nihil patitur damni.Vbi autem nihil patitur damni per peccatum, non poteſt peccatum ſubiecto eſſe malum. Ergo ſubiectum peccati ſecundùm ſe bonum eſt. Nam,ſi ſecundùm ſe bonum non eſſet, non poſſet pati diminutionem boni. Secundò, quia ſubiectum peccati eſt natura rationalis, vt rationalis eſt. At natura rationalis, vt rationalis eſt,bona eſt.Ergo ſubiectum peccati naturâ bonum eſt.

5 Vnde colligitur primò, bonitatem naturalem ſubiecti coniungi cum malitia morali; nec aliud eſſe, naturam eſſe malam, quàm bonum ſubiectum eſſe malum. Nam ſubiectum componitur cum forma inhærente ſubiecto. At ſubiectum malitiæ moralis eſt natura bonum. Ergo bonum naturæ coniungitur cum malitia morali. Cæterùm,ſi cum Auguſtino

no *sup.* quæras, quonam subiectum sit bonum, & quo malum, discernendum est: nam non est malum eo, quo bonum est, neque eo bonum, quo malum; nam homo est bonus, quia homo, non quia peccator; malus verò quia peccator est, non quia homo. Secundò colligitur, bonitatem naturæ rationalis, & malitiam moralem non esse ex illis contrariis, quæ mutuò se expellunt è subiecto, vt albedo, & nigredo, amaritudo, & dulcedo. Nam bonum naturæ, & malum peccati, vt videmus, componuntur inter se, imò vnum aliud essentialiter supponit. Nec propterea nos comprehendit illa sententia Esaiæ 5. *Væ his, qui dicunt bonum malum, & malum bonum.* Nam, vt Augustinus exponit *sub cap.* 13. *&* 19. intelligenda ea est de bono virtutis, & de malo vitij, quæ accidentaliter, & tanquam formæ reddunt subiectum bonum, & malum, hoc est, de iis, qui prædicant virtutem malam, & vitium bonum. Non de bono naturæ, quod ex parte subiecti supponitur ad bonum, & malum moris, hoc est, de iis, qui hominem natura bonum dicunt esse suo vitio moraliter malum.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An possibilis sit natura rationalis suapte natura mala, & determinata ad solum turpe? Hîc Bonauent. *artic.* 1. *quæst.* 1. Alij relati *distinct.* 4. *quæst*...

Quæst. II. An peccatum, qua malum, sit disconueniens naturæ rationali, & in ea disconuenientia consistat malitia, an in oppositione cum lege? Hîc Dur. *quæst.*

quæst.1. Aureol. *art*.1. Caiet.Conrad.Medina, Zumel, Curiel, Lorca, Vazq. & alij 1.2.*q*.19.*art*.4. *&* *q*.71. *art*.6. Tann.1.2.*disp*.2.*quæst*.5.*dub*.2.*&* 3.*disp*.4.*q*.1. *dub*.4. Salas *trac*.7.*disp*.2.*sect*.1. *&* *tract*.13. *disp*.2. *sect*.4. Vega *in Trident*.6.*cap*.39.*&* *lib*.14.*c*.13. Corduba *lib*. 3.*quæst*.10. Herrera 2.*sentent*. *disp*.29.*q*.4. Anton. Perez *certam*.8.*scholast*.*p*.2. Almain.3. *Mor*. *cap*.15.*&* 16. Azor *lib*.4.*cap*.24. Suar. 1.2. *tract*. *de actib.human*.*d*.2.*sect*.2. Gran. 1.2.*contr*.6.*tr*.1.*d*.3.*&* 4. Valent.1.2.*d*.2.*q*.14.*p*.3.*&* *seq*.

Quæst. III. An malitia peccati consistat in priuatione boni? Hîc S.Thomas *art*.2. Bonau. *art*.2.*q*.3. Durand.*q*.2. Gabr.*q*.1. Aureol.*art*.2. Caiet. Conrad. Medina, Zumel, Curiel, Lorca, Montesin. Vazq. & alij 1.2. *q*.18.*art*.1.*&* 2.*&* *quæst*.71.*art*.6. Anton. Perez *certam*.8. *scholast*. *p*.1. Valent. 1.2.*d*.2. *quæst*.13.*p*.3. *&* *disp*.6,*q*.1.*p*.1. Azor *tom*.1.*lib*.4.*c*.1. Bellarm.*de peccat*.*lib*.2.*c*.5.*&* 18. Tann.1.2.*disp*.2.*q*.5.*dub*.2. Suar. 1.2.*tr*.*de malitia*,*d*.7.*sect*.4.*&* *seq*. Petrus Soto *de peccat*.*lect*.5.*&* 6. Salas 1.2.*tr*.13.*disp*.2.*sect*.3. Granad. 1.2.*contr*.6.*tract*.1.*d*.1. Salm.*tom*.2.*tr*.14.

Quæst. IV. An malitia peccati possit esse à voluntate, vt intendente illam propter se? Hîc S.Thom. *art*.3. Bonau.*art*.1.*q*.3. Durand.*q*.3. Gabr.*quæst*.1. Aureol.*art*.3. Scotus *quæst*.1. Gabr. *quæst*.1. Caiet. Conrad. Medina, Zumel, Lorca, Vazquez, & alij 1.2.*q*.8. *art*.1. Azor.*tom*.1.*lib*.1.*cap*.20.*quæst*.5. Suarez *tom*.1. *Metaph*.*d*.23. *sect*.5. Conimb. *in Ethic*.*d*.2.*quæst*.2. Salas 1.2.*tr*.1. *d*.6. *sect*.1. Corduba *lib*.2. *quæst*.12. Tann. 1.2.*d*.2.*quæst*.2.*dub*.1.

Quæst. V. An peccatum quoad materiale sit à voluntate adæquatè, quin Deus immediatè concurrat ad

ad illud? Hîc Gregor. *quæst.*1. Alij relati *lib.*1.*dist.* 29.*quæst.*9.

Quæst.VI. An peccatum quoad formale sit adæquatè à voluntate, an inadæquatè simul cum Deo? Hîc Bonau.*art.*1.*q.*2.Greg.*q.*1.Aureol,*art.*3.Alij relati *lib.*1.*dist.*39.*q.*9.

DISTINCTIO XXXV.

Quid sit peccatum?

PRima conclusio: Peccatum consistit in oppositione cum lege. Primò, quia peccatum definitur ab Augustino lib.22.contra Faustum Manichæum, cap. 27. *Dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei.* Secundò, quia *lib. de duabus animabus, c.*20. *& lib.*1. *Retract.c.*15.definitur peccatum: *Voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetat.* Tertiò ab Ambros. *lib. de Paradiso, cap.*8. describitur: *Legis diuinæ præuaricatio, & cœlestium inobedientia præceptorum.* Quæ omnes definitiones peccatum exprimunt per contrarietatem cum lege, & præcepto Dei. At nunc est difficultas; vbinam hæc contrarietas, & peccati malitia inueniatur? An, scilicet, in affectu interno, an in opere externo? Alij enim volunt, eam solùm inesse affectui interno. Alij vtrique actui, tam interno, quàm externo. Alij verò, neque interno, neque externo actui inesse; sed esse merè nihil, & puram priuationem boni.

2 Secunda conclusio sit: Malitia peccati conuenit actui interno,& externo;sed primariò interno:secun-

dariò verò externo. Probatur prima pars: quia in actu interno, & externo inuenitur oppositio, & contrarietas cum lege Dei, quæ prohibet vtrumque actum, tam internum, quàm externum. Ergo malitia, quæ in ea contrarietate consistit, inuenitur in vtroque actu. Probatur pars secunda. Tum; quia malitia operis externi deriuatur ex affectu interno, sine quo opus externum non potest esse peccatum, quamuis affectus internus possit peccatum esse sine opere externo. Tum, quia Augustinus secunda definitione describit peccatum per affectum, & non per actionem externam contrauenientem prohibitioni legis. Ergo primariò malitia peccati afficit affectum internum.

3 Tertia conclusio: Probabilis est aliquorum sententia asserens, peccatum complecti; tum entitatem positiuam, quæ bona est; tum priuationem boni, quæ est formalis malitia. Probatur primò: quia peccatum est affectus, vel actus oppositus cum lege Dei. At, qua parte est affectus, vel actus, complectitur aliquid positiuũ: qua parte verò opponitur cum lege, complectitur priuationẽ conformitatis cum lege. Secũdò, quia peccatũ nõ potest esse adæquatè positiuũ, neque adæquatè priuatiuum. Nõ esse adæquatè positiuum probatur: quia omne positiuum est bonũ, & à Deo. At peccatũ; quà peccatum, non est bonum, & à Deo. Ergo non est adæquatè positiuum. Consequentia est bona, Minor constat: quia peccatum, qua peccatum, reddit hominem prauum, & longè abest à voluntate Dei, vt notat Augustinus *lib.* 83. *qq. qu.* 5. Ergo peccatum, quà peccatum, non est bonum, & à voluntate Dei. Nam, quod hominem facit iniquum,

quum, & declinat à voluntate Dei, non potest esse bonum, & à voluntate Dei. Maior probatur ex Augustino *pluribus in locis*. In primis, *ex distinctione superiori*, vbi cum Augustino peccatum diximus esse priuationem boni. Quod etiam tradit *lib.* 83. *quæstionum, quæst.* 6. Item, quia *ibidem, quæst.* 22. ait, omnia esse à Deo, quatenus entia sunt, & quatenus à Deo sunt, bona esse, & non peccata. Tertiò, quia, *ibidem, quæst.* 27. decernit, omnia entia esse à Dei prouidentia, & voluntate; & ideò quà entia, bona esse, & non mala. Ergo peccatum non potest esse adæquatè positiuum ens. At neque esse adæquatè priuationem probatur: quia idem Augustinus *Enchiridio, cap.* 13. docet, omne malum, continere aliquid boni, neque malum esse posse sine aliquo bono. Ergo peccatum continere debet aliquid positiuum, quod sit bonum.

4 Obiicitur primò: Adulterium, & homicidium, & similia sunt entia positiua. Ergo sunt à Deo volente illa, ac per consequens non erunt peccata. Respondetur: Adulterium, homicidium, & similia non denotant solùm actionem positiuam, sed etiam deformitatem, & priuationem bonitatis, atque adeò non sunt adæquatè bona, & à voluntate Dei.

5 Secundò obiicitur: Plures omissiones sunt peccata, vt non credere in Deum, non audire Missam. At hæ omissiones nihil continent positiuum. Ergo peccatum non continet aliquid positiuum. Respondetur: Cùm omissiones peccata sunt, comprehendunt aliquid positiuum, quamuis significentur ad modum priuationis; vt, non credere, denotat

incredulitatem positiuam; non audire Missam, significat contemptum, aut propositum internum non audiendi Missam.

6 Tertiò: Priuatio boni est pœna peccati, quæ à Deo est. At malitia à Deo non est. Ergo malitia non est boni priuatio. Respondetur: Priuatio boni sumitur actiuè, & passiuè, hoc est, per modum causæ, & per modum effectus: rectè enim potest vna priuatio esse causa alterius, vt exponit Augustinus *de natura, & gratia, cap.* 20. nam defectus cibi inducit defectum vitæ, & defectus cognitionis defectum amoris. Sic in homine peccante priuatio conformitatis cum lege, actiuè, & per modum causæ inducit priuationem virtutum supernaturalium, vt constat ex parabola Luc. 10. hominis, qui incidens in latrones spoliatus fuit suis bonis. Item, priuatur consortio, & participatione Dei per gratiam iustificantem. Necnon in corpore, beneficio immortalitatis, & aliarum dotium, quibus peccatores destituuntur. Igitur priuatio actiuè, & per modum causæ in peccante non est pœna, sed malitia peccati. Priuatio verò passiuè, & per modum effectus pœna est. Hæc autem à Deo esse potest. Quæ in hac tertia conclusione ex aliorum iudicio proponit Magister, pleno iudicio non probat, vt colligere est *ex dist.* 37.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An malitia peccati sumatur ex oppositione cum lege Dei; Hic S. Thom. *art.* 2. Bonau. *in litt. dub.* 4. Gabriel *quæst. vnic.* Alij relati *dist. præced. q.* 2.

Quæst. II. An malitia peccati consistat in priuatiuo, an

an in positiuo? Hîc Bonau. *in lit. dub.* 6. *&* *art.* 1. *q.* 1. Argent. *q.* 1. *art.* 2. Gabr. *q. vnica.* Scot. *q.* 1. Aureol. *art.* 2. Alij relati *dist. praeced. q.* 3.

Quæst. III. An malitia formalis conueniat actui externo supra internum, & priusquàm interno? Hîc S. Thom. *art.* 4. Dur. *q.* 3. Caietan. Conrad. Medina, Zumel, Curiel, Montesinus, Lorca, Vazquez, & alij cum S. Thoma 1. 2. *quæst.* 20. *art.* 1. *&* 4. Azor *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *&* *cap.* 20. *quæst.* 6. Antonius Perez *lect.* 1. *examin. num.* 25. *&* 26. Salas 1. 2. *tract.* 7. *disp.* 6. *sect.* 1. *&* 7. Valentia 1. 2. *disp.* 2. *quæst.* 15. *p.* 1. Suarez 1. 2. *tract. de act. humanis, disp.* 10. *sect.* 1. Granad. 1. 2. *controuers.* 2. *tract.* 14. *disp.* 2. *&* 6. Coninch 2. 2. *disp.* 3. *dub.* 5. *&* 7.

Quæst. IV. An actui externo conueniat meritum distinctum ab interno? De quo relati *quæst. praeced.* Nos *d.* 68. *de ente supernaturali, sect.* 4. Item, Suarez *lib.* 12. *de gratia, cap.* 11. Zumel. 1. 2. *quæst.* 114. *art.* 4. *disp.* 2. Salas 1. 2. *tract.* 6. *d.* 2. *n.* 66. Coninch 2. 2. *d.* 27. *num.* 12.

Quæst. V. An sit possibile peccatum per puram omissionem absque actu? Hîc S. Thom. *art.* 3. Bonau. *in litt. dub.* 1. Durand. *quæst.* 2. Alij relati *distinct.* 25. *quæst.* 12.

Quæst. VI. An supposito peccato per puram omissionem boni, possibile sit meritum per puram omissionem mali? Hîc S. Thom. *art.* 3. Dur. *quæst.* 2. Alij relati *dist.* 24. *q.* 9.

Quæst. VII. An Deus sit causa peccati? De quo relati *lib.* 1. *dist.* 29. *q.* 9.

DISTINCTIO XXXVI.

Quædam simul sunt peccata, & pœna peccati; quædam peccata, & causa peccati; alia verò peccata, & causa, & pœna peccati.

PRima conclusio: Potest peccatum esse pœna peccati. Huius sententiæ est Augustinus *super Psal.* 57. ad illud: *Supercecidit ignis*, &c. dicens: *Multa, quæ peccata sunt, pœnæ peccati sunt.* Item Greg. *super Ezechiel. homilia* 11. *in cap.* 1. dicens: *Peccatum, quod per pœnitentiam citiùs non deletur, aut peccatum est, & causa peccati; aut peccatum, & pœna peccati; aut peccatum simul, & causa, & pœna peccati.* Quod indicant sacræ Litteræ, vt illud Dauid Psalm. 68. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum.* Vbi iniquitatem deprecatur castigari iniquitate. Eo sensu proponit Paulus 1. *Thessalonic.* 2. punitos homines suis peccatis: *Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ*, &c.

2 Secunda conclusio: Peccatum non est pœna peccati, quatenus peccatum est; sed quatenus est causa plurium malorum subsequentium peccatum. Nàm pœna, vt docet Augustinus *lib.* 1. *Retract. cap.* 9. iusta est, seu obiectum iustitiæ, quod à Deo directè appeti, & intendi possit. At peccatum iustum non est, seu obiectum iustitiæ, quod à Deo directò appeti, & intendi possit. Est igitur peccatum pœna peccati, quatenus est causa inferens peccanti plura mala,

quæ

quæ à Deo intendi possunt. Sicut ignis æternus est pœna peccati; non, quia in se, & formaliter pœna sit, & malus damnatis; sed, quia causa est cruciatuum, quibus illi torquentur. Quo sensu exponit Augustinus illud Apostoli: *Tradidit illos Deus in passiones ignominiæ.* Quia, licèt Apostolus significet peccata fuisse peccati pœnas; cæterùm noluit peccata, quà peccata, fuisse intenta à Deo; sed, quæ illis annexæ sunt passiones ignominiæ, quæ à Deo in pœnam peccati appeti possunt.

3 Tertia conclusio: Licèt omne peccatum mortale sit pœna peccanti; non tamen omne peccatum est pœna peccati. Prior pars probatur. Pœna peccantis dicitur, quidquid est causa adducens peccanti mala à peccato distincta, quibus ipse formaliter punitur. At omne peccatum causa est plurium malorum. quibus peccans formaliter punitur. Probatur pars posterior: Nullum peccatum est pœna sui ipsius, sed alterius præcedentis peccati; sicut nullum peccatum est causa sui ipsius, sed alterius subsequentis peccati. Ergo, vt peccatum dicitur esse causa peccati, solùm quando subsequitur aliud peccatum: sic peccatum dicitur esse pœna peccati, solùm, quando antecedit aliud peccatum. At omne peccatum non antecedit aliud peccatum. Ergo omne peccatum non est pœna peccati. Cui doctrinæ consonat Augustinus *lib.* 5. *contra Iulianum*, *cap.* 5. dicens: *Præcedentis est hæc pœna peccati, & tamen etiam ipsa peccatum est.* Item Gregor. *lib.* 25. *Moralium*, *cap.* 12. docens, idem peccatum esse posse pœnam, & causam peccati, pœnam peccati antecedentis, & causam subsequentis.

4 Quarta conclusio: Vt peccatum sit pœna antecedentis peccati, probabile est, non requiri, vt semper subsequatur malum à peccato, quod est pœna, distinctum; sed ipsum essentialiter peccatum, quà molestum, & incommodum, rationem pœnæ posse subire. Primò, quia plura peccata se ipsis immediatè sunt incommoda, & molesta peccanti, vt inuidia, ira, cupiditas, & tristitia, quæ docente August. *lib.* 83. *qq. q.* 77. perturbant, & affligunt animum, & sui passione cruciant. Secundò; quia tradit August. *lib. retract. c.* 9. *& lib.* 3. *de lib. arbit. c.* 18. quadam necessitate pati hominem, quæ mala sunt, & eadem pœna peccati sunt, vt illud Apostoli Roman. 7. *Non quod volo, facio bonum; sed quod odi malum, hoc ago.* Item illud ad Galat. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersùs carnem.* Hæc enim pugna ineuitabilis prauorum affectuum cum probis molesta homini est, & ex iusta damnatione profecta.

5 Huic tamen probationi aduersari videtur Hieronymus *in explanatione fidei ad Damasum Papam,* censens, blasphemum esse, peccata necessitate fieri, & non posse vitari. Respondetur: Augustinus disserit de necessitate, & impossibilitate morali, profecta ex nimia difficultate, qua in natura lapsa renitimur affectibus vitiosis, præsertim venialibus. Hieronymus verò de libertate, & potestate physica, qua omnia caueri possunt mortalia peccata. Nam ad molestiam pugnæ, quam Augustinus contendit, sufficit impotentia moralis ex nimia difficultate renitendi vitiosis affectibus, præsertim ex surreptione, & inaduertentia irrepentibus profecta. Præmissa in hac, & præcedenti distinctione ex aliorum opinione

probabilia

probabilia videntur: quanquam plura eorum non probabilia solùm, sed omninò certa, & extra controuersiam admittenda sunt.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An peccatum possit esse pœna peccati, & qua ratione? Hîc S. Thomas *q.1.art.3.* Scotus, Bonauent. Durand. Ægid. Richar. Gab. *q.1.* Caiet. Conrad. Medina, Zumel, Curiel, Montesinus, Lorca, Vazquez., & alij cum S. Thoma 1.2.*quæst.*87.*art.*2. Val. 1.2.*disp.6.q.17.p.3.* Salas 1.2.*tract.*13.*disp.*15.*sect.*2. Tann. 1.2. *disp.*4. *quæst.*10.*dub.*3. Herrera 2.*disp.*2. *quæst.*2. Granad. 1.2.*contr.6.tr.9. disp.*5. Suarez 1.2. *tr. de peccatis, disp.7.sect.*2.

Quæst. II. An peccatum sit à Deo, ideóque etiam pro formali sit pœna peccati? Hîc Bonauent. *in litt. dub.*3. Alij relati *lib.*1.*dist.*29.*q.*9.

Quæst. III. An Deus ex intentione efficaci puniendi hominem, antecedenti præuisionem peccati, possit permittere peccatum? Hîc Bonau. *art.3.q.1. &* 2. Richard. *art.3.q.2.* Gabr. *quæst.1.dub.*4. Alij relati *lib.1.dist.*40.*q.*8.

Quæst. IV. An peccatum sit causa peccati, referendo illud in suum finem, & tribuendo extrinsecè nouam malitiam? Hîc Aureol. *art.*2. Caiet. Conradus, Medina, Zumel, Curiel, Lorca, Montesinus, Vazq. & alij cum S. Th. 1.2.*q.*18. *art.3. &* 4. Val. 1.2.*disp.2.q.* 13.*p.*2. Tann. 1.2.*disp.2.q.1.dub.*4. Suar. *tr. de act. hum. disp.6. sect.*3. Granad. 1.2. *controu.*2. *tom.*10.*disp.*6. *sect.*3. Salas 1.2.*tr.7.disp.3.sect.*8. Coninch. 2.2.*disp.*3 *dub.*9.

Quæſt. V. An peccatum, ſicut eſt cauſa peccati, poſſit eſſe cauſa actus boni ſupernaturalis, referendo illum in finem malum? De quo relati *diſt*.27.*q*.20.

DISTINCTIO XXXVII.

Aliorum ponit ſententiam, qui dicunt, malos actus nullo modo eſſe à Deo, nec eſſe bonos, ſiue in eo, quod ſunt, ſiue alio modo.

PRima concluſio: Non eſt improbabilis eorum ſententia, qui aduersùs tertiam concluſionem *diſtinctionis* 15. tuentur, peccatum eſſe adæquatè poſitiuum, atque adeò ſecundùm eſſe poſitiuum, Deum non eſſe authorem, & cauſam peccati. Nam actus peccati ſecundùm eſſe poſitiuum eſt oppoſitus legi. Ergo ſecundùm eſſe poſitiuum eſt formaliter peccatum, quod in oppoſitione cum lege conſiſtit. Probatur antecedens: Lex directè prohibet eſſe poſitiuum actus. Ergo actus ſecundùm eſſe poſitiuum eſt contrarius legi. Hinc autem ſecundùm eſſe poſitiuum non eſſe à Deo probatur: quia Deus non eſt author peccati, quà peccatum eſt. At peccatum, quà peccatū, eſt poſitiuum. Ergo peccati, quà poſitiuum eſt, Deus author non eſt. Vnde eſt aliquid poſitiuum, quod eſt ab homine, & non ſit à Deo. Nam peccatum, quà peccatum, eſt ab homine, & non à Deo. Hoc autem poſitiuum eſt. Quod indicare videtur Auguſtinus *in Enchirid. cap*. 19. expendens illud Iſaïæ 5. *Va his, qui dicunt bonum malum.* dictum eſſe de ipſis rebus, quibus homines

homines sunt mali, non de ipsis hominibus. Ergo peccata, quibus homines sunt mali, res sunt, quæ fiunt ab homine, & non à Deo.

2 His opponitur: Illud Ioan. 1. *Sine ipso factum est nihil.* intelligitur de peccato, quod nihil est. Ergo peccatum non debet numerari inter entia positiua. Secundò, quia Augustinus *dist. 35, concl. 3.* docet, omne esse positiuum, quà positiuum, & ens, esse bonum, & à Deo. Ergo malitia peccati positiua non est. Ad primum respondetur: Peccatum dicitur esse nihil, nó, quia formaliter priuatio sit; sed, quia non est aliquod esse verè bonum, sed esse malum, quod non meretur inter entia numerari. Item, quia causa est priuationis gratiæ, & rectitudinis, qua à vero esse, & participatione Dei recedimus. Ad secundum respondetur: Augustinus in eis locis disserit de esse substantiali, & naturali, hoc est, de substantia, & natura, & eis, quæ naturaliter consequuntur substantiam, atque naturam; non verò de actibus ipsius naturæ, qui nomine substantiæ, atque naturæ minimè comprehenduntur. Colligitur hæc mens Augustini: Primò, quia *lib. 1. Retract. cap. 23.* tradit, quod de substantiis, atque naturis dictum est, non esse de bonis actionibus, atque peccatis intelligendum. Ergo inter naturam, seu substantiam, & actus, seu actiones naturæ discernit Augustinus. Secundò, quia *lib. 4. contra Pelagium, in prima responsione*, notat, *opera Diaboli, quæ vitia dicuntur, actus esse, non res.* Item, in quarta, *peccatum naturam non esse, sed actum. Quamobrem quod natura non est, Deus non fecit: quia natura est omne, quod fecit.* Ergo distinguit inter actum, & naturam, seu rem. Ergo, cùm in eis locis disserat August. in genere de iis, quæ

res,

res, ſubſtantiæ, & naturæ ſunt, non de actibus; potuit ſtatuere, omnes res, ſubſtantiam, & naturas eſſe bonas, & à Deo, quin ſub eis actus peccati comprehenderet. Tertiò, quia in ſacra Scriptura dicitur Deus non eſſe author malorum. At, ſi omnia, quæ ſunt, intelligeret Auguſtinus eſſe bona, & à Deo, Deum faceret authorem malorum, cùm ea ſint actus naturæ rationalis. Quartò, quia Auguſt. *ſuper Pſalm.68.* ad illud *Non eſt ſubſtantia.* docet, iniquitatem non eſſe à Deo: quia non eſt ſubſtantia; hoc eſt, quia non eſt naturâ, quà homines ſumus.

3 Secunda concluſio: Quanquam catholicis Scriptoribus liberum ſit affirmare, vel negare, actum peccati ſecundùm eſſe poſitiuum eſſe bonum, & à Deo, de quo varia ſunt Catholicorum iudicia, & nihil hîc à Magiſtro conſtanter decernitur: duo tamen omnibus conſtantia ſunt: primum, Deum non eſſe authorem malorum culpæ: ſecundum, eſſe authorem malorum pœnæ. Primum conſtat: tum, quia ſacræ Litteræ expreſsè tradunt, Deum non eſſe authorem culpæ: tum, quia etiam Theologi, qui volunt, actum peccati ſecundùm eſſe poſitiuum eſſe bonum, & à Deo, negant Deum eſſe authorem eius actus, quà malus, & peccatum eſt: quia ea ratione non eſt aliquid, ſed nihil. Nihil autem Deus author non eſt. Secundùm probatur: quia Amos 3. dicitur: *Non eſt malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit.* Item, Iſaïæ 45. *Ego ſum Deus creans malum, & faciens bonum.* En Deus dicitur creare, & facere malum. At non malum culpæ, vt præmiſimus. Ergo malum pœnæ. Quo Auguſtinus *lib. 1. Retract. cap. 26.* explicat, quod *lib. 83. qq. quaſt. 21.* dixerat, Deum non eſſe authorem mali, intelligendum

dum esse de malo culpæ, non de malo pœnæ, quod à Deo esse negari non potest. Item, eò componit illud Sapientiæ 1. *Deus mortem non fecit*, & illud Ecclesi. 11. *Mors, & vita à Domino est*, quæ videntur contraria. Quippe Deus non fecit mortem moralem culpæ; fecit tamen mortem naturalem pœnæ.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An malitia formalis peccati sit positiua, an priuatiua? Hîc S. Thom. *art.* 1. Bonau. *in litt. dub.* 1. *& seq.* Alij relati *dist.* 34. *q.* 3.

Quæst. II. An Deus sit author peccati? Hîc S. Thomas *quæst.* 2. *art.* 1. Bonauent. *art.* 2. *q.* 1. Ægidius *p.* 2. *quæst.* 1. *art.* 2. Richardus *art.* 3. *q.* 1. Argentin. *q.* 1. *art.* 4. Scotus, & Gabr. *q.* 1. Durand. *q.* 2. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 29. *q.* 9.

Quæst. III. An Deus præstet concursum immediatum efficientem peccati? Hîc S. Thom. *q.* 2. *art.* 2. Bonauent. *art.* 1. *q.* 1. Scot. Gab. Durand. Greg. Ægid. *q.* 1. Aureol. *art.* 1. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 37. *q.* 2.

Quæst. IV. An Deus prædeterminet physicè ad entitatem materialem peccati? Hîc Gabr. *q.* 1. *littera F.* Alij relati *dist.* 21. *q.* 2.

Quæst. V. An pœna possit intendi efficaciter à Deo ante præuisionem culpæ? Hîc S. Thom. *q.* 3. *art.* 1. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 40. *q.* 8.

Quæst. VI. An Deus sit, aut possit esse causa falsitatis, & erroris? Hîc Bonauent. *art.* 2. *q.* 3. Richard. *art.* 3. *q.* 2. Stephan. Brulef. *quæst.* 6. Nos *de ente supernaturali, disp.* 56. *&* 59. Bañez 2. 2. *q.* 1. *art.* 3. *dub.* 2. *conclus.* 4. Torres 2. 2. *disputat.* 3. *&* 4. Coninch. 2. 2.

disp.

disp. 10.*dub.* 4. Hurtado 2.2.*disp.* 19.*sect.* 3.*&* 4. Suar. *de fide, disp.* 6.*sect.* 5. Vazquez 1.2.*d.* 90.*num.* 11.*&* 1. 2.*&* 3.*p.disp.* 61.*num.* 59.

DISTINCTIO XXXVIII.

De voluntate, & eius fine, ex quo & ipsa iudicatur.

PRima conclusio : Ex fine voluntatis deprehenditur, an ea recta, an praua sit. Nomine voluntatis *in hac distinctione* non intelligitur potentia, sed affectus voluntatis. Probatur conclusio ex Augustino *lib.* 11. *de Trinit.cap.* 6. vbi : *Ex fine suo,* ait, *voluntas cognoscitur, vtrum recta, an praua sit.* Secundò, inductione desumpta ex Augustino *ibidem.* Nam omnis affectus bonus respicit finem bonum, scilicet, beatitudinem æternam, aut Deum; aut aliquid conducens in beatitudinem, aut Deum. Affectus verò malus respicit finem malum, scilicet, delectationem prohibitam, aut aliquid aliud prohibitum. Ergo ex fine arguenda est probitas, aut prauitas affectus voluntatis.

2 Secunda conclusio : Omnis affectus moraliter bonus, & meritorius in finem charitatis referri debet, aut actualiter, aut virtualiter. Primò, quia Augustinus illud Psalm. 118. *Omnis consummationis vidi finem : latum mandatum tuum nimis.* exponit de charitate, cuius latum mandatum est, & cuius finis; omnis consum

consummationis, hoc est, omnis bonæ voluntatis, & actionis finis est. Secundò, quia ipse *in Enchirid. cap.* 121. illud 2. Timot. 1. *Finis præcepti est charitas.* ideò dictum esse docet, quia omnia opera virtutum præcepta, vt rectè, & provt oportet, fiant, in finem charitatis referenda sunt. Vnde ea referri debent in Deum, quia finis charitatis, imò & ipsa charitas, Deus est. Item, referri debent in Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, qui etiam Deus sunt, atque adeò vnus finis, non plures fines charitatis, & bonorum operum sunt, sicut vnus Deus, non plures Dij sunt. Rursus in Christum etiam referuntur: quia etiam Christus Deus est, de quo propterèà dictum est Roman. 10. *Christus finis legis ad iustitiam omni credenti.* vt exponit Augustinus *in lib. sent. Prosperi.*

3 Tertia conclusio: Quamuis omnes affectus meritorij vnum habeant vltimum finem charitatis; præter illum tamen, plures alios respiciunt fines intermedios sibi proprios, & intrinsecos. Primò, quia Augustinus *lib. 11. de Trinit. capit. 6.* ait: *Aliæ, atque aliæ voluntates suos proprios fines habent; qui tamen referuntur ad finem illius voluntatis, qua volumus beatè viuere.* En varij affectus relati in vitam beatam suos præter illum proprios fines habent. Secundò, quia possunt esse in voluntate plures affectus respicientes plures fines intrinsecos subordinatos, quorum alter referibilis sit in alterum. Nam potest esse voluntas videndi indeterminatè, cuius finis intrinsecus, in quo sistat, sit visio alicuius obiecti indeterminatè: deinde alia voluntas videndi determinatè fenestram, cuius finis intrinsecus, in quo sistat, sit visio determinata fenestræ: deinde alia voluntas videndi

transeuntes,

transſeuntes, cuius finis ſit viſio tranſeuntium. En plures voluntates reſpicientes plures fines intrinſecos ſubordinatos, quorum alter in alterum refertur. Ergo ſimiliter poteſt contingere affectibus virtutum, qui reſpicientes ſuos proprios fines, referibiles ſunt in eundem finem charitatis, in quo omnes virtutum actus connexi ſint.

4 Obiicitur Auguſtinus *lib.2.de ſerm. Domini in monte, cap.*24. admonens, ne duos nobis fines conſtituamus, ſcilicet, ne euangelizemus, vt manducemus; ſed manducemus, vt euangelizemus: quia propter regnum Dei tantùm debemus operari omnia. Reſpondetur: Auguſtinus prohibet nobis conſtituere duos fines non ſubordinatos, quorum alter ſit æternus; & alter merè temporalis, qui in æternum non referatur; atque adeò ſuadet, operari propter regnum Dei, tantùm, tanquàm propter finem vltimum, in quem alij fines referantur. Nam ipſe monens manducare, vt euangelizemus, & euangelizare propter regnum Dei, approbat voluntatem, cuius finis ſit euangelizare, & aliam, cuius ſit finis, regnum Dei.

5 Quarta concluſio: Voluntas, intentio, & finis diſtinguuntur. Ex definitione eorum conſtabit diſtinctio. Finis eſt bonum, quod volumus propter ſe. Qui rurſus eſt duplex; aut vltimus, propter quem cætera volumus, quin ipſum propter alium; aut intermedius, quem rurſus volumus propter alium. Omnis finis voluntatis eſt delectatio, hoc eſt gaudium de poſſeſſione boni amati, vt docet Auguſtinus tom.8. in illud Pſalm.7. *Scrutans corda, & renes Deus.* Item, in Pſalm.9. ad illud: *Comprehenſus eſt pes eorum.* Voluntas eſt affectus, quo volumus bonum propter ſe.

Intentio

Intentio verò est affectus, quo volumus bonum propter se, & alia propter ipsum V. g. cùm volumus reficere esurientes propter vitam æternam; finis intermedius est refectio esurientis; vltimus verò vita æterna: voluntas est affectus refectionis, intentio verò affectus vitæ æternæ. Vnde finis realiter distinguitur à voluntate, & intentione. Voluntas verò, & intentio sic comparantur inter se, vt omnis intentio voluntas sit, quamuis omnis voluntas non sit intentio; quando, scilicet, ex præcedenti affectu voluntatis in alium finem refertur: tunc enim præcedens affectus rationem intentionis; subsequens verò rationem voluntatis meræ, & electionis sortitur.

6 Quinta conclusio: Constans non est inter Theologos, an vno, & eodem actu possimus velle finem intermedium, & vltimum, an necessitate diuerso, vt reficere esurientem, & vitam æternam. Nam alij volunt, eodem actu vtrunque finem appeti posse, qui propter varietatem obiectorum tanquam multiplex apprehenditur ad multiplicem virtutem spectans. Alij verò sentiunt, vtrunque finem necessariò appeti affectibus diuersis. Qua de re vnicuique decernendum relinquitur.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An finis vltimus determinatus nostræ beatitudinis supernaturalis possit cognosci naturali ratione? Hîc Bonau. *in litt. dub. 1.* Alij relati *dist. 10. q. 7.*

Quæst. II. An vt actus sit moraliter bonus, finis intrinsecus, seu obiectum formale debeat esse bonum?

Hic S.Th. *art.* 5. Bon.Ægid. Richard. Dur. Argent. & Greg. *q.* 1. Caiet.Conrad.Med. Zum.Curiel, Montesin.Lorca, Vazq.& alij 1. 2. *q.* 1. *art.* 3. *&* *q.* 18. *art.* 2. *&* 4.Coninh. 2. 2. *disp.* 3. *dub.* 4. Suarez 1. 2. *tract. de actib. hum. d.* 6. *sect.* 1. Tanner. 1. 2. *d.* 2. *q.* 5. *dub.* 4. Salas 1. 2. *tract.* 7. *d.* 2. *sect.* 7. Antonius Perez *lect.* 1. *examin. p.* 3. *c.* 19. *& seq.* Azor. *tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 5. *q.* 4. Gran. 1. 2. *controu.* 2. *tr.* 10. *d.* 2. *&* 6.

Quæst. III. An vt actus sit bonus, referri debeat in finem charitatis, saltem extrinsecè? Hîc S.Th. *ar.* 2. Bonau. *in litt. dub.* 2. *& art.* 1. *q.* 2. Richard. *q.* 2. *&* 3. Marsil. *q.* 22. *art.* 1. Greg. *q.* 1. *art.* 1. *concl.* 2. Sotus 1. *de nat. & grat. c.* 10. *& lib.* 3. *cap.* 4. Vega *de iust. q.* 14. Becanus *art.* 7. Sal. 1. 2. *tr.* 7. *d.* 2. *à n.* 126. Gran. 1. 2. *contr.* 2. *tr.* 10. *d.* 6. *sect.* 1.

Quæst. IV. An idem actus possit habere plures fines intrinsecos, seu plura obiecta formalia intrinseca? Hîc Bonau. *art.* 1. *q.* 3. S.Th. *art.* 1. Ægid. *q.* 1. *art.* 2. Richard. *q.* 2. *art.* 2. Dur. *q.* 4. Arg. *q.* 1. *art.* 3. Nos fusè *d.* 47. Suar. 1. 2. *tr. de act. hum. d.* 4. *sect.* 3. *& tom.* 1. *in* 3. *p. d.* 5. *sect.* 4. Sal. 1. 2. *tr.* 6. *d.* 1. *à n.* 16. *& tr.* 7. *d.* 2. *sect.* 9. Azor *tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 25. *q.* 6. Mol. 1. *p. q.* 1. *art.* 1. *d.* 1. Fonseca 6. *Met. c.* 1. *q.* 1. *sect.* 5. Gran. *tom.* 1. *in proœm. d.* 5. *n.* 17. Conim. 1. *poster. cap.* 25. *q.* 2. *art.* 4. Fassol. 1. *p. q.* 12. *art.* 8. *dub.* 6.

Quæst. V. An vnus actus virtutis possit extrinsecè referri, seu imperari in finem alterius? & qua ratione id fiat? Nos fusè *d.* 65. *&* 67. *de supern.* Salas 1. 2. *tr.* 7. *d.* 2. *sect.* 16. *&* 18. Vazq. 1. 2. *d.* 51. *c.* 5. Alm. *tr.* 1. *moral. c.* 20. Sot. *de nat. & grat. lib.* 1. *c.* 22. Caiet. Medin. Conrad. & alij 1. 2. *q.* 18. *art.* 3. 4. *&* 6. Lorca 2. 2. *q.* 23. *d.* 12. Val. 2. 2. *d.* 1. *q.* 4. *p.* 3. *& d.* 3. *q.* 9. *p.* 1. Suar. 1. 2. *de act.*

act.hum.d.6. sect.3.& d.10.sect.1. Azor *lib.1.c.2.q.2.* Tann.1.2.*d.*11.*q.*5.*n.*95. Coninch. 2.2.*d.*3.*n.*121.

Quæst. VI. Per quos actus, & quo influxu referat vna virtus in suum finem actus alterius? Nos fusè *d.* 66.*&* 67.*de supern.* Suar.*lib.*12. *de grat.c.*9. Hurtad. 2.2.*d.*135.137.*&* 138. Zum. 1.2.*q.*114.*art.*4. *d.*2. *append.* Lorca 2.2.*d.*12.*de charit.*

Quæst. VII. An virtus imperfectior possit referre in suum finem actus virtutis perfectioris, v.g. charitatis? Nos *disp.*65.*sect.*4.*de supern.* Caiet. Bañez, Lorca, & alij cum S.Th.2.2.*q.*23.*art.*1. Coninch. 2.2.*d.* 17.*n.*11.*& seq.* Val.2.2.*d.* 3.*q.*9.*p.*1.

Quæst. VIII. An intentio finis, & electio mediorum sint actus necessariò distincti? Hîc S.Th. *art.*4. Bonau.*in lit.dub.*4. Durand.*q.*3. Caiet. Conrad. Medina, Zum. Curiel, Lorca, Montesinus, Vazq. & alij cum S.Th. 1.2. *q.*8. *art.*3. *& q.*12. *art.*4. Suar. 1.2. *tr.de elect.d.*8.*sect.*3. Tann. 1.2.*d.* 2.*q.*3.*dub.*4. Val. 1.2.*d.* 2.*q.*3.*p.*3. Salas 1.2. *tract.*6.*disp.*1. *sect.*4. Antonius Perez *lect.*1. *examin.p.*3.*cap.*5.*&* 6. Gran. 1.2. *contr.* 2.*tract.*5.*d.*3. Hurtad.*d.*14.*sect.*3.*de anima.* Arriaga *ibidem, d.*7.*sect.*5.

DISTINCTIO XXXIX.

Cùm voluntas sit de iis, quæ homo naturaliter habet; quare peccatum fore dicatur, cùm nullum aliud naturale peccatum sit?

IN *hac distinctione* nihil iudicio proprio, sed alieno Magister decernit. Quærit autẽ duo. Primum est, an

voluntas transgrediens legem retineat bonitatem naturalem simul cum malitia morali; sicut eam retineat intellectus, & memoria, quamvis vitiis obnubilentur, & subiaceant, vt Augustinus supponit *lib. 15. de Trinitate, cap.* 8. Siquidem voluntas inter hominis naturalia recensetur, sicut alia, quæ homini insunt? Secundum est, an idem sit motus, seu affectus, quo homo afficitur in bonum, & in malum, quando iuxta illud Apostoli Rom. 7. *Non quod volo, illud ago; sed quod nolo, illud facio.* voluntas simul tangitur affectu inefficaci boni, & mali; siquidem vtrunque velle naturale & inseparabile homini est.

2 In prima quæstione distinguenda est voluntas in actu primo, quæ est potentia, à voluntate in actu secundo, quæ est affectus deliberatus potentiæ. Voluntatem, quæ est potentia, omnes Theologi tuentur retinere cum malitia morali bonitatem naturalem: quia malitia moralis ipsi aduenit contingenter, & bonitas naturalis ei semper identificata est; cùm talis potentia semper ad naturalem hominis constitutionem pertineat. At de affectu voluntatis dissensio Theologorum est. Nam, qui aiunt malitiam moralem consistere in priuatione, admittunt, eum affectum secundùm esse positiuum continere bonitatem naturalem, & physicam, cùm ideò negant secundùm esse positiuum inesse malitiam, quia secundùm illud esse bonus est. Quibus si obiicias, non posse ex bonitate naturali affectus voluntatis resultare malitiam, seu priuationem rectitudinis moralem, sicut non resultat ex bonitate actus intellectus, & memoriæ. Respondetur, discrimen esse inter affectus voluntatis, & actus aliarum potentiarum. Nam actus voluntatis ex se mouet, & prouocat

voluntatem

voluntatem ad existentiam, & consecutionem obiecti; ac ideò cùm obiectum malum est, affectus illius est malus: actus verò intellectus, & memoriæ ex se non habent mandare executioni obiectum, & ideò potest malum cognosci, quin actus cognitionis sit malus. Quanquam & hi actus possunt esse mali, cùm subiaceant imperio voluntatis abutentis illis. At verò, qui malitiam formalem adæquatè positiuam sentiunt, negànt, affectum malum esse naturaliter bonum: quia eum affectum volunt non referri inter hominis naturalia, sed potiùs contra naturalia, cùm non iuxta, sed contra naturam rationalem sit.

3 In secunda quæstione volunt plerique, motum inefficacem in bonum esse distinctum à motu voluntatis in malum. Primò; quia affectus voluntatis in bonum conuenit arbitrio ex prima, & naturali constitutione naturæ: quare is affectus dicitur ab Ambrosio *tom. 4. in cap. 7. ad Roman. cap.* 18. homini naturalis; & ab Augustino *tom. 3. de fide ad Petrum, cap.* 25. hominem creatum fuisse bonum, & rectum, hoc est, appetentem bonum; & ab Hieronymo *in cap.* 1. *Ezechielis*, scintillam rationis, quæ etiam in Caïn extincta non est, semper velle bonum, & odisse malum. At verò affectus in malum conuenit arbitrio ex corruptione naturæ per peccatum. Ergo hi affectus distincti sunt. Secundò, quia affectus in malum inclinat in peccatum, & absente gratia illud efficaciter operatur. Affectus verò in bonum inclinat in opus bonum, & auxiliante gratia illud efficaciter operatur. At eidem affectui non possunt conuenire inclinationes, & operationes contrariæ. Ergo ij affectus diuersi sunt. Nihilominùs non desunt, qui vtrumque munus ei-

dem affectui inefficaci adscribant. Quod arguunt ex eo, quod voluntas simul, & inseparabiliter velit affectu inefficaci bonum, & malum, ideóque simul bona, & mala naturaliter sit.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An peccatum in priuatione consistat? De quo relati *dist*. 34. *q*. 3.

Quæst. II. An idem affectus possit esse bonus & malus? Hîc S. Th. *q*. 2. *art*. 2. Salas 1. 2. *tr*. 7. *d*. 3. *sect*. 11. Gran. 1. 2. *contr*. 2. *tr*. 9. *d*. 3. Med. 1. 2. *q*. 20. *art*. 6. *concl*. 1. Tann. 1. 2. *d*. 2. *q*. 5. *dub*. 8. Val. 1. 2. *d*. 2. *q*. 15. *p*. 6. Azor *tom*. 1. *lib*. 2. *c*. 5. *q*. 9. Tapp. *art*. 11. Vega *lib*. 11. *in Trid*. *c*. 25. Suar. 1. 2. *tr*. *de actib*. *hum*. *d*. 8. *sect*. 1. Coninch. 2. 2. *d*. 3. *dub*. 11. Lorca 1. 2. *de act*. *hum*. *d*. 28. Vazq. 1. 2. *d*. 70. *cap*. 2. Alij cum S. Th. 1. 2. *q*. 20. *art*. 6.

Quæst. III. An idem affectus possit esse simul amor boni, & odium mali? De quo nullum vidi differentem ex professo. Ad rem tamen disputatione dignum est.

Quæst. IV. An omne peccatum præcedat aliquis error conscientiæ practicæ, aut speculatiuæ? Hîc Dur. *q*. 1. Alij relati *dist*. 22. *q*. 6.

Quæst. V. An teneamur sequi conscientiam errantem? Hîc S. Th. *q*. 5. *art*. 3. Bonau. *art*. 1. *q*. 3. Ægid. *q*. 3. *art*. 3. Richard. *art*. 2. *q*. 3. Dur. *q*. 5. Gab. *q*. 1. *ar*. 3. *dub*. 2. Aureol. *art*. 1. Caiet. Conrad. Med. Zum. Lorca, Curiel, Montesin. Vazq. cum S. Th. 1. 2. *q*. 19. *art*. 5. & 6. Suar. 1. 2. *de actib*. *hum*. *d*. 12. *sect*. 4. Valent. 1. 2. *d*. 2. *q*. 14. *p*. 4. Tanner. 1. 2. *d*. 2. *q*. 6. *dub*. 2. Salas 1. 2. *tr*. 8. *d*. 1. *sect*. 3. Granad. 1. 2. *contr*. 2. *tr*. 12. *d*. 7. Azor *tom*. 1. *lib*. 2. *cap*.

2.*cap*.8.*q*.3.Ant.Perez *cert*.10.*scholast*.*à n*.23. Corduba *lib*.3.*q*.4, Th.Sanchez *lib*.1.*Decal*.*c*.11.

Quæst. VI. An ex conscientia errante & proponente vtrunque contradictorium esse peccatum, voluntas necessitetur ad peccandum? Interpretes *q*.*praced*. relati Gran.1.2.*contr*.2.*tr*.12.*d*.7.*sect*.2. Corduba *lib*.3.*q*.4. Angest.*moral*.*cap*.6. Th.Sanchez *lib*.1. *Decalog*. *cap*.11.*à n*.13. Salas 1.2.*tr*.8.*d*.1.*à n*.27. Medina 1.2.*q*.19.*art*.6.*q*.1. Vazq.1.2.*d*.60.*cap*.2.

Quæst. VII. An possit ratio errare, proponendo amandum malum, & odio prosequendum bonum? Hîc S.Th. *q*.3. *art*.1. Bonau. *in litt*. *dub*.2. & *art*.2.*q*.2. Ægidius *q*.2.*art*.3. Richard. *art*.3.*q*.2. Durand. *q*.5. Gabr.*quæst*.1.*art*.3. Aureol.*art*.2. Vazquez 1.2. *disp*.122.*cap*.2. Val.1.2.*disp*.6.*q*.6.*p*.1. Azor *lib*.1. *cap*.13.*q*.1. Th.Sanchez *lib*.1. *Decalog*.*cap*.16.*n*.33. Tann.1.2.*d*.4.*q*.9.*n*.14. & 15. Salas 1.2.*tract*.13.*d*.8.*à n*.17. Corduba *lib*.2.*q*.4.*conclus*.1. Conrad. *de contract*.*quæst*.100. Caiet. Medina, Zumel, Curiel, & alij 1.2.*q*.76.*art*.2.

Quæst. VIII. An voluntas sit libera circa bonum in communi libertate contrarietatis, aut contradictionis? Hîc S.Th.*q*.2.*art*.1.

Quæst. IX. An possit affectus esse malus, quin eius obiectum directum, aut indirectum sit malum? Hîc Bonau.*litt*.*dub*.1. Gran.1.2.*contr*.2.*tr*.10.*d*.4. Tann.1.2.*d*.2.*q*.5.*dub*.7. Suar.1.2.*de actib*.*hum*.*d*.7.*sect*.7. Salas 1.2. *tract*.7.*disp*.3.*sect*.4. Zum.1.2.*q*.72.*art*.9.*d*.1. Val.1.2.*d*.2.*q*.13.*p*.4. Azor *tom*.1.*lib*.1.*c*.4. Lorca 1.2.*d*.34. Curiel 1.2.*q*.18.*art*.2.*dub*.2.

DISTINCTIO XL.

An ex fine omnes actus pensari debeant, vt simpliciter boni, vel mali dicantur?

DVo præmittenda. Primò, per actus hîc intelligi actiones externas, quæ sunt obiecta affectuum internorum, Secundò, bonitatem, & malitiam, de qua disseritur, non esse naturalem, & physicam; sed moralem, & remunerabilem, à qua actiones morales absolutè, & simpliciter dicuntur bonæ, vel malæ. Iam duo quæruntur. Alterum, an ex intentione, & fine actiones externæ sint molariter bonæ, vel malæ? Alterum, an seorsim ab intentione, & fine extrinseco, seipsis immediatè bonæ, vel malæ sint, an indifferentes? Sunt enim, qui velint, seipsis immediatè nihil bonitatis, aut malitiæ ferre; sed omnes fieri posse bonas ex intentione bona, & omnes malas ex intentione mala. Alij verò sentiunt, aliquas seipsis essentialiter adeò esse malas, vt nulla intentione possint fieri bonæ; alias seipsis essentialiter adeò esse bonas, vt nulla intentione possint fieri malæ; alias verò ex se indifferentes esse, vt ex intentione bona fiant bonæ, & ex mala intentione malæ. Alij denique admittunt, aliquas quidem seipsis esse malas, quin possint fieri bonæ: negant verò vllas esse seipsis bonas, quin possint fieri malæ.

2 Prima conclusio: Actiones externæ sumunt bonitatem moralem ex intentione bona, & malitiam ex mala. Primò ex illo Ambrosij lib. 1. Offic. cap. 30.

Affectus

Affectus tuus operi tuo nomen imponit. Hoc est, ex affectu dignoscitur, an opus sit bonum, vel malum? Secundò ex illo Augustini præfat. in Psalm. 31. *Bonum opus intentio facit. Non valdè attendas, quid homo faciat, sed quid, cùm faciat, attendat*, Itaque ex fine bonitas operis arguenda est. Tertiò ex illo Matthæi 7. *Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere.* Vbi nomine arboris intelligunt Ecclesiæ Patres affectum internum, cuius fructus sunt actiones externæ; bonæ quidem, si affectus fuerit bonus; malæ verò, si malus.

3 Secunda conclusio: Nulla est actio exterior seipsa immediatè seorsum ab actu interno adeò bona, vt non possit fieri mala, Sic Augustinus tomo 4. lib. contra mendacium, cap. 7, ibi: *Ea opera hominum, si causas habuerint bonas, vel malas, nunc sunt bona, nunc mala, quæ non sunt per se ipsa peccata*, Ergo quæcunque opera, quæ peccata non sunt, possunt fieri mala ex causa, seu intentione mala. Probatur ab Augustino ibidem: quia nullum est opus externum adeò bonum, quod non possit referri in finem malum, vt reficere esurientem in finem gloriæ vanæ. At opus relatum in finem malum non est bonum; sed malum, vt constat ex superiori conclusione.

4 Tertia conclusio: Aliquæ sunt actiones externæ se ipsis adeò malæ, vt nullo affectu interno queant fieri bonæ. Ita Augustinus *suprà*. Nam aliqua fiunt opera externa, quæ seipsis immediatè, & directè sunt peccata, & prohibita lege Dei, vt furta, mẽdacia, blasphemiæ, & similia. Quis autem dicat, peccata posse fieri iusta, & moraliter bona? Confirmat Augustinus longa inductione plurium, quæ nullo fine nobis licere

possunt. Neque enim licet furari diuitibus, vt erogemus pauperibus; falsa testimonia proferre, vt tueamur innocentem; vera testamenta supprimere, & ficta supponere, vt hæredibus caueãtur pericula delinquendi: si enim hæc & similia licerent, peruerti posset impunè & iustè omnis recta institutio reipublicæ. Ergo aliqua sunt, quæ nullo fine honestari possunt.

5 Adde, meritò ab aliquibus dubitari, an ea opera possint fieri ex causa bona. Nam affectus internus eorum bonus non est, cùm obiectum habeat prohibitum & malum; neque finis est bonus, cùm eius consequutio per media turpia bona esse repugnet. Nulla igitur potest esse causa illorum, quæ sit bona. Vnde propter duo ea opera ex causa bona honestari repugnat; tum quia esto ea detur bona, sufficit malitia intrinseca ipsorum, vt bona non sint; tum, quia absolutè talis causa esse bona repugnat.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An bonitas & malitia sint differentiæ essentiales actus humani? Hîc S. Thomas *art*. 1. Bonau. *in litt. dub*. 1. Caiet. Medina, Conrad. Curiel, Zum. Montesin. Lorca, Vazquez, & alij 1. 2. *q*. 18. *&* 19. *ar*. 1. Suar. 1. 2. *de act. hum. d*. 8. *sect*. 3. Salas 1. 2. *tr*. 7. *d*. 3. *sect*. 13. Tann. 1. 2. *d*. 2. *q*. 5. *dub*. 3. Almain. *tr*. 1. *Moral. c*. 6. Val 1. 2. *d*. 2. *q*. 13. *p*. 1. *&* *q*. 14. *p*. 1. Gran. 1. 2. *contr*. 2. *tr*. 9. *d*. 2.

Quæst. II. An actui externo conueniat bonitas, aut malitia formalis distincta, & superaddita interno? Hîc S. Thomas *artic*. 3. Bonauentur. *artic*. 2. Richard. *artic*. 1. *quæst*. 4. *&* *artic*. 2. *quæst*. 1.

Ægidius

Ægidius *q.* 1. *art.* 2. Gregor. *q.* 1. Alij relati *dist.* 35. *quæst.* 3

Quæst. III. An actioni externæ conueniat meritum distinctum à merito actus interni? Hîc Bonau. *art.* 2. *q.* 3. Brulef. *q.* 6. Alij relati *dist.* 35. *q.* 4.

Quæst. IV. An intentio finis boni sit mala ex mala electione, & è contra? Hîc Bonau. *art.* 1. *q.* 1. Gab. *q.* 1. Caiet. Medina, Conrad. Zumel, Curiel, Lorca, Montesin. Vazq. & alij 1. 2. *q.* 18. *art.* 4. *q.* 19. *art.* 7. & 8. Almain. *tract.* 1. *moral. cap.* 11. Salas 1. 2. *tr.* 7. *d.* 3. *sect.* 11. Coninch. 2. 2. *disp.* 3. *dub.* 11. Gran. 1. 2. *contr.* 2. *tract.* 10. *d.* 6. Tann. 1. 2. *d.* 2. *q.* 5. *dub.* 7.

Quæst. V. An eadem actio possit esse simul bona & mala? Hîc S. Th. *art.* 4. Dur. *q.* 3. Alij relati *dist. præced. quæst.* 2.

Quæst. VI. An sint actus naturales indifferentes in indiuiduo? Hîc S. Th. *art.* 5. Dur. *q.* 1. Aureol. *art.* 1. Caiet. Conrad. Medina, Curiel? Zum. Montesin. Lorca Vazq. & alij cum S. Th. 1. 2. *q.* 18. *art.* 9. Suar. 1. 2. *de actib. hum. d.* 9. *sect.* 3. Salas 1. 2. *tr.* 7. *d.* 4. *sect.* 3. Azor *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. Conimbr. *in Ethic. d.* 5. *q.* 2. Val. 1. 2. *d.* 2. *q.* 13. *p.* 6. Tann. 1. 2. *d.* 2. *q.* 5. *dub.* 6. Gran. 1. 2. *contr.* 3. *tr.* 11. *d.* 2.

Quæst. VII. An sint actus supernaturales indifferentes secundùm speciem? De quo rari. Nos fusè *d.* 69. *de supern.* Suar. 1. 2. *de act. hum. d.* 9. *sect.* 2. Salas 1. 2. *tom.* 7. *d.* 4. *sect.* 2.

Quæst. VIII. An actus supernaturales adeò sint boni, vt vitiari nequeant ex fine malo? De quo relati *d.* 26. *q.* 20.

DISTIN

DISTINCTIO XLI.

An omnis intentio, vel actio eorum, qui carent fide, sit mala?

PRima propositio: Iuxta aliquorum sententiam omnes actus morales, tam interni, quàm externi infidelium, peccata sunt extrinsecè, non intrinsecè. Prior pars probatur: Primò ex illo Apostol. 14. *Omne, quod non est ex fide, peccatum est.* Nam infidelium actus ex fide non sunt. Secundò ex Augustino lib. sent. Prosperi 106. *Omnis infidelium vita, peccatum est.* Tertiò, quia omnis actus relatus in malum finem malus est. At omnis actus interior, & exterior infidelium in malum finem relatus est, aut in gloriam vanam, aut in commoda temporalia, aut in genere Numen vanum, quod adorant. Si autem eis obiicias, Augustinum testari *lib. 2. Confess. cap.* 12. aliqua opera fieri bona, quamuis non benè; atque ita plura ab infidelibus fieri bona, quamuis non benè, vt vestire nudos, seruare iustitiam, & similia. Respondent, ea opera dici bona ex genere, & materia ipsorum; non verò ex specie, & circunstantiis, quibus fiunt. Posterior verò pars superioris propositionis probatur. Nam plures sunt affectus interni, & externi infidelium, qui si fierent ex directione fidei, & intentione charitatis, essent boni. Ergo, quòd mali sint, non est eis intrinsecum, sed extrinsecum.

2 Secunda propositio: Iuxta aliorum sententiam plura opera fiunt ab infidelibus absolutè bona. Nam infideles

infideles eliciunt plura opera virtutum moralium ducti pietate, & honestate, seu æquitate naturali rationis; vt subuenire egeno, & ius suum vnicuique tribuere. Hoc autem sufficit, vt ea absolutè bona sint. Neque obstat, ea ab Augustino negari bona: imò affirmari mala: quia ex fide non fiunt. Quoniam negantur bona bonitate meritoria, vitæ æternæ, quæ proculdubio operibus inesse non potest absque fide, & charitate. At præter eam bonitatem potest eis bonitas moralis ex obiecto competere. Item; dicuntur mala à malitia subiecti quod ea agit; non à malitia operum, quæ subiectum deturpet.

3 Tertia propositio: Omne peccatum voluntarium, & liberum est. Ita Augustinus *tom. 1. lib. de vera religione, cap. 14. tom. 6. lib. de duabus animabus, c. 10. lib. 1. Retract. cap. 15. & 16. & lib. 2. cap. 13.* Nam peccatum committi non potest nisi à volente, qui potest illud cauere, si velit. Quod autem à volente sic fit, voluntarium, & liberum est. Explicatur: peccatum aut naturæ integræ est elicitum à primis parentibus; aut naturæ lapsæ post eorum peccatum. Elicitum à primis parentibus omninò voluntarium fuit, cùm in eis non esset, quod tolleret voluntarium. Elicitum verò in natura lapsa, licèt omninò voluntarium non sit, quia ignorantia, & concupiscentia minuit voluntarium; tamen absolutè voluntarium, & liberum est: quia opus, quod agitur, absolutè prætermitti potuit. Igitur nullum est peccatum, quod non sit voluntarium, ac liberum.

4 Quarta propositio: Non solùm actus externus, sed etiam affectus internus voluntarius est. Sic Augustinus *libro 1. de libero arbitrio, cap. 12. & lib. 1. Retract.*

Retract. cap.9.& 12. Tum, quia affectus internus est peccatum. Peccatum autem voluntarium est. Tum, quia affectus internus est liber voluntati, quippe in potestate voluntatis constitutus. Actus autem liber voluntarius est. Tum, quia voluntarium est, quod est à voluntate. At affectus peccati adeò est à voluntate, vt prima causa peccati sit sola voluntas.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An diuisio actus in bonum, & malum sit per differentias essentiales? Hîc Bonau. *art.1.q.2.* Brulef. *q.2.* Alij relati *dist. præced. q.1.*

Quæst. II. An bonitas, & malitia possit simul eidem actui conuenire? Hîc Bonau. *art.1.q.1.* Brulef. *q.2.* Alij relati *dist.39.q.2.*

Quæst. III. An sit actus naturalis in indiuiduo indifferens? Hîc Bonau. *art.1.q.3.* Brulef. *q.3.* Scot. *q.1.* Alij relati *dist. præced. q.6.*

Quæst. IV. An sit actus supernaturalis indifferens secundùm speciem? De quo relati *dist. præced. q.7.*

Quæst. V. An sine auxilio gratiæ infideles agant actus naturales moraliter bonos? Hîc Bonau. *in litt. dub.2.* S.Th. *q.1. art.2.* Alij relati *dist.28.q.1.*

Quæst. VI. An in infidelibus prouideantur auxilia gratiæ intrinsecè supernaturalia ad actus intrinsecè supernaturales? De quo nos fusè *disp.20. de supernat. sect.12. & seq.* Ruiz *de præd. disp.6.* & rari ex professo.

Quæst. VII. An omnis actus meritorius, aut impetratorius dirigatur per fidem, ideóque infideles careãt eiusmodi actibus? Hîc S.Th. *q.1. art.1.* Bonau. *in litt. dub.1.* Dur. *quæst.1.* Gab. *q.1.* Alij relati *dist.26.q.13.*

Quæst.

Quæst. VIII. An infideles, dum fide theologica carent, possint elicere actum charitatis, quo iustificationem obtineant? Hîc Bonau. *in litt. dub.* 2. S. Th. *q.* 1. *art.* 1. Alij relati *dist.* 26. *q.* 14.

Quæst. IX. Qua ratione verum sit infidelibus facientibus, quod in se est, non denegari gratiam? De quo relati *lib.* 1. *dist.* 41. *q.* 6.

Quæst. X. An omne peccatum sit voluntarium, & liberum, ideòque repugnet peccatum per puram omissionem sine actu? Hîc Bonau. *in lit. dub.* 3. Gab. *q.* 1. *art.* 3. *dub.* 3. Alij relati *dist.* 25. *q.* 12.

DISTINCTIO XLII.

An voluntas, & actio mala in eodem homine, & circa eandem rem, sint vnum peccatum, an plura?

IN *hac distinctione* explicantur variæ diuisiones, seu distinctiones peccati. Prima est, qua peccatum diuiditur in internum, & externum. Et quæritur, an opus externum constituat peccatum distinctum à peccato interno? Plerique enim volunt, esse omninò distinctum. Alij verò non esse distinctum; sed maius. Quia ex affectu interno, & opere externo constituitur moraliter vnum peccatum, vna transgressio. & operatio moralis. Quæ sententia probabilior apparet.

2 Obiicitur primò: Opus externum est peccatum. Aliunde est distinctū ab affectu interno. Ergo & peccatum

peccatum distinctum ab illo. Negatur consequentia: Quia potest opus externum esse physicè distinctum ab affectu interno, & non esse peccatum distinctum, quia moraliter non est distinctum: nam seorsim ab affectu interno, sicut liberum, & morale non est, sic neque est peccatum; sed pars constituens cum illo vnum, & idem peccatum.

3 Obiicitur secundò: Maiorem pœnam meretur, qui affectu, & opere simul delinquit, quàm qui solò affectu delinquit. Ergo peccatum internum aliud est ab externo. Respondetur, vt pœna volentis, & nihil exequentis maior sit, non requiritur, vt exequutio addat nouum, & distinctum peccatum; sed sufficit, vt augeat priorem malitiam, seu vt prior malitia extendatur in aliud subiectum.

4 Obiicitur tertiò: Affectus, & opus transgrediuntur diuersa præcepta: nam aliud præceptum est: *Non furaberis*. aliud: *Non concupisces*. Ergo affectus, & opus sunt diuersa peccata. Negatur consequentia. Quia obiecta diuersorum præceptorum constituunt moraliter vnam actionem pertinentem ad eandem speciem malitiæ.

5 Secunda diuisio peccati est in actuale, & habituale. Actuale, est affectus, seu actio physicè existens contra legem Dei, qua homo constituitur actu peccans. Habituale est, quod remanet post actuale peccatum constituens hominem peccatorem. Dicitur autem peccatum iam præteritum fieri habituale, cum iam transactum actu manet reatu, quia postquam transiit actus, manet reatus culpæ, & reatus pœnæ. Reatus culpæ: quia moraliter censetur reus peccati, ac si actu peccaret. Reatus verò pœnæ:

quia

quia iudicatur dignus pœna. Quæ alia est æterna, alia temporalis. Reatus ad pœnam æternam sequitur peccatum mortale; reatus verò ad pœnam temporalem sequitur peccatum veniale.

6 Tertia diuisio est peccati procedentis ex cupiditate, & procedentis ex timore: sub qua diuisione comprehenduntur omnia peccata. Nam, vt ait Augustinus ad illud Psal.79. *Incensa igni, & suffossa*, omnia peccata committuntur, aut ex cupiditate malè incendente, aut ex timore malè humiliante.

7 Quarta diuisio est in peccatum cogitationis, sermonis, & operis. Quam tradit Hier. *sup. Ezec. c.* 43. volens sub ea contineri omnia peccata. Quibus additur peccatum consuetudinis, quod in quatriduano Lazaro significatur.

8 Quinta diuisio est peccati in Deum, in proximum, & in seipsum. In Deum peccat homo, cùm indignè, & malè sentit de Deo, vt hæreticus, & periurus. In proximum, cùm proximum iniustè lædit. In se verò, cùm sibi tantùm, & non aliis, peccando nocet.

9 Sexta diuisio peccati est in peccatum, & delictum, seu in peccatum commissionis, & omissionis. Peccatum commissionis, quod absolutè peccatum dicitur, est facere opus positiuè malum contra legem prohibentem. Peccatum omissionis, quod delictum, seu derelictum dicitur, est omittere, seu derelinquere opus positiuè bonum contra legem præcipientem. Quamquam interdum *delictum* absolutè dicitur, quod ignoranter; peccatum verò, quod scienter committitur; interdum vtrumque indiscriminatim sumitur.

10 Septima, & postrema diuisio peccati est in septem vitia capitalia, scilicet, superbiam, iram, &c. Quæ consideratione Chrysostomi significata sunt in septem populis, qui terram promissionis tenebant. Dicuntur capitalia: quia ex eis emanant omnia peccata: cùm nullum sit, quod ex aliquo eorum originem non deducat. Imò inter ea numeratur superbia, quæ omnium peccatorum origo dicitur. Sic Eccles. 10. *Initium omnis peccati est superbia.* Gregorius lib. 1. Moral. cap. 31. *Radix cuncti mali est superbia.* Cuius ab eodem Gregorio lib. 23. Moral. cap. 7. quatuor distinguitur species. Prima bonum re ipsa possessum suæ actiuitati tribuere. Secunda, bonum actiuitate Dei infusum tribuere meritis propriis. Tertia, iactare bona, quæ non possidet. Quarta, ostentare se inter alios singularem, & excellentiorem. Neque huic doctrinæ obstat, ipsam superbiam interdum ex cupiditate proficisci, iuxta 1. Timot. vlt. *Radix omnium malorum est cupiditas.* Nam superbia, & cupiditas dicuntur radix omnis peccati: quia genera singulorum peccatorum, non quia singula generum emanent ex illis. Vnde potest esse superbia ex affectu cupiditatis, & cupiditas ex affectu superbiæ. Nam, vt docet Augustinus *tomo 3. lib. 11. super Genes. c. 15.* plerique cupiunt diuitias, quibus alios antecellant; plerique antecellere dignitate volunt, vt diuitias augeant.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An opus externum superaddat malitiam, aut bonitatem affectui interno? Hîc S. Thom. *art. 1.*

*art.*1. Bonau. *art.*1. *quæst.*2. Gabr. *quæst.*1. Ægid. *part.*2. *quæst.*1. *art.*2. Richard. *quæst.*2. Aureol. *art.*1. Alij relati *dist.*35 .*quæst.*3.

Quæst. II. An opus externum superaddat meritum, aut demeritum affectui interno? Hîc Bonau. *art.*1.*q.*2.Gabr. *q.*1. Dur. *q.*2. Alij relati *dist.*35. *q.*4.

Quæst. III. An actus positiuus distinguat peccatum commissionis à peccato omissionis? De quo relati *dist.*25. *quæst.*12.

Quæst. IV. An, & quid sit peccatum habituale transacto actuali? Hîc S.Thom. *art.*2.Dur.*q.*3.Caiet. Conrad. Medina,Zumel, Curiel, Lorca, Montesinus, Vasq. & alij 1.2.*q.*86.*art.*1. *&* 2. Valent.1.2. *disp.*6. *q.*16. *p.*1.Gran.1.2. *controuers.*6.*tract.*8. *disp.*1. Sotus *lib.*1.*de nat. & grat.c.*9.Staplet. *lib.*1.*de peccato origin. cap.*3.Corduba *lib.*1.*q.*10. Suar. 1.2.*tract. de peccat. disp.*8.*& lib.*7.*de grat.c.*20. *à n.*7. Salas 1.2.*tract.*13. *disp.*14.*sect.*1.*& seq.*Azor.*tomo* 1.*lib.*4.*c.*24. Bellarm. *de amis.gratia,cap.*19.Tanner.1.2. *disp.*4.*q.*6. *dub.*1.

Quæst. V. Quo differat peccatum mortale à veniali? Hîc S.Thom. *art.*4. Bonau. *art.*2.*q.*1.Scot.*q.*4. Ægid. *q.*1.*art.*3. Richard.*art.*3.*q.*1.Dur. *q.*6. Argent. *q.*1.*art.*4.Aureol.*art.*3.Caiet.Conrad.Medina, Zum. Curiel, Lorca, Vasq. & alij cum S.Thom.1.2.*q.*88. *art.*1.Val.1.2. *disp.*6.*quæst.*18. *part.*1. Petrus de Soto *lect.*7. *de peccatis*. Tann. 1.2.*disp.*4. *q.*5. *dub.*2. Azor *tom.*1.*lib.*4.*c.*8.*&* 9.Salas 1.2.*tract.*13.*disp.*16.*sect.*8. *& seq.* Vega *in Trid. lib.*14.*c.*11.*&* 12. Suar.1.2.*tract. de peccat.disp.*2.*sect.*5.Gran.1.2.*controu.*6.*tr.*2.*disp.*2.

Quæst. VI. An peccatum veniale habeat reatum pœnæ æternæ coniunctum mortali? Hîc S. Thom. *art.*5.Bonau.*art.*2.*q.*2.Ægid.*q.*1.*art.*4. Richard. *art.*3.

*quæst.*2.

quæst. 2. Durand. *quæst*. 7. Caiet. Conrad. Med. Zum. Curiel, Montesinus, Lorca, Vasquez, & alij cum S. Thom. 1. 2. *q*. 87. *art*. 5. *&* *q*. 88. *art*. 2. Suarez 1. 2. *tract*. *de peccatis*, *disp*. 7. *sect*. 4. Salas 1. 2. *tract*. 13. *disp*. 15. *sect*. 11. *&* *disp*. 16. *sect*. 8. Granad. 1. 2. *controu*. 6. *tract*. 9. *disp*. 2. Tanner. 1. 2. *disp*. 4. *quæst*. 10. *dub*. 4. Valent. 1. 2. *disp*. 6. *quæst*. 17. *part*. 4. Sot. *in* 4. *d*. 10. *quæst*. 10. *art*. 4. Azor. *lib*. 4. *cap*. 10. *quæst*. 5. Vega *in Trid*. *lib*. 14. *c*. 16.

Quæst. VII. An grauitas peccati mortalis, qua differt à veniali, sit infinita? De quo Medina, Conrad. Zumel, Curiel, Lorca, Cabrera, Suarez, Vasq. Ragusa, Aluarez, & alij cum S. Thoma 1. 2. *q*. 73. *art*. 9. *&* 3. *part*. *quæst*. 1. *art*. 2. Item Suarez 1. 2. *tract*. *de peccatis*, *disp*. 2. *sect*. 3. Vasq. 1. 2. *disp*. 99. *cap*. 8. *&*. *disp*. 100. *c*. 5. Valent. 1. 2. *disp*. 6. *quæst*. 6. *p*. 3. *q*. 17. *punct*. 4. *&* 3. *p*. *disp*. 1. *quæst*. 1. *part*. 5. Salas 1. 2. *tract*. 13. *disp*. 15. *sect*. 5. Gran. 1. 2. *controuers*. 6. *tract*. 3. *disp*. 5. Ioannes Medina *de pœnitent*. *tract*. 3. *quæst*. 1. Bellarmin. 1. *de amis*. *grat*. *cap*. 14. Herrera 2. *disp*. 32. *quæst*. 5. Tanner. 3. *part*. *disp*. 1. *quæst*. 5. *dub*. 2.

DISTINCTIO XLIII.

De peccato in Spiritum sanctum, quod dicitur etiam peccatum ad mortem.

INter peccata, quæ in genere diuisa sunt *dist*. *præced*. grauissimum omnium est peccatum in Spiritum sanctum, & peccatum ad mortem, de quo *in hac distinctione* differitur. Peccatum in Spiritum sanctum continetur Matth. 12. ibi: *Qui peccauerit in Spiritum sanctum*

ſanctum non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Peccati ad mortem meminit Ioannes in epiſt. 1. cap. 5. *Eſt peccatum ad mortem, non pro eo dico, vt quis oret*. Vnde peccatum in Spiritum ſanctum, & peccatum ad mortem idem ſunt: quia vtrumque irremiſſibile dicitur, & pro quo orationes Eccleſiæ prodeſſe non poſſunt.

2 Sed eſt prima dubitatio, quodnam ſit peccatum in Spiritum ſanctum. Triplicem ſpeciem huius peccati proponit Magiſter. Prima eſt obſtinatio, quæ eſt induratæ mentis in malitia pertinacia. Secunda eſt deſperatio, qua quis diffidit penitùs de bonitate Dei, æſtimans ſuam malitiam diuinæ bonitatis magnitudinem excedere. Tertia eſt inuidentia fraternæ gratiæ, & reconciliationis cum Deo, contendens fratrem deturbare à gratia, & reconciliatione Dei. Primæ, & ſecundæ ſpeciei meminit Auguſtinus *homilia* 33. *ſuper Ioannem*. Tertiæ verò ſpeciei *lib. 1. de ſermone Domini in monte, non longè à fine*. Probatur, tria enumerata peccata eſſe contra Spiritum ſanctum: quia ſunt contra bonitatem, benignitatem, & amorem attributum Spiritui ſancto. Obſtinatio, quia pertinaciter inhæret malitiæ, contra bonitatem Spiritus ſancti. Deſperatio, quia malitiam humanam æſtimat ſuperiorem bonitate Dei. Inuidentia contra fratrem, quia eſt contra amorem, & benignitatem, qua Spiritus ſanctus nobis communicatur.

3 Secunda dubitatio eſt: an omnis obſtinatio, vel deſperatio, vel inuidentia fraternæ gratiæ ſit peccatum in Spiritum ſanctum? Plerique ſententiæ affirmanti adhærent, arbitrantes, peccatum in Spiritum ſanctum dici irremiſſibile in hoc ſæculo, ſolùm

quia difficilè remittitur, non quia omninò remitti non possit. Sed rectiùs alij docent, ea peccata non esse contra Spiritum sanctum, nisi eis adiungatur impœnitentia finalis, quæ nullo modo remitti potest. Tum, quia huius sententiæ est Augustinus *epistola*. 50. *ad Bonifacium, & lib*. 1. *Retract.cap*. 19. *& sermone* 11. *de vercis Domini, post medium*. Tum, quia nullus est homo in hoc sæculo, qui quantumuis obstinatus sit, & desperet de misericordia diuina, inuideatque fraternæ gratiæ, pœnitere non possit auxilio gratiæ diuinæ, & per pœnitentiam assequi remissionem peccati. At peccatum in Spiritum sanctum est irremissibile. Ergo, dum non adiungitur impœnitentia finalis, non est peccatum in Spiritum sanctum. Nam sola impœnitentia finalis est, quæ propriè in hoc sæculo remissibilis non est, neque orationibus iustorum iuuari potest. At peccatum in Spiritum sanctum est, quod proprio, & rigoroso sensu in hoc sæculo, neque remitti, neque orationibus iuuari potest.

4 Porrò notandum est, impœnitentiam, quæ dicitur peccatum in Spiritum sanctum, non esse impœnitentiam negatiuam, seu negationem pœnitentiæ finalis, cum qua decedunt omnes reprobi, aliàs nullus esset reprobus, qui non peccaret contra Spiritum sanctum; sed impœnitentiam positiuam, qua positiuè resistitur pœnitentiæ finali: & hæc pœnitentia difficilis redditur, quales sunt obstinatio, desperatio, & inuidentia alienæ reconciliationis cum Deo. Vnde ex duobus coalescit peccatum in Spiritum sanctum, & impœnitentia positiua, quâ in Spiritum sanctum delinquitur. Primò, ex peccato opposito peculiari affectu bonitati Spiritus sancti, & pœnitentiæ

tentiæ finali. Secundò, ex defectu re ipsa sequuto talis pœnitentiæ.

5 Tertia dubitatio est, an peccatum in Spiritum sanctum sit iniuria specialis contra Spiritum sanctum, quæ non sit contra Patrem, & Filium? Respondet Ambrosius *tomo 2. lib. 1. de Spiritu sancto, cap. 3.* nullam esse iniuriam contra Spiritum sanctum, quæ non sit etiam iniuria contra Patrem, & Filium. Quæ bonitas, maiestas & dignitas Spiritus sancti communis est omnibus personis. Ergo iniuria irrogata Spiritui sancto, etiam est omnibus communis. Itaque Matth. 12. non diuiditur peccatum in peccatum contra Patrem, peccatum contra Filium, & peccatum contra Spiritum sanctum, ex eo quòd possit offendi vna persona, quin alia; sed ex eo, quòd vnum peccatum est contra attributum appropriatum vni personæ, & non contra appropriatum alteri: scilicet, contra Patrem, quod fit per infirmitatem; quia potentia appropriata est Patri: peccatum contra Filium, quod fit per ignorantiam; quia sapientia appropriatur Filio: peccatum contra Spiritum sanctum, quod fit contra bonitatem appropriatam Spiritui sancto, prout *superiùs* exposuimus.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Quid sit peccatum in Spiritum sanctum? Hîc S. Thom. *art. 1.* Bonau. *in litt. dub. 2. & art. 2. quæst. 1.* Gabr. *q. 1.* Scot. *q. 1.* Caiet. & alij Interpretes S. Thom. 2. 2. *q. 14. art. 1. &* 2.

Quæst. II. An peccatum in Spiritum sanctum constituat speciem malitiæ peculiarem distinctam à reliquis?

reliquis? Hîc S.Thom. *art.*2.Bonau. *art.*1.*q.*2. Scot. Ægid.Richard. Argent.Gabr. Durand.*q.*1. Caiet. & alij Interpret.S.Thomæ 2.2.*quæst.*14.*art.*1.

Quæst. III. An possit voluntas peccare in Spiritum sanctum speciali malitia, qua non peccet contra Patrem, & Filium? Hîc Aureol.*art.*1.Dur.& Scot.*q.*1. Caiet. & alij Interpretes S.Thom.2.2.*quæst.*14.*art.*2.

Quæst. IV. An peccans ex malitia contra Spiritum sanctum possit ferri in malum sub ratione mali? Hîc Scot.*q.*1.Gabriel *q.*2. Alij relati *dist.*34.*q.*4.

Quæst. V. An obduratis negentur auxilia gratiæ, quibus possint conuerti? De quo nos fusè *lib.*5. *de supernat.* Ruiz. *de prædest.*

Quæst. VI. An sit aliquod peccatum grauius peccato in Spiritum sanctum irremissibili à Deo? Hîc Bonau.& Richard.*art.*2.*q.*1. Brulef.*q.*3.Aureol.*art.*2. Caiet. & alij Interpret. S.Thom.2.2.*q.*14.*art.*3.

DISTINCTIO XLIV.

De potentia peccandi, an sit homini, vel Diabolo à Deo.

SVpponitur, potentiam rectè agendi nobis esse à Deo. Nam ait August. *lib.de fide ad Petrum*, *c.*3. neque Angelum habere à se bonæ voluntatis initium, sed illud à Deo tribui. Ergo etiam homo illud habet à Deo, & non à se, cùm natura angelica ex se liberior, & potentior sit ad bonum, quàm natura humana, quæ passionibus corporeis in malum inducitur. Difficultas igitur est, an similiter potentia

potentia peccandi sit à Deo? Sunt enim, qui volunt, potentiam peccandi non esse à Deo, sed à nobis; sicut ipsum peccatum à nobis est, & non à Deo.

2 Verior tamen, & sacris Litteris, ac sanctis Patribus conformior sententia est, potentiam peccandi esse à Deo. Primò ex sacris Litteris. Nam Apostolus Rom. 13. ait: *Non est potestas, nisi à Deo.* Neque hæc potestas intelligenda est de sola potestate boni. Nam Ioan. 19. dixit Christus Pilato: *Non haberes in me potestatem, nisi datum esset tibi desuper.* At potestas condemnandi Christum, est potestas in malum. Item Iobi primo deprecatur Diabolus Deum, vt sibi tribuat potestatem nocendi Iobo. Hæc autem potestas non erat ad bonum, sed ad malum. Secundò ex Patribus. Nam Aug. *tom. 8. conc. 2. ad Psal. 32.* docet, ex malitia hominum esse cupiditatem nocendi; potestatem verò esse à Deo. Item, Gregorius *in lib. 26. Moralium, cap. 24.* ait, potentiam elationis à Deo tribui; elationem verò nostræ malitiæ adscribi. Tertiò, ratione: quia potentia peccandi nullam continet malitiam, sicut peccatum. Ergo nihil prohibet eam potentiam esse à Deo, sicut prohibet malitia, ne à Deo peccatum sit.

3 Obiicitur: Apostolus ait Rom. 13. *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Ergo, si potestas nocendi data est Diabolo à Deo, non erit licitum resistere potestati Diaboli. Respondetur: Apostolus loquitur de potestate iurisdictionis, cui non licet resistere in his, quæ iusta sunt: quia Deus iubet obedire omnibus Superioribus in his, quæ legitimè inferioribus præcipiuntur: secùs, si illis iniqua præcipiantur; quia ea sunt contra supremam potestatem, &

iurisdictionem Dei, cui præ omnibus parendum est, vt rectissimè monet Augustinus *sermone 6. de verbis Domini*. At potestas diaboli non est iurisdictionis potestas, sed physica; neque eam exercet in rebus iustis, sed iniustis, quæ Dei legibus, & ordinationibus repugnantur. Ideò potestari Diaboli parendum non est.

QVÆSTIONES.


Quæst. I. An homo habeat potestatem benè moraliter operandi à Deo creante naturam, an à Deo prouidente auxilia gratiæ? De quo relati *dist.28.q.1.*

Quæst. II. An potentia peccandi sit à Deo? Hîc S.Thom. *art.1.* Bonauent. Scot. Ægid. Durand. Argent. Gabr. Brulef. *q.1.* Richard. *q.2.* Aureol. *art.2.* Vazq. 1.2.*d.*129.*c.*10. Driedo *de captiuit. & redempt. cap.3. part.1. memb.2.*

Quæst. III. An similiter peccatum sit à Deo? De quo relati *lib.1.dist.29.quæst.9.*

Quæst. IV. An potentia peccandi sit essentialiter annexa creaturæ rationali, & liberæ, quin ea possit esse ex se impeccabilis? Hîc Aureol. *art.1.* Alij relati *dist.5.quæst.12.*

LIBER



LIBER TERTIVS.

Hic liber complectitur Incarnationem Dei, per quam instauratus est mundus per peccatum corruptus: de quo superiori libro dissertum est.

DISTINCTIO I.

De persona incarnata.

PRima conclusio: Filius Dei incarnatus est. Est de fide ex illo Galat. 4. *Cùm venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret.* Vbi Filius dicitur missus, & ex muliere factus, quia incarnatus. Item, venisse plenitudinem temporis, quia eius aduentu gratia, & veritas adimpleta est. Gratia, quia post Christum natum maius, quàm antè, extitit augmentum gratiæ,

tiæ, & charitatis. Veritas, quia per aduentum Christi impleta sunt promissa diuina de redimendo genere humano.

2 Secunda conclusio: Congruum fuit, vt Filius assumeret carnem, potiùs quàm Pater, & Spiritus sanctus. Primò, quia Filius est Sapientia Patris, in qua omnia condita sunt. Ergo eadem Sapientiâ omnia reparari expediebat. Quare ea comparatur mulieri euangelicæ, quæ accendens lucernam, reperit drachmam perditam. Secundò, quia Filius est prima persona procedens à Patre. At, quia à Patre procedit, expediebat, Filium mitti, potiùs quàm Patrem, ne si pater mitteretur, putaretur Pater ab alio procedere, vt August. admonuit *tom.3. lib.4. de Trinitate, cap.10.* Quia verò Filius est primò procedens, debuit priùs, & potiùs mitti, quàm Spiritus sanctus: quia ordo congruus missionis temporalis sectatur ordinem processionis æternæ. Tertiò, quia congruebat, vt idem esset Dei, & hominis filius, ne si esset filius temporalis, qui non esset Filius æternus, filiatio æterna Dei confunderetur cum temporali, vt Augustinus *de ecclesiasticis dogmatibus, tom.3. cap.2.*

3 Tertia conclusio: Poterant Pater, & Spiritus sanctus incarnari, sicut Filius. Probatur, quia omnia, quæ reddunt Filium capacem incarnationis, conueniunt Patri, & Spiritui sancto; & omnia, quæ Patri, & Spiritui sancto obesse possunt, obstant similiter Filio.

4 Quarta conclusio: Quamuis solus Filius est incarnatus, omnes tres personæ operatæ sunt incarnationem. Probatur cum Augustino *lib.13. de Trinitate, cap.11.* Quia incarnatio est opus ad extra. Opera autem

tem ad extra indiuisa sunt toti Trinitati. Ergo tota Trinitas operata est incarnationem. Cæterùm, tota Trinitas non est incarnata; quia personam incarnari non est operari incarnationem, sed terminare vnionem cum carne humana. At quamuis omnes tres personæ operatæ sint incarnationem, non tamen omnes terminant vnionem cum carne humana: sicut neque omnes tres personæ descenderunt in specie columbæ; sed solus Spiritus sanctus, quamuis descensus, & motus columbæ indiuiduè factus sit à tota Trinitate.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An sit possibile, Deum hypostaticè vniri cum natura humana? Hîc S. Thom. *quæst*. 1. *art*. 1. Bonau. *art*. 1. *q*. 1. Aureol. *q*. 3. *art*. 1. Sab. *quæst*. 1. Scot. *quæst*. 1. Durand. *q*. 1. Fab. *d*. 1. Caiet. Cabrera, Aluar. Suarez, Vasquez, Ragusa, Præposit. Syluius, Lorca, & alij cum S. Thoma 3. *part*. *quæst*. 1. *art*. 1. Valentia 3. *part*. *d*. 1. *quæst*. 1. *punct*. 2. Granad. 3. *part*. *tom*. 1. *tract*. 1. *d*. 2. Becan. *tom*. 4. *cap*. 1. *quæst*. 1. Tannerus 3. *part*. *d*. 1. *q*. 1. *dub*. 1. Lugo *tom*. 1. *in* 3. *part*. *d*. 1.

Quæst. II. An possibilitas huius vnionis possit ostendi ratione naturali? Hîc S. Thomas *art*. 2. Gabr. *q*. 1. Fab. *d*. 1. *c*. 3. *&* 4. Scot. *q*. 1. Granad. *tom*. 1. *in* 3. *p*. *tract*. 1. *d*. 3. *&* 4. Val. 3. *p*. *d*. 1. *q*. 1. *p*. 2. Tann. 3. *p*. *d*. 1. *q*. 1. *dub*. 1. Suar. *tom*. 1. *in* 3. *p*. *d*. 3. *sect*. 1. Lugo *d*. 1. *sect*. 1. Nos *d*. 11. *de ente supernat*. Alij relati *lib*. 2. *dist*. 10. *q*. 7.

Quæst. III. An fuerit Deo libera incarnatio ex eo, quòd non sit liberum Deo velle optimum, quod potest? De quo relati *lib*. 1. *distinct*. 44. *quæst*. 1.

Quæst. IV. An cuilibet personæ diuinæ sit possibile

ſibile vniri cum natura humana? Hîc S.Thomas *q*.2. *art*.5. Bonauent. *art*.1.*q*.4.Gabr.*q*.2. Caiet. Cabrera, Aluar.Suar.Vaſq.Raguſa,Lorca, Præpoſ. Sylu. & alij cum S.Thoma 3.*p*.*q*.3.*art*.5.Valent.3.*p*.*q*.3.*p*.2.Gran. *tom*.1.*in* 3.*part*.*tract*.5.*d*.1.Tanner.3.*p*.*d*.1.*q*.4.*dub*.1.

Quæſt. V. An vnio perſonæ diuinæ cum natura humana ſit ab extremis diſtincta? & quid ea ſit? Hîc Gabr.*q*.1.Scot.*q*.1.Baccon. *q*.1.*art*.1. Fab.*d*.1.*cap*.1. & *d*.3. Caiet. Cabrera, Aluar. Lorca, Suarez, Vaſq. Raguſa,& alij cum S.Thom. 3.*part*.*q*.2.*art*.7.Valent. 3.*part*. *d*.1. *q*.2. *p*.5. Granad. *tom*.1. *in* 3.*part*.*tract*.4. *d*.2. & *ſeq*. Becan. *tom*.4. *cap*.2. *quæſt*.1. & *ſequenti*, Tanner. 3.*part*. *d*.1. *quæſt*.3. *dub*.4. & *ſequenti*. Lugo *tom*.1. *in* 3.*part*. *d*.11.Mærat. *de incarnat*.*d*.13.

Quæſt. VI. An homine non peccante,Deus fuiſſet vnitus cum natura humana? Hîc S.Thom.*quæſt*.1. *art*.3. Bonauent. *art*.2.*quæſt*.2. Caiet.Medina,Cabrera, Aluar. Lorca, Suarez, Vaſquez, Raguſa, Præpoſ. Sylu. & alij cum S.Thom. 3.*part*.*q*.1.*art* 3.& 4. Val. 3.*part*.*d*.1.*q*.1.*p*.7.Granad. *tum*.1. *in* 3.*p*. *tract*.3. *d*.1. Becan. *tom*.4. *cap*.1.*q*.7. Tan. 3.*part*. *d*.1. *q*.2. *dub*.5. Albertinus *tom*.1.*princip*.6. *corol*.1. Pighius *lib*.8. *de lib*.*arb*. *cap*.1. *art*.2. & 3. Galatinus *lib*.7. *de arcanis*, *cap*.2.Salmer. *tom*.15. *d*.3. Lugo *tom*.1. *in* 3.*part*.*d*.7. Mærat. *de incarn*.*d*.9. Mendoça *in quodlib*. *q*.1.*ſchol*. *à num*.5. Vincent. *relect*. *de grat*. *quæſt*.6.

Quæſt.VII. An Deus potuiſſet vniri cum natura humana peccatrice? Hîc Gabr.*q*.2.Caiet.Medina,Cabrera, Aluar.Lorca,Suar.Vaſq.Raguſa, & alij cum S. Thoma 3.*part*. *q*.15. *art*.1. Valentia 3.*part*. *d*.1. *q*.15. *p*.2. Granad. *tom*.1. *in* 3.*p*.*tract*.10.*d*.2.& *controuerſ*.2. *tract*.1.*d*.2. Becan. *tom*.4. *cap*.12. *q*.3.& 4. Tan. 3.*p*.

*d.*1.*q.*5.*dub.*8.Lugo *tom.*1. *in* 3.*p. disp.*26. Moncæus, *disp.*9. Mærat. *de incarnat. disp.*34. Alij relati *distinct.* 12. *quæst.*2.

Quæst. VIII. An potuisset vniri cum natura irrationali? Hîc Gabr. *quæst.*2. Caiet. Medina, Cabrera, Aluarez, Lorca, Suarez, Vasquez, Ragusa, Præpos. Sylu. & alij cum S. Thoma *quæst.*4.*art.*1.5.*&* 6. Val. 3.*p.d.*1.*q.*4.*p.*1. Granad. *tom.*1.*in* 2 *p. tract.*6. *d.*3. Becan. *tom.*4. *cap.*5. *q.*3. Tanner. 3.*p. d.*1. *q.*4. *dub.*2. Mirandul. *apol. prop.*4. Fab. *hîc d.*8. *cap.*1. Mæratius *de incarnat. disp.*19.

Quæst. IX. An potuisset vniri cum accidenti? Hîc Gabr. *q.*2. Aureol. *q.*2. *art.*3. Valent. 3.*p. d.*1. *q.*4. *p.*1. Granad. *tom.*1. *in* 3.*part. tract.*6. *disp.*1. Becan. *tom.*4. *cap.*5. *q.*5. Tannerus 3.*part. d.*1. *quæst.*4. *dub.*2. Suar. *tom.*1. *in* 3.*part. d.*14. *sect.*4. Vasquez *d.*30. *cap.*5. Cabrera *in* 3.*part. quæst.*4. *art.*1. *d.*5. Fab. *hîc d.*6. *cap.*2. Mæratius *de incarn. d.*19.

Quæst. X. An natura diuina vnita sit, potueritve immediatè vniri cum natura humana seorsim à personalitate diuina, aut simul cum illa? Hîc Aureol. *q.*1. *& quæst.*2. *art.*1. Gabr. *q.*1. Scot. *q.*5. Durand. *q.*3. Fab. *disp.*7. Caiet. Medina, Cabrera, Aluarez, Lorca, Suarez, Vasquez, Ragusa, & alij 3.*part. q.*3. *art.*1.*&* 2. Valent. 3.*part. d.*1. *quæst.*3. *part.*5. Granad. *tom.*1. *in* 3.*part. tract.*5. *disp.*1. Becan. *tom.*4. *cap.*4. *quæst.*2. Tanner. 3.*part. disp.*1. *quæst.*4. *dub.*1. Lugo *tom.*1. *in* 3.*p. disp.*12. Mæratius *de incarnat. disp.*11. 16.*&* 18.

Quæst. XI. An natura creata possit assumi à persona diuina subsistens cum propria subsistentia creata? Hîc Bonau. *art.*1. *q.*3. Aureol. *q.*3. *art.*2. Caiet. Cabrera, Aluar. Suarez, Vasquez, Lorca, Ragusa, & alij

alij cum S.Thoma 3.*p.q.*4.*art*.2. Valent. 3.*part.d*.1. *q*.4.*p*.2. Granad. *tom*.1. *in* 3.*p. tract*.6.*disp*.2.Becan. *tom*.4.*cap*.5.*quæst*.6. Tannerus 3.*part. disp*.1. *q*.4. *d*.2. Lugo *tom*.1.*in* 3.*p.disp*.13.*sect*.2.Mærat.*de incarn.d*.20.

Quæst.XII. An eadem natura creata possit assumi simul à pluribus personis diuinis? Hîc S. Thomas *quæst*.2.*art*.6.Bonauent.*art*.1.*quæst*.2. Aureol. *quæst*.4. *art*.1.Scot. *quæst*.2.Durand. *q*.2.Fab. *disp*.4. Caietan. Cabrera, Aluarez, Lorca, Suarez, Vasquez, Ragusa, Præposit. Sylu. & alij cum S.Thoma 3.*part. quæst*.3. *art*.6. Valentia 3.*part. d*.1.*q*.3.*punct*.3. Granad.*tom*.1. *in* 3.*part. tract*.5.*d*.2. Becan. *tom*.4. *cap*. 4. *quæst*.3. Tannerus 3.*part.d*.1.*q*.4.*dub*.1.Mærat.*de incarnat.d*.18.

Quæst. XIII. An eadem persona diuina possit simul assumere plures naturas creatas? Hîc S.Thomas *q*.2.*art*.7. Aureol. *q*.4.*art*.2.Scot.*q*.3.Faber *d*.5. Caiet. Cabrera, Aluarez, Lorca, Suarez, Vasquez, Ragusa, Præposit.Sylu. & allj cum S.Thoma 3.*part.q*.3.*art*.7. Valent.3.*p.d*.1.*q*.3.*p*.4. Granad.*tom*.1.*in* 3.*p. tract*.5. *d*.2.Becan.*tom*.4. *c*.4.*q*.4.Tannerus 3.*p.d*.1.*q*.4.*dub*.1. Lugo *tom*.1.*in* 3.*p.d*.13.*sect*.3.Mærat.*de incarnat.d*.18.

Quæst. XIV. An Trinitas personarum sit principium efficiens incarnationis, quà Trinitas est; an solùm quà vnus Deus est? Hîc Bonauent. *in litt.dub*.4. Alij relati *lib*.1. *dist*.29.*quæst*.7.

DISTINCTIO II.

Quare totam humanam naturam accepit?

PRima conclusio: Filius Dei assumpsit totam naturam humanam secundùm corpus, & animam.

Primò,

Primò, quia tota natura humana secundùm carnem, & animam corrupta fuit per peccatum. Congruum autem erat, vt Deus sanaret, & sanctificaret in homine totum, quod corruperat peccatum. Confirmat Damascenus *lib. 3. de orthodoxa fide, c. 6.* dicens, Verbum assumpsisse omnia, quæ in natura nostra plantauit, scilicet corpus, & animam intellectualem, & eorum proprietates, vt assumens totum hominem, toti homini salutem conferret. Secundò, quia Verbum assumpsit naturam humanam. At natura humana constat essentialiter ex corpore, & anima. Quæ ratio colligitur ex Hieronymo *tom. 4. ad Damasum Papam, in explanatione symboli.* Vnde reiicitur eorum error, qui dicebant, humanitatem, quam Verbum assumpsit, non substantiam, sed hominis quandam proprietatem significare. Quod vlteriùs exploditur à Damasceno *suprà, cap. 4.* asserente, Diuinitatis, & humanitatis nomen in Christo substantias, & naturas referre. Item *c. 3.* Verbum in Christo non assumpsisse naturam humanam, secundùm quod vna est vnitate communi speciei; quia aliàs plures, imò omnes humanitates essent assumptæ: sed secundùm quod vna est vnitate compositionis ex duabus substantiis diuersis, corpore scilicet, & anima coalescentis.

2 Secunda conclusio: Dei Filius assumpsit corpus, mediante anima. Primò, quia Damascenus *suprà, c. 6.* ait, Verbum suscepisse corpus per animam. Secundò, quia vt Verbum spiritualissimum vniretur corpori materialissimo, & irrationali, congruum erat, vnionem Verbi priùs natura fieri cum animo spirituali, & intellectuali sibi simillimo: nam quò animus est naturâ propinquior Deo, etiam est vnioni

aptior, & prior. At hoc est, & non aliud Verbum assumere corpus mediante anima. Ergo. Adhuc tamen hæc vnio inexplicabilis est, vt testatur Ioannes *c*.2. Quam difficultatem non ingerit compositio puritatis eius cum fæce corporea, quâ aliqui ducti tribuunt Christo corpus phantasticum. Nam, sicut radij solares inter sordes corporeas seruantur mundissimi: sic potest Diuinitas suam puritatem immaculatam tueri corpori vnitam. Ergo ea difficultas ex vnionis sublimitate petenda est.

3 Tertia conclusio: Cæterùm anima duratione temporali non fuit priùs assumpta, quàm corpus; sed vtraque pars simul assumpta fuit. Primò, quia Augustinus *lib. de fide ad Petrum*, *cap*.18. *&* *lib*.1. *de Trinitate*, *cap. vlt*. docet, carnem Christi incarnatione Verbi conceptam, nec in vtero fuisse, quin à Verbo susceptam. Secundò, quia Gregorius *lib*. 18. *Moral*. *cap*.31. ait, Verbum Angelo nunciante, & Spiritu adueniente, simul in vtero, & simul carnem intra vterum fuisse.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Quo ordine Verbum assumpserit corpus & animam? Hîc S. Thomas *quæst*.2. Bonau. *art*.3. *quæst*.1. Ægidius *p*.2. *quæst*.2. Richard. *art*.2. *quæst*.2. Brulef. *quæst*.7. Fab. *quæst*. 1. Scot. *quæst*. 2. Palud. *quæst*.4. Aureol. *art*.1. *&* 3. Durand. *quæst*.2. Fab. *d*.9. Caiet. Medina, Aluar. Cabrera, Lorca, Suarez, Vazq. Ragusa, Præpos. & alij cum S. Thoma 3. *p*. *quæst*.6. *art*.3. *&* 5. Valent. 3. *p*. *d*.1. *quæst*.6. Gran. *tom*.4. *tr*.6. *d*.5. Becan. *tom*.4. *cap*.5. *quæst*.2. Lugo *tom*.1. *in* 3. *p*. *d*.15.

*d.*15. Tanner. *tom.*4.*d.*1. *quæst.*4. *dub.*5. Mærat. *de incarnat.* *d.*22.

Quæst. II. An Verbum assumpserit sanguinem? Caiet. Medina, Aluarez, Cabrera, Lorca, Suar. Vazq. Ragusa, Præpos.& alij cum S.Thoma 3.*p.q.*5. *art.*2. Val. 3.*p.d.*1.*q.*5.*p.*1. Gran. *tom.*4.*tr.*6.*d.*4.*sect.*3. Becan. *tom.*4. *cap.*5. *quæst.*1. Lugo *tom.*1.*in* 3. *p. d.*14. Tann. *tom.*4.*d.*1. *q.*4.*dub.*3. Mærat. *de incarnat.d.*21.

Quæst. III. An Verbum assumpserit immediatè vnionem essentialem corporis, & animæ? De quo ex professo solus Lugo *tom.*1.*in* 3.*p.d.*12.*sect.*5. Attingit Suar. *tom.*1.*in* 3.*p.disp.*17.*sect.*5. §.*Secundo modo*, & Tann. *tom.*4.*d.*1. *quæst.*4.*num.*164.*& seq.*

Quæst. IV. An vnio hypostatica sit ab extremis distincta? De quo relati *dist.*1.*quæst.*5.

Quæst. V. An vnio hypostatica sit maxima vnionum, & entitate præstantissima? Hîc Faber *d.*8. Caiet. Medina, Aluar. Cabrera, Suar. Vazq. Ragusa, Præpos. Sylu. Lorca, & alij cum S.Thoma 3.*p.q.*2.*art.*9. Val. 3. *p.d.*1.*q.*2.*p.*6. Gran. *tom.*4.*tr.*4.*d.*5.*&* 6. Becan. *tr.*4. *c.*2.*q.*4. Lugo *tom.*1.*in* 3.*p.d.*11.*sect.*4. Tann. *tom.*4.*d.*1. *q.*3.*dub.*6. Mærat. *de incarnat. disp.*13.*sect.*6.

Quæst. VI. An vnionem hypostaticam præcesserit in anima gratia habitualis? Hîc S.Thomas *q.*2.*art.*4. Bonau. *art.*3.*q.*2. Scot. *q.*1. Ægid. *p.*2.*q.*3. Richard. *art.*2.*q.*3. Dur. *q.*3. Aur. *art.*3. Fab. *disp.*9.*cap.*5. Caiet. Medina, Aluar. Cabrera, Suar. Vazq. Ragusa, Præpos. & alij cum S.Thom. 3. *p.q.*6. *art.*6.*& quæst.*7. *art.*13. Gran. *tom.*4. *tr.*7.*d.*3. Becan. *tom.*4. *cap.*2. *q.*6. Tann. *tom.*4.*d.*1. *quæst.*3.*dub.*7.

Quæst. VII. An Verbum possit assumere naturam irrationalem? Hîc S.Thom. *q.*1. *art.*1. Durand.

& Paludan. *quæst*.1.Fab. *d*.8. *cap*.1. Alij relati *dist*.1. *quæst*.8.

Quæst.VIII. An homine non peccante Verbum assumpsisset naturam rationalem? Hîc Gabriel *q*.1. *art*.3. Alij relati *dist. præced. quæst*.6.

Quæst.IX. An possit assumi à Verbo natura rationalis sine visione beata? Hîc Scot. *q*.1. Fab.*disp*.8. Henric. *quodlib*.6.*quæst*.6.Mirand.*apol. quæst*.4.

Quæst.X. An sola vnio hypostatica sufficiat beare naturam rationalem, sine visione Deitatis? De hoc disseri potest non sine fundamento rationis consequenter ad præcedentem quæstionem, quamuis nullus hac de re disputationem instituat.

DISTINCTIO III.

De carne, quam Verbum assumpsit, qualis antè fuerit, & qualis assumpta sit?

PRima conclusio: Caro assumpta à Verbo priùs fuit obnoxia peccato; immunis verò ab omni contagione peccati extitit, vbi Verbo vnita fuit. Prior pars probatur: Quia ea caro de Virgine extracta est. Caro autem Virginis obnoxia peccato fuit. Probatur posterior ex illo Angeli ad Mariam Lucæ 1. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideóque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Nam Spiritus sanctus superueniens in Mariam, virtus Altissimi obumbrans, fœtus sanctificatus, potentia generandi absque viri semine miraculosa, & supernaturalis, indicant eam generationem,

tionem, & conceptionem ab omni peccato alienam fuisse, carnemque assumptam ab omni fuisse labe purgatam. Quod colligit Damasc. *lib. 3. de orthodoxa fide, c. 2.* dicens, Spiritum sanctum post consensum Mariæ purgasse ipsam, & potentiam Verbi receptiuam, & simul generatiuam præparauisse; atque adeò ex sanctissimis, & purissimis Virginis sanguinibus carnem Christi fuisse animatam.

2 Vnde colligit primò, Mariam in conceptione Verbi à fomite peccati liberatam fuisse; vel, quia fomes omninò extinctus fuit; vel, quia adeò debilitatus, vt nulla deinceps peccandi occasio ei extiterit. Nam fomes peccati ad reliquias peccati originalis pertinet. Caro autem Virginis ad concipiendum Verbum omninò purgata, & sanctificata fuit. Secundò colligit, Mariam deinceps omni peccato actuali immunem extitisse. Quod deprehendit August. *tom. 7. lib. de nat. & grat. cap. 36.* ex dignitate Deiparæ, & honore debito conceptioni Filij Dei. Tertiò colligit, Christum decimatum non fuisse in Abraham Sacerdoti Melchisedech. Nam, licèt Christus contineretur in lumbis Abrahæ, sicut Leui, & alij descendentes ab ipso; cæterùm ab illo non descendit secundùm legem communem, scilicet secundùm carnem peccatricem, & ardore libidinis conceptam. At in Abraham decimati non sunt, nisi descendentes ab ipso secundùm carnem peccatricem, & ardore libidinis conceptã, in cuius purgationem decimæ oblatæ sunt. Sic etiam Christus fuit in Adã, à quo secundùm carnẽ descẽdit. Támen non peccauit in illo: quia non est propagata caro in Christum secundùm legẽ communem, cum viri, & fœminæ cõcubitu, ardoresque libidinis cõcepta.

3 Secunda conclusio : Quamuis Verbum non assumpsit carnem peccatricem ; accepit tamen similitudinem carnis peccatricis quoad pœnas contractas per peccatum. Probatur ex illo Rom. 1. *Misit Deus Filium suum in similitudinem carnis peccati.* Nam hæc similitudo , & conuenientia Christi secundùm carnem humanam , non fuit quoad culpam. Ergo fuit quoad pœnam. Explicatur : Pœna peccati est , quòd caro sit obnoxia morti, & passionibus corporeis , vt siti, fami, doloribus, & similibus. At verbum assumpsit carnem mortalem, & passibilem, siti, fami, & doloribus obnoxiam. Ergo assumpsit similitudinem carnis peccatricis quoad pœnam.

4 Tertia conclusio : Caro Christi ab instanti conceptionis fuit debita membrorum distinctione animata , & formata. Nam ab instanti conceptionis fuit caro assumpta à Verbo simul cum anima , atque adeò simul fuit concepta , & animata. Caro autem non animatur , nisi debita membrorum distinctione formata sit. Confirmatur ex Damasceno *lib. 3. de orthodoxa fide, cap. 7.* asserente, Verbum non successiuè, sed simul secundùm totam carnem fuisse incarnatum. Vnde caro Christi elaborata non fuit spatio quadraginta dierum , sicut caro aliorum hominum , priusquàm anima induceretur in illam.

5 Obiicitur Augustinus *tom. 9. tract. 10. in Ioan.* vbi expendens illud à Iudæis obiectum Christo: *Quadraginta, & sex annis ædificatum est hoc templum, & in tribus diebus excitabis illud ?* ait Augustinus: *Hic numerus perfectioni Dominici corporis conuenit: quia , vt dicunt Physici , tot diebus forma humani corporis perficitur.* Quæ verba plerique sic intelligunt, vt

vt tot diebus forma Dominici corporis suis organis distincta sit, & deinde animata, & assumpta à Verbo. Sed non rectè : quia Augustinus tantùm voluit ante quadraginta dies adeò tenuem, & imperceptibilem fuisse membrorum distinctionem, vt vix discerni posset; & post eos dies integram, & discretam fuisse carnis Dominicæ perfectionem membrorum.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Virgo Beata contraxerit peccatum originale? Hic S. Thom. *q.* 1. *art.* 1. Bonau. *part.* 1. *art.* 1. *quæst.* 2. Scot. *quæst.* 1. Ægid. *quæst.* 2. Richard. *quæst.* 2. Dur. *q.* 4. Gabr. *q.* 1. Argent. *q.* 1. *art.* 1. Mayron. *q.* 2. Bassol. *q.* 1. Baccon. *q.* 2. Alij relati *lib.* 2. *dist.* 30. *q.* 2.

Quæst. II. An contraxerit debitum peccati originalis? De quo relati *q. præced.* & *lib.* 2. *dist.* 30. *quæst.* 5.

Quæst. III. An Virgo Beata obnoxia fuerit peccato actuali? Hîc S. Thomas *quæst.* 1. *art.* 5. Bonau. *part.* 1. *art.* 2. *quæst.* 1. Ægid. *quæst.* 3. Marsil. *quæst.* 4. *art.* 1. Gabr. *quæst.* 1. *art.* 3. Alex. 3. *part. q.* 9. *memb.* 3. *art.* 2. Caiet. Præpos. Suar. Vasquez, & alij cum S. Thom. 3. *part. quæst.* 27. *art.* 4. Tann. 3. *part. disp.* 2. *quæst.* 1. *dub.* 2. Valentia *tom.* 4. *disp.* 2. *quæst.* 1. *part.* 3.

Quæst. IV. An Virgini Beatæ ablata sit potentia delinquendi peccato actuali? Hîc S. Thomas *quæst.* 1. *art.* 2. & 6. Dur. *quæst.* 4. Bonau. *part.* 1. *art.* 2. *quæst.* 3. Ægid. *quæst.* 4. Gabr. *quæst.* 2. Argent. *quæst.* 4. Richard. *quæst.* 4. Alexand. 3. *part. quæst.* 9. *memb.* 3. *art.* 1. Caietan. Suarez, Vasquez, Præpos. & alij cum S. Thoma 3. *part. quæst.* 27. *art.* 4. & 6. Tann. *tom.* 4. *disp.* 2. *q.* 1. *dub.* 2. Valent. *tom.* 4. *disp.* 2. *quæst.* 1. *part.* 3.

Quæſt. V. An Beatæ Virgini extinctus ſit fomes peccati? Hîc S.Th.*q*.1.*art*.2.Bonau. *p*.1.*art*.1.*quæſt*.2. Ægid. *q*.3.Richard. *q*.4. Argent. *q*.1.*art*.3. Gabr. *q*.2. Dur.*q*.3. Caiet. Suar. Vaſq. Præpoſ. & alij cum S. Thom. 3.*p*.*q*.27. *art*.3. Tann.*tom*.4.*diſp*.2.*q*.1.*dub*.2. Val. *tom*.4.*diſp*.2.*q*.1.*p*.4. Corduba *lib*.1.*q*.45.*p*.2.

Quæſt. VI. An Verbum vnitum ſit, vnirive potuerit cum humanitate obnoxia peccato? Hîc S. Thom. *quæſt*.4. Gabr. *quæſt*.2. Scot. *q*.2.Fab. *diſp*.11. Alij relati *diſp*.1. *quæſt*.7.

Quæſt.VII. An humanitas Chriſti in primo conceptionis inſtanti fuerit ſanctificata? Hîc S. Thomas *q*.5.*art*.3. Caiet. Medina, Aluarez, Cabrera, Lorca, Suar. Vaſquez,Raguſa,Præpoſ. & alij cum S.Thoma 3.*p*.*q*.7.*art*.1.*&* 13. Val.*tom*.4.*diſp*.1.*q*.7.*p*.1. Tann. *tom*.4.*diſp*.1.*q*.5.*dub*.1.Gran.*tom*.4.*tract*.7.*diſp*.1.*&* 2. Becan. *tom*.4. *cap*.8. *q*.2. Lugo *tom*.1. *in* 3.*p*. *diſp*.16. Mærat. *de incarn*. *diſp*.23. *ſect*.3.

Quæſt. VIII. An fuerit ſanctificata ex vi vnionis hypoſtaticæ ſeorſim à gratia habituali? Hîc S.Thom. *q*.5.*art*.3. Caiet. Cabrer. Medin.Aluar. Lorca, Suar. Vaſq.Raguſ.Præpoſ. & alij 3.*p*.*q*.7.*art*.1.Tann.*tom*.4. *diſp*.1.*quæſt*.5.*dub*.1.Val. *tom*.4.*diſp*.1.*q*.7.*p*.1. Gran. *tom*.4. *tract*.7. *diſp*.1.Lugo *tom*.1.*in* 3.*p*.*diſp*.16.Salm. *tom*.2.*tract*.28.Mærat. *de incarn*.*diſp*.23.*ſect*.1.*&* 2.

Quæſt. IX. An fuerit ſanctificata ratione ipſius vnionis immediatè, an ratione hypoſtaſis, an ratione naturæ diuinæ? De quo Vaſq. *tom*.1. *in* 3.*p*. *diſp*.30. *&* 41. Suar. *diſp*.18. Lorca *diſp*.36. Lugo *diſp*.16. Granad. *tract*.7. *diſp*.1. Raguſa *diſp*.67. Mærat. *de incarn*. *diſp*.23. *ſect*.1. *&* 2.

DISTIN

DISTINCTIO IV.

Quare in Scriptura sæpiùs tribuatur incarnatio Spiritui sancto?

TRes loquendi modi sacræ Scripturæ difficultatem ingerunt, & explicationem desiderant. Primus est, quo incarnatio dicitur *opus Spiritus sancti.* Nam, vt præmisimus *dist.*1. incarnationem operata est tota Trinitas. Ergo non est opus Spiritus sancti potiùs, quàm Patris, & Filij. Respondetur: Incarnatio dicitur opus Spiritus sancti. Tum, quia eo ipso dicitur opus esse totius Trinitatis: quidquid enim vni personæ, tanquam principio, tribuitur, toti Trinitati tribuitur. Vnde non dicitur opus Spiritus sancti, vt excludantur aliæ personæ, sed vt Spiritus sancti nomine aliæ etiam personæ comprehendantur. Sic Augustinus *tom.*3. *in Enchirid. cap.*38. Tum, quia incarnatio est opus charitatis Dei, & donum omnium præstantissimum, quod Deus hominibus largitur. At Spiritus sanctus dicitur charitas, & donum supremum Dei, cui tribuuntur omnia dona, & diuinæ charitatis opera.

2 Secundus modus est, quo Christus dicitur *de Spiritu sancto conceptus, & natus.* Eo enim videtur Christus esse Filius Spiritus sancti, quà homo est; sicut est Filius Patris, quà Deus; & Mariæ Filius, quà homo: nam esse filium, & natum, idem sunt. Sed respondetur: Non est Christus Filius Spiritus sancti, quà homo est, sicut est Mariæ Filius: nam id nullus fidelium admisit. Neque verum est, Filium esse Spiritus sancti,

qui natus dicitur de Spiritu sancto. Nam capilli, & pediculi nascuntur de homine, & non sunt hominis filij. Item, baptizari dicuntur *Ioan.*3. nasci ex aqua, & Spiritu sancto; non tamen dicuntur filij aquæ. Sicut, è conuerso, plures dicuntur alicuius filij, qui non dicuntur de illo nati; vt filij adoptiui non dicuntur ex adoptante nati; & reprobi *Matth.*40. appellantur gehennæ filij, de qua tamen nati non sunt. Christus igitur, quà homo, dicitur natus de Spiritu sancto, quamuis non sit Filius Spiritus sancti. Primò, vt significetur natiuitate sanctus, & gratus Deo absque vllo merito ipsius Christi: nam, cùm Spiritus sanctus sit charitas, & donum Dei, eique attribuatur sanctitas, & gratia naturæ creatæ, tanquam donum præstantissimum Dei, & supremum diuinæ charitatis argumentum, rectè exprimitur sanctitas esse Christo natiua, seu naturalis, cùm de Spiritu sancto nasci prædicatur. Secundò Christus de Spiritu sancto natus dicitur, vt Spiritus sanctus author, & operator natiuitatis Christi denotetur. Sic Ambr. *tom.*2. *lib.*2. *de spir. sancto*, *c.*5.

3 Tertius loquendi modus est, quo Christus Rom. 1. *Factus ex semine Dauid*, & ad Galat. 4. *Factus ex muliere* dicitur, cùm alij homines non facti, sed nati dicantur. Respondetur. Mos iste loquendi ostendit distantiam conceptionis Christi à conceptione aliorum hominum. Quippe Christus sic est natus, vt etiam sit factus: quia sola operatione, & virtute supernaturali Spiritus sancti, absque commixtione seminis, in vtero Virginis formatus est. Alij verò homines purè nati sunt: quia ex seminis commixtione, & virtute eduntur in lucem: quare etiam parentes non facere, sed generare filios dicuntur.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An incarnatio sit opus Dei, vt vnius, an vt trini? Hîc S.Thom. *quæst*.1. *art*.1. *& seq*. Bonauent. *art*.1. *quæst*.1. Ægid. Richard. Guillelmus, Palud. Durandus *quæst*.1. Alij relati *lib*. 1. *dist*.29. *quæst*.7.

Quæst. II. An Christus, quà homo, sit filius naturalis totius Trinitatis? Hîc S.Thom. *quæst*.1.*art*.6. Bonauent. *art*.1. *quæst*.3. Scot. Ægid. Richard. Bacon. Argent. Gabr. *quæst*.1. Caietan. Medina, Cabrera, Aluarez, Lorca, Suarez, Vasq. Ragusa, Præpos. & alij 3.*part*. *quæst*.23.*art*.4. Granad. *tom*.4. *tract*.16. *disp*.1. Becan. *tom*.4. *cap*.18. *quæst*.5. Tanner. *tom*.4. *disp*.1. *quæst*.7. *dub*.5. Lugo *tom*.1. *in* 3.*part*. *disp*.31. Mæratius *de incarnat*. *disp*.51.

Quæst. III. An gratia sanctificans sit naturalis Christo, seu debita natiuitati ipsius? Hîc S.Thom. *q*.3. *art*.2. Bonauent. *art*.2.*q*.3. Ægid. *part*.3. *q*.2. Richard. *art*.3.*q*.2. Durand. *q*.3. Caiet. Medina, Cabrera, Aluarez, Lorca, Suarez, Vasquez, Ragusa, Præpos. & alij cum S.Thom. 3.*part*.*q*.2.*art*.12. Valent. *tom*.4. *disp*.1. *q*.2.*p*.7. Granad. *tom*.4.*tract*.4.*disp*.4.*sect*.1. *& tract*.7. *disp*.3. Tannerus *tom*.4.*disp*.1.*q*.3.*dub*.6. Lugo *tom*.1. *in* 3.*p*.*disp*.11.*sect*.5. Mæratius *de incarn*. *disp*.23.*sect*.4.

Quæst. IV. An gratia habitualis dimanet physicè ab vnione hypostatica? Hic S.Thom. *q*.3. *art*.2. Bonauent. Ægid. Richard. Durand. *vbi suprà*. Item Suarez *tom*.1.*in* 3.*p*.*disp*.18.*sect*.3. Valent. *tom*.4.*disp*.1. *q*.7.*p*.1. Vasquez *in* 3.*p*. *disp*.41.*c*.*vlt*. Vincent. *relect*. *de grat*.*q*.2.*art*.2. Tolet. *annot*.47. *in cap*. 1. Ioan. Med.

3.*part*.

*3.p.quæst.7.art.13.dub.1.*Granad. *tom.4.tract.6.disp.3.* Lugo *tom.1. in 3.p. disp.16. num.*100. *& seq.* Mærat. *de incarn. disp.13.sect.6. & disp.23.sect.4.*

Quæst. V. An incarnationem Verbi promeruerint antiqui Patres,& Virgo Beata? Hîc S.Thom.*q.3. art.1.*Bonauent.*art.2.q.1.&* 2.Ægid.*p.3. q.1.* Richardus *art.3.q.1.*Marsil.*q.5. art.1. &* 2.Gabr. *q.1. dub.3.* Caiet.Medina, Cabrera, Aluarez, Suarez, Vasquez, Ragusa,Lorca, Præpos. & alij cum S.Thoma *3.p.q.2. art.11.* Valent. *tom.4.disp.1.q.2.p.*8.Tan.*tom.4.disp.1. q.3.d.7.*Gran.*tom.4.tract.14.disp.7.&* 8.Lugo *tom.1. in 3.p. d.8.sect.3. & seq.* Mærat. *de incarn. disp.15.*

Quæst. VI. An dignitas Matris Dei æquiualeat dignitati iustitiæ, sufficiátque, Virginem iustificare, seclusa gratia habituali? Hanc difficultatem nullus, quem viderim, examinat. Plura tamen illustrare possunt, præsertim in sententia negante gratiæ habituali oppositionem physicam cum peccato, & solam tribuente moralem ex condignitate iustitiæ,vt non coniungatur spurcitiæ peccati,quam moralem condignitatem præseferre videtur supernaturalis excellentia Matris Dei, vt arguere est ex iis, quæ ob illam liberant Mariam à peccato originali.

Quæst. VII. An Virgo Beata præstiterit concursum efficientem in vnionem hypostaticam Christi? Suarez *tom.1. in 3.p. disp.10. sect.1.* Granad. *tom.4. tract.4. disp. vlt. sect.1.* Medina *3.p. q.31. art.4.* Vasquez *tom.1. in 3.p. disp.25. cap.1.* Becan. *tom.4. cap.2. quæst.5.* Tannerus *tom.4. disp.1. q.5. num.223. & seq.* Mærat. *de incarnatione disp.13. sect.5.*

DISTIN

DISTINCTIO V.

Si persona, vel natura, personam, vel naturam assumpsit, & si natura Dei incarnata sit?

TAm ex parte hominis, quàm ex parte Dei considerare est, tum naturam, tum personalitatem, seu personam. Iam triplex comparatio, seu quæstio est. Prima, an personalitas Verbi assumpsit, seu vniuit sibi naturam hominis? Secunda, an natura Verbi eandem hominis naturam assumpsit? Ac per consequens etiam, an natura Dei incarnata sit? Tertia, an personalitas, seu natura Verbi assumpsit personalitatem naturalem hominis.

2 Prima conclusio: Persona Verbi assumpsit naturam humanam. Hac de re nullus Catholicus ambigit. Expressit Augustinus in lib. de fide ad Petrum, cap. 2. post medium: *Deus vnigenitus veritatem carnis accepit.* Et continuò: *Hic Deus humanam naturam in vnitatem personæ suscepit.* Item: *Deus Verbum non accepit personam hominis, sed naturam.*

3 Secunda conclusio: Etiam natura Dei assumpsit naturam humanam. Hæc conclusio inter Catholicos omninò constans non est. Sed probatur primò ex Augustino. Nam *lib. de fide ad Petrum, cap.* 2. ait: *Illa natura, quæ semper genita manet ex Patre, naturam nostram sine peccato suscepit.* Cæterùm in hoc testimonio natura Dei semper genita intelligi potest persona Verbi: quia propriè natura diuina non generatur, sed persona, vt *lib.* 1. traditum est, ne eadem res admittatur

generare

generare seipsam. Clariùs id habet *lib.1. de Trinitate, cap.2.* ibi : *Forma Dei accepit formam serui.* Formæ enim nomine natura significatur, docente ipso Augustino *de fide ad Petrum, suprà,* & Hilario *lib.12.de Trinitate,non longè à principio.* Accedit illud in eodem libro de fide ad Petrum, cap.2. *Humanitatem sibi vnitam summa Diuinitas gerit.* Secundò ex Hieronymo *tom.4. in explanationem Symboli ad Damasum,*ibi : *Passus est, non secundùm illam substantiam, quæ assumpsit; sed secundùm illam, quæ assumpta est.* Quid enim substantia ibi, nisi natura intelligitur?

4 Vnde colligitur,naturam diuinam esse incarnatam.Nam natura diuina assumpsit carnem humanam. Assumere autem, incarnari est : ideò enim persona Verbi incarnata est; quia carnem assumpsit. Quod confirmat Damascenus *lib.3.de orthodoxa fide, cap.6.* dicens : *In humanatione Dei Verbi dicimus omnem, & perfectam naturam Deitatis in vna eius hypostaseon incarnatam esse, id est, vnitam humanæ naturæ.* Rursus cap.7. *Quando dicimus naturam Verbi incarnatam esse, secundùm Athanasium, & Cyrillum, Deitatem dicimus esse vnitam carni, & vnam naturam Dei Verbi incarnatam confitemur.* Quibus satis exprimit, Deitatem esse incarnatam; & rationem esse, quia sibi vniuit carnem humanam.

5 Aduersùs hanc doctrinam objiciuntur, primò Concilium Toletanum sextum, & vndecimum, asserentia, *solum Filium accepisse hominem in singularitatem personæ, non in vnitate diuinæ naturæ; id est,id quod est proprium filij, non quod commune est Trinitati.* Vbi excluditur assumptio secundùm naturam diuinam toti Trinitati communem.Confirmatur : quia,si natu-

ra

ra diuina esset incarnata, etiam Pater, & Spiritus sanctus essent incarnati, cùm natura diuina omnibus personis communis sit. Hoc autem catholicè admitti non potest. Secundò, quia natura diuina non dicitur facta caro. Ergo neque incarnari, seu vniri carni. Tertiò, natura diuina non dicitur esse homo, vel facta homo, sicut persona Verbi. Ergo non assumpsit humanitatem, sicut persona Verbi. Ad primum respondetur: Cùm dicitur, proprium Filij, non quod commune est Trinitati, accepisse naturam humanam, sic debet intelligi, vt non sola natura, sed etiam hypostasis propria Filij absque hypostasi aliarum personarum humanitatem assumpserit. Vnde ad confirmationem respondetur: vt Pater, & Spiritus sanctus dicerentur incarnati, oportebat, vt natura diuina assumeret humanitatem, etiam secundùm hypostases Patris, & Spiritus sancti. Ad secundum: Natura diuina non dicitur caro facta, sicut incarnata, ne ansa detur Hæreticis cogitandi, naturam diuinam fuisse conuersam in carnem, vt sonat is modus loquendi. Ad tertium: Natura non dicitur facta homo, sicut persona Verbi: quia natura diuina non est facta vna natura cum humana, sicut homo factus est vna persona cum diuina. Quam vnitatem significaret modus ille loquendi.

6 Tertia conclusio: Nec persona, nec natura Verbi assumpsit personam hominis. Primò ex illo Augustini suprà: *Deus Verbum non accepit personam hominis, sed naturam.* Secundò, quia corpus, & anima Christi non subsistunt in se, sed in Verbo, cui sunt vnita vnione distincta ab ea, qua vniuntur inter se. At si in seipsis subsisterent, & personam componerent, excluderent vnionem cum alio.

7 Objicitur

7 Obiicitur primò: Quia persona definitur *rationalis naturæ indiuidua substantia*. At eiusmodi est anima Christi assumpta à Verbo. Ergo à Verbo assumpta est persona. Secundò, quia vt ait Augustinus *pluribus in locis*, Verbum assumpsit hominem, & innuit Propheta Psal. 64. ibi: *Beatus, quem elegisti, & assumpsisti*. Ergo assumpsit personam. Nam homo in concreto persona est. Ad primum respondetur: Anima, dum est alteri vnita, non est persona, neque indiuidua rationalis naturæ substantia, sed pars constituens indiuiduam rationalis naturæ substantiam. Igitur solùm, quando est per se separata à corpore, persona est, non verò quando est corpori vnita. Ad secundum: Verbum dicitur assumpsisse hominem secundùm naturam, non verò secundùm personam. Quæ natura, licèt integraliter non sit homo, est tamen substantialiter, & essentialiter homo.

Notatio.

HIc annotandum est, inter propositiones à Parisiensibus improbatas in Magistro, vnam esse eam, quâ *in hac distinctione, num.* 7. dicitur anima à corpore separata esse persona. Nam etiam separata à corpore non est substantia completa, prout esse debet persona; sed incompleta, quippe pars ex se constitutiua substantiæ humanæ completæ. Verùm id à Magistro non negatur; sed solùm asseritur, separatam à corpore subsistere per se, tanquam substantiam, seu personam completam. Quod etiam à nemine improbatur. Vnde in Magistro vox potiùs, quàm res improbanda est.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An natura diuina immediatè simul cum personalitate, aut seorsim ab illa assumpserit, assumetéve potuerit naturam creatam? Hîc S. Thomas *q.* 2. Bonauent. *art.* 1. *quæst.* 1. *&* 4. Ægid. *p.* 2. *q.* 2. *&* 3. Richard. *q.* 1. *&* 2. Argentinas, Palud. & Durand. *quæst.* 1. Alij relati *dist.* 1. *quæst.* 10.

Quæst. II. An persona diuina assumpserit, assumeréve possit personam creatam? Hîc S. Thom. *quæst.* 3. *art.* 3. Bonau. *art.* 2. *quæst.* 2. Richard. Gabr. Mayron, & Baccon. *quæst.* 1. Scot. & Dur. *quæst.* 2. Fab. *disp.* 13. Alij relati *dist.* 1. *quæst.* 11.

Quæst. III. An vnio hypostatica sit ab extremis distincta, & quid ea sit? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 1. Alij relati *dist.* 1. *quæst.* 5.

Quæst. IV. An ea vnio sit vnionum maxima, & entitate nobilissima? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 2. Durand. *q.* 3. Palud. *q.* 3. Alij relati *dist.* 2. *quæst.* 5.

DISTINCTIO VI.

De intelligentia harum loquutionum: Deus factus est homo, Deus est homo.

DVo quæruntur. Primò, an sensus harum propositionum, *Deus est homo*, & *Deus factus est homo*, sit Deum esse, aut factum esse aliquid, quod priùs non erat? Secundò, an è cótra in eo sensu veræ sint hæ propositiones: *Homo est Deus*, & *Homo factus est Deus?*

2 Conclusio. Non est constans omninò de re proposita iudicium. Nam in ea tres fuerunt variantes sententiæ pluribus Patrum testimoniis munitæ. Quarum resolutio Lectoris iudicio relinquitur.

3 Prima sententia affirmat primò, corpus,& animam priùs natura, quàm vniantur cum Verbo, vniri inter se ad constituendam humanitatem subsistentem, seu hominem, & posteriùs naturâ eum hominem, seu humanitatem subsistentem vniri cum Verbo. Secundò negat, eum hominem subsistentem esse personam, sed constitui personam per vnionem, & personalitatem Verbi; sicut natura diuina subsistens subsistentiâ absolutâ est Deus,& non persona,& constituitur persona per subsistentiam relatiuam. Tertiò negat, hominem in Christo esse compositum ex natura diuina,& humana; sed tantùm ex corpore, & anima: quia homo in Christo non complectitur essentialiter personam Verbi, sed humanitatem subsistentem ante vnionem cum Verbo. Quartò denique affirmat, ideò Deum esse, seu factum esse hominem; & è contra hominem ideò esse,seu factum esse Deum: quia Deus vnione cum homine cœpit esse homo subsistens, quod ab æterno non erat; & homo subsistens cœpit esse Deus, quod non erat pro priori naturæ, in quo erat homo.

4 Hæc sententia pluribus Augustini testimoniis innititur. Quæ ad quatuor propositiones reuocantur. Prima est *lib.13.de Trinitate, c.19.* cum Verbum caro factum est, Deum coniunctum esse cum homine, & hominē coniunctum cum Deo. Secunda est *ibid.cap.35.* Christum aliud esse propter Verbum,aliud propter hominem. Tertia *ibid.cap.36.* hominem nulla opera egisse,

egiſſe, quibus mereretur eſſe Deum. Quarta *lib. de prædeſtinatione Sanctorum, cap.* 15. *& lib.* 13. *de Trinitate, cap.* 17. hominem gratiâ Dei factum eſſe Filium Dei. Nam ſi homo coniunctus eſt cum Deo; ſi aliud eſt homo, aliud eſt Deus; ſi homo potuit ſeorſim à Deo operari; ſi homini gratioſa eſt filiatio Dei. Ergo Chriſtus, quà homo, non complectitur ſubſiſtentiam Verbi, ſed aliam ſubſiſtentiam, qua in concreto ſit homo. Quibus accedit Hilar. *lib.* 10. *de Trinit. multò poſt medium*, dicens, Filium hominis in Chriſto ex anima, & corpore conſtitiſſe. Ergo non eſt compoſitus ex natura, aut perſona Verbi.

5 Secunda ſententia affirmat, corpus, & animam, priuſquàm vniantur cum Verbo, non conſtituere hominem; ſed naturam humanam, quæ vnione cum Verbo conſtituitur ſubſiſtens, & hominem conſtituit. Vnde homo Chriſtus ſubſiſtit perſonalitate Verbi, & compoſitus eſt ex natura humana, atque diuina; quamuis Verbum in ſe ſit omninò ſimplex. At tandem Deum eſſe, aut fieri hominem, non eſt eſſe, aut fieri abſolutè ſubſiſtentem; quia de nouo nulla ei ſubſiſtentia coniuncta eſt, vt adſtruit prima ſententia; ſed eſſe, aut fieri ſubſiſtentem hominem cum addito, ſeu ſubſiſtere in natura humana, cùm priùs ſubſiſteret in ſola diuina. Hæc ſententia fulcitur authoritate Proſperi, Damaſceni, & Auguſtini teſtantium expreſsè, Chriſtum eſſe perſonam compoſitam ex duabus naturis, Deitate, & humanitate. Quorum teſtimonia videri poſſunt in textu.

6 Tertia ſententia tuetur, corpus, & animam, priuſquàm vniantur cum Verbo, non eſſe vnita inter ſe ad conſtituendum hominem, neque vnione cum

Verbo hominem intrinſecè conſtituere ; ſed ei tantùm extrinſecè accedere , ſicut accedit veſtis corpori, quod veſtem induit ; atque adeò perſonam Verbi non componere hominem, neque intrinſecè , ſed extrinſecè tantùm eſſe hominem. Dici tamen eſſe,& fieri hominem,quia induit extrinſecè humanitatem, qua apparet homo in forma viſibili hominis. Probatur primò : quia , ſi Deus aſſumens naturam humanam eſſet intrinſecè homo : Ergo aſſumens ſexum fœmineum eſſet intrinſecè fœmina. Quod videtur abſurdum. Secundò, quia ad Philip.2.Deus dicitur, *habitu inuentus vt homo*,ſcilicet,vt exponit Auguſtinus *tom.4. lib.83. quæſtionum , quæſt.*73 quia ſecundùm habitum tantùm factus eſt homo,atque adeò ſolùm extrinſecè. Quem habitum vlteriùs comparat veſti, quæ cum induitur,nouam accipit formam,quam anteà non habebat. Ergo figurâ ſolùm , & formâ factus eſt homo. Idem explicat Auguſtinus *lib.2. de Trinitate , cap.11.* dicens, Deum factum carnem , quia apparuit indutus membris carnalibus, *lib.2.contra Maximinum,cap.19.* quia viſibilis inter homines apparuit homo. Similiter aliis in locis. Hilarius quoque *lib.10.de Trinitate,ante medium*, ait, Dei Filium eſſe Mariæ Filium : quia forma,& habitu hominis repertus eſt homo. Ergo apparenter , & extrinſecè , non ſubſtantialiter & intrinſecè homo fuit. Vide annotationes diſtinctionis ſequentis.

QVÆSTIONES.

Quæſt.I.Quo ordine aſſumptæ ſint à Verbo,& inter ſe vnitæ partes humanitatis ? De quo relati *d.2.q.1.*

Quæſt.

Quæst. II. An Verbum assumpserit, aut assumere potuerit humanitatem subsistentem personalitate creatâ? Hîc S. Thom. *quæst*. 1. *art*. 4. *&* 7. Bonauent. *art*. 1. *quæst*. 1. *art*. 2. *q*. 1. Palud. *q*. 2. Durand. *quæst*. 1. Alij relati *dist*. 1. *quæst*. 11.

Quæst. III. An Christus sit persona composita, & ex quibus? Hîc S. Thom. *quæst*. 2. *art*. 3. Gabriel *q*. 1. Scot. *quæst*. 3. Palud. *quæst*. 1. *art*. 2. Fab. *d*. 16. Durand. *quæst*. 3. Richard. *q*. 2. Caiet. Medina, Cabrera, Aluarez, Lorca, Suarez, Vasquez, Ragusa, Præpos. & alij cum S. Thom. 3. *p*. *q*. 2. *art*. 4. Valent. *tom*. 4. *d*. 1. *q*. 2. *p*. 4. Becan. *tom*. 4. *cap*. 4. *quæst*. 3. Gran. *tom*. 4. *tract*. 4. *d*. 8. Lugo *tom*. 1. *in* 3. *p*. *d*. 10. Tanner. *tom*. 4. *d*. 1. *q*. 3. *dub*. 4. Mærat. *de incarnat*. *disp*. 12.

Quæst. VI. An, & quomodo vnio humanitatis cum Verbo sit intrinseca Verbo? Vbi, quid, & quod sit subiectum, & terminus eius vnionis? Hîc Bonauent. *art*. 2. *quæst*. 1. Palud. *quæst*. 1. *art*. 3. Durand. *q*. 4. Granad. *tom*. 4. *tract*. 4. *disp*. *vlt*. *sect*. 2. Lugo *tom*. 1. *in* 3. *p*. *disp*. 11. *sect*. 6. Suar. *tom*. 1. *in* 3. *p*. *disp*. 8. *sect*. 3. *&* 4. Lorca *in* 3. *p*. *d*. 15. Lessius *de perfectione diu*. *c*. 6. Tann. *tom*. 4. *d*. 1. *q*. 3. *dub*. 8. Vasq. *tom*. 1. *in* 3. *p*. *d*. 64. *cap*. 4. Mærat. *de incarnat*. *d*. 13. *sect*. 4.

Quæst. V. An ea vnio sit maxima vnionum? Hîc Bonauent. *art*. 2. *q*. 3. Richard. *art*. 2. *q*. 4. Brulef. *q*. *vltima*. Alij relati *dist*. 2. *quæst*. 5.

Quæst. VI. An esse existentiæ in Christo sit vnum solum, eóque humanitas existat per solam existentiam Verbi? Hîc S. Thom. *q*. 2. *art*. 2. Scotus *quæst*. 1. Gabriel *quæst*. 2. Paludan. *quæst*. 3. Faber *disp*. 14. Durandus *quæst*. 2. Caietan. Medina, Cabrera, Aluarez, Lorca, Suarez, Vasquez, Ragusa, Præposit. & alij

cum S. Thoma 3.*part.* *quæst*.17.*art*.2. Valent. *tom*.4. *disp*.1.*quæst*.17.*part*.1.Granadus *tom*.4.*tract*.12.*disp*. 1. Tannerus *tom*.4. *disp*.1. *quæst*.6. *dub*.3. Mæratius *de incarnatione*, *disp*.40.

Rursus in hanc distinctionem veniunt quæstiones distinctionis sequentis, quæ idem obiectum cum præcedenti considerat.

DISTINCTIO VII.

Positis sententiis, intelligentias propositarum loquutionum prosequitur secundùm singulas sententias?

DVo explicantur in hac distinctione. Primò, quid iuxta sententias propositas *distinctione præcedenti*, importetur in recto, ex parte subiecti, & prædicati, in his propositionibus: *Deus est homo*: vel, *Deus factus est homo*: & è conuerso in his: *Homo est Deus*: vel, *Homo factus est Deus*. Secundò, qua ratione iuxta illas Christus prædestinatus est Filius Dei? Conclusio est similis præcedenti. Non est vnus omnium explicandi modus, sed multiplex, adeóque difficilis, vt certa omninò sententia ferri non possit. Quod probatur propositis variis explicationibus, quas tradunt Authores superiorum sententiarum.

2 Igitur iuxta primam sententiam ex parte hominis importatur in recto in eis propositionibus substantia rationalis subsistens, quæ non erat Deus, atque adeò Deum esse, & factum esse hominem, aut hominem esse, & factum esse Deum, non est aliud, quàm Deum, aut hominem incipere esse aliquid, quod priùs

priùs non erat. Vnde rectè etiam dicitur Christus, in quantum homo, prædestinatus esse, vt sit Filius Dei: quia substantia rationalis subsistens, quam homo importat in recto, non est suapte essentiâ; sed beneficio diuino Filius Dei. Si autem obiicias: Ergo aliquid, quon non est Deus, prædicatur de Deo. Admittitur consequentia cum Origene, qui *tom.3. in c.1. Epist.ad Rom.* ait: *Factus est sine dubio id, quod priùs non erat.* Quanquam ille id non absolutè, sed cum addito, *secundùm carnem*, concedat.

3 Secunda verò sententia tuetur, ex parte hominis, in recto non importari naturam, seu substantiam humanam, quæ non est Deus; sed solùm personam Verbi; ex parte Dei verò importari, tum personalitatem, tum naturam diuinam realiter identificatas inter se; atque adeò Deum esse, seu factum esse hominem, non esse, Deum esse, seu factum esse aliquid, quod priùs non erat, vt adstruit prima sententia: sed personam subsistentem in natura diuina, aut naturam diuinam subsistentem personalitate Verbi, esse personam Verbi subsistentẽ in natura humana, & è contrà. Nam ea, quæ ex parte prædicati, & subiecti importantur in recto, identificari debent, vt propositiones veræ sint; esto ea, quæ importantur in obliquo, distincta sint. At persona subsistens in natura humana identificatur cum persona subsistente in natura diuina, & cum ipsa etiam natura diuina. Quamuis natura humana, tum à persona, tùm à natura diuina distincta sit. Vnde aliter Deus; aliter homo supponit: nam homo supponit in recto solùm pro persona Verbi, & in obliquo pro natura humana: Deus verò non solùm pro persona, sed etiam pro natura diuina supponere

in recto poteſt. At verò, cùm Chriſtus dicitur prædeſtinatus Filius Dei, non in quantum Deus, ſed in quantum homo prædeſtinatus intelligitur; hoc eſt, ſubſiſtens in natura humana prædeſtinatum eſſe, vt ſit ſubſiſtens in natura diuina, cum eáque vnam perſonam componat.

4 Huic ſententiæ ab Authoribus primæ objicitur primò: Homo dicitur aſſumptus à Verbo, vt conſtat *ex diſtinctione præcedenti*, *n*.4. At perſona Verbi non dicitur aſſumpta. Ergo homo in recto non ſignificat perſonam Verbi. Secundò, *ibidem* Chriſtus dicitur eſſe aliud propter Verbum, aliud propter hominem. Aliud autem, & aliud ſignificat diſtinctionem, & diuiſionem ſuppoſitorum, & ſubſiſtentiarum. Tertiò, Auguſtinus *lib*.3.*contra Maximinum*, *cap*.10. teſtatur, neque Deum, neque hominem eſſe partes Chriſti, aliàs Deus in ſe non eſſet omninò completus, & capere poſſet complementum, ſeu augmentum. At, ſi Chriſtus eſſet perſona compoſita ex Deo, & homine; Deus, & homo eſſent partes Chriſti.

5 Ad primum reſpondetur: Homo dicitur aſſumptus à Verbo, non ſecundùm perſonam, quam homo importat in recto; ſed ſecundùm naturam humanam, quam importat in obliquo. Nam homo dicitur aſſumptus à Verbo in ſingularitatem perſonæ. Ergo non eſt aſſumpta perſonalitas, ſed natura in perſonalitatem, & ſubſiſtentiam Verbi. Ad ſecundum: Verbum, & homo dicuntur aliud, & aliud ſolùm ſecundùm naturam, non verò ſecundùm ſuppoſita. Quare Auguſtinus *tract*.69.*in Ioannem*, & *lib.contra Felicianum*, *cap*.11. & 12. & *lib*.1.*de Trinit*.*cap*.10. licèt concedat, aliam ſubſtantiam eſſe Verbum, aliam hominem, negat aliam

aliam esse personam. Item, licèt aliud, & aliud vtcumque fateatur; diffitetur tamen esse alium, & alium. Quia primum significat solam distinctionem, & diuisionem naturarum; secundum verò distinctionem & diuisionem subsistentiarum, & personalitatum. Quinimò Hilarius *lib. 1. de Trinitate, in medio*, negat, Verbum, & hominem esse aliud, & aliud, ne putetur esse distinctio, seu diuisio suppositorum, sed naturarũ duntaxat. Quod exposuit Damascenus *lib. 3. de orthodoxa fide, cap. 3*, dicens, Christum esse compositum secundùm personam, non verò secundùm naturam: quia ex natura diuina, & humana non est facta vna natura; sed vtraque distincta, & incomposita permansit inter se, quamuis vtraque in vnâ, & eadem sit composita personâ. Ergo aliud, & aliud non excludit compositionem vnius personæ, sed vnius duntaxat naturæ. Ad tertium: Deus negatur ab Augustino pars Christi, quà pars dicitur, quæ conuenit in compositionem totius cum alia, quæ superaddit illi perfectionem, quæ in ipsa non contineatur. At homo non superaddit Deo perfectionem, quæ non contineatur in Deo. Negatur igitur, Christum esse aliquod totum coalescens ex partibus, non verò compositum, quod ex pluribus simul positis, siue illæ partes sint, siue non, constare dicitur. Aliter iuxta alios, Deus negatur ab Augustino pars Christi: quia nomine Dei non intelligit Deitatem, sed personam. Persona autem rectè negatur pars personæ.

6 Tertia sententia docet, in superioribus propositionibus ex parte hominis, & Dei importari personam in recto, & naturam diuinam, & humanam in obliquo; sed cum discrimine: nam Deus importat na-

turam diuinam, tanquam intrinsecam, & essentialem personæ importatæ in recto; homo verò naturam humanam, tanquam extrinsecam, & accedentem personæ. Vnde Deus est, seu factus homo: quia persona, quæ est Deus, est, seu facta est persona, habens, seu induens extrinsecè humanitatem, seu quia est, seu facta persona humanata, vt ait Cassiodorus *in cap.1. ad Rom.* Vbi, factam esse personam humanatam, non est, factam esse personam; sed factam esse humanitatem humanantem personam: sicut hominem peccatorem fieri hodie iustum, non est fieri hodie hominem; sed fieri hodie iustum. In hac sententia, Christum, in quantum hominem, prædestinatum esse Filium Dei, non est aliud, quàm ab esse possibili in esse actuale, & ab esse æterno in esse temporale personam humanatam, quæ est Filius Dei, absque vllo merito transferri.

7 Tamen in hac sententia obseruanda sunt duo. Primò, licèt Deus dicatur humanatus, hominem tamen non dici deificatum, vt monet Damascenus *lib. 3. de orthodoxa fide, cap. 2.* Quia prædicata, quæ subiecto conueniunt essentialiter, non dicuntur denominatiuè. At personæ Verbi, quæ importatur in recto, conuenit intrinsecè, & essentialiter Deitas; extrinsecè verò humanitas. Secundò, Christum non dici hominem dominicum propter eandem rationem, vt notauit Augustinus *lib. 1. Retract. cap. 19.*

Annotationes in duas præcedentes distinctiones.

IN lucem trium sententiarum præcedentium, quæ valdè implicitæ sunt, tria annotare libet. Primò, ea, in

in quibus conueniunt. Secundò, ea in quibus differunt. Tertiò, ea quæ impunè defendi possunt.

Ergo, primò conueniunt superiores sententiæ, quòd agnoscunt in Christo vnam tantùm personam, contra Nestorium, qui duas agnouit. Secundò, quod agnoscunt in Christo duas naturas, diuinam, & humanam, contra Eutychium, qui vnam agnouit ex vtraque compositam. Tertiò, quòd veram admittunt humanitatem contra Manichæum, qui solam admisit phantasticam. Quartò, quòd humanitatem Christi diffitentur priùs tempore existentem, quàm assumptam à Verbo, contra Hæreticos, quos refert Damascenus *lib. 3. de orthodoxa fide*, volentes, priùs tempore extitisse, quàm vniretur Verbo.

At verò differunt, primò, quòd prima sententia asserit, in Christo duo per se subsistentia *vt quod*: secunda, vnum tantùm subsistens per se: tertia, vnum subsistens in duplici natura; in altera per se, & intrinsecè; in altera per accidens, & extrinsecè. Secundò, quod consequenter prima sententia tuetur, assumptum esse hominem; secunda, solam humanitatem; tertia, per se, neque hominem, neque humanitatem, cuius vnionem intrinsecam per se cum Verbo negat. Tertiò, quod prima sententia negat, corpus, & animam esse partes componentes personam; sed affirmat esse partes componentes humanitatem, & hominem: secunda, esse partes componentes personam, humanitatem, & hominem; tertia, neque esse per se componentes personam, neque humanitatem, aut hominem. Quartò, quod prima sententia asserit, in hac propositione, *Deus est*, aut, *factus est homo*, prædicari in recto aliquid, quod nō est Deus; secunda, prædicari in recto personam Verbi, quæ

quæ eſt Deus, & in obliquo humanitatem per ſe; tertia, in obliquo humanitatem per accidens.

Rurſus, quamuis Magiſter nullam ex tribus ſententiis eligit, non cenſet omnes probabiles. Nam prima communiter iudicatur erronea; tertia, hæretica; ſecunda, catholica. Sola ergo ſecunda approbanda. Nihil igitur certò decernere, non eſt, quamlibet probabilem tradere; ſed omnes ad plenam rei explicationem, & lucem manifeſtam inſufficientes aperire.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. Qua ratione ſint veræ hæ propoſitiones: *Deus eſt homo*: *Homo eſt Deus*: *Deus factus eſt homo*, & ſimiles? Vbi, quid importetur in recto ex parte ſubiecti, & prædicati, an perſonalitas, an natura, an vtrumque? Hîc S. Thom. *quæſt.* 1. *&* 2. Bonauent. *art.* 1. Gabr. *quæſt.* 1. Scot. *quæſt.* 1. *&* 2. Faber. *diſp.* 18. Paludan. *quæſt.* 1. *&* 2. Durand. *quæſt.* 1. *&* 2. Ægid. Richard. Argent. *quæſt.* 1. *& ſeq.* Marſil. *quæſt.* 6. Caiet. Medina, Aluar. Gabr. Lorca, Suar. Vaſquez, Raguſa, Præpoſ. & alij cum S. Thoma 3. *part. quæſt.* 16. *art.* 1. *&* 2. 6. *&* 7. Valent. *tom.* 4. *d.* 1. *q.* 16. *p.* 1. *& ſeq.* Becan. *tom.* 4. *c.* 7. *quæſt.* 1. *& ſequenti.* Granad. *tom.* 4. *contr.* 1. *tract.* 11. *d.* 1. *& ſequenti.* Lugo *tom.* 1. *in* 3. *p. d.* 23. Tanner. *tom.* 4. *d.* 1. *quæſt.* 6. *dub.* 2. Mæratius *de incarnat. d.* 38.

Quæſt. II. An, & quomodo prædicata Dei dicantur de homine, & prædicata hominis de Deo per idiomatum communicationem? Hic Gabr. *q.* 1. & alij proximè relati, Caiet. Medina, Cabrera, Aluar. Lorca, Suar. Vaſq. Raguſa, Præpoſ. & alij cum S. Th. 3. *p. q.* 16. *art.* 1.

art. 1. *& seq.* Valent. *tom.* 4. *d.* 1. *q.* 16. *p.* 1. *& seq.* Becan. *tom.* 4. *c.* 7. *q.* 1. *& seq.* Gran. *tom.* 4. *tract.* 11. *d.* 1. *& seq.* Lugo *tom.* 1. *in* 3. *p. d.* 23. Tann. *tom.* 4. *d.* 1. *quæst.* 6. *dub.* 1. *&* 2. Mærat. *de incarnat. d.* 38.

Quæst. III. An homo Christus sit prædestinatus Filius Dei? Hîc S. Thomas *quæst.* 3. *art.* 1. Bonauent. *art.* 2. *quæst.* 3. Scot. *quæst.* 3. Fab. *d.* 19. Palud. *quæst.* 3. Dur. *q.* 3. Richard. *art.* 2. *q.* 3. Brulef. *quæst. vlt.* Caiet. Medina, Aluar. Cabrera, Lorca, Suar. Vasq. Ragusa, Præposit. & alij cum S. Thoma 3. *p. q.* 24. *art.* 1. *&* 2. Val. *tom.* 4. *d.* 1. *q.* 23. *p.* 2. Becan. *tom.* 4. *cap.* 19. *quæst.* 2. Gran. *tom.* 4. *tract.* 16. *d.* 2. Lugo *tom.* 1. *in* 3. *p. d.* 32. Tann. *tom.* 4. *d.* 1. *q.* 7. *dub.* 6. Mærat. *de incarnat. d.* 52.

Quæst. IV. An Filius Dei prædestinatus sit esse homo? Hîc S. Thom. *q.* 3. *art.* 2. Bonau. *art.* 2. *q.* 2. Palud. *q.* 3. Dur. *q.* 3. Ægid. *p.* 2. *q.* 2. Richard. *art.* 2. *q.* 2. Brulef. *q.* 5. Caietan. Medina, Cabr. Aluar. Lorca, Suar. Vasq. Ragusa, Præpos. & alij cum S. Thoma 3. *p. q.* 24. *art.* 1. *&* 2. Val. *tom.* 4. *d.* 1. *q.* 23. *p.* 2. Becan. *tom.* 4. *cap.* 19. *q.* 1. Gran. *tom.* 4. *tr.* 16. *d.* 2. Lugo *tom.* 1. *in* 3. *p. disp.* 32. Tan. *tom.* 4. *d.* 1. *quæst.* 7. *dub.* 6. Mæratius *de incarnat. disp.* 52.

Rursus in hanc distinctionem veniunt quæstiones distinctionis præcedentis, quæ in eandem considerationem intendit.

DISTINCTIO VIII.

An diuina natura debeat dici nata de Virgine?

CONclusio: Diuina natura non est de Virgine nata. Nam non est nata de Patre, siquidem non est

est à Patre genita. Quod autem de Patre natum non est, neque de Virgine nascitur. Neque obstat Augustinus *lib. de fide ad Petrum, c. 2.* dicens: *Naturam aeternam, atque diuinam temporaliter esse conceptam, & natam ex natura humana.* Quoniam hæc verba identicè accipienda sunt de natura, & formaliter de persona Verbi. Item, non obstat, naturam diuinam esse incarnatam, & assumpsisse humanitatem de Virgine natam. Quia non est capax huius denominationis, quod non est capax natiuitatis à Patre. Sola autem persona, & non natura diuina est capax natiuitatis à Patre.

2 Vnde persona potest dici bis nata, semel à Patre sine matre, iterum à Patre cum matre. Illustratur ex sanctis Patribus, qui duas Christi natiuitates agnoscunt. Sic Augustinus suprà: *Vnigenitus Deus secundò natus est, ex Patre semel, ex matre semel; & vtraque natiuitas vnius est Filij Dei.* Damascenus lib. 3. cap. 7. *Duas Christi natiuitates veneremur, vnam ex Patre,* &c. Ergo Christus bis, & duplici natiuitate natus asserendus est.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An natura diuina sit nata de Virgine? Vbi, an prædicata naturæ humanæ, atque diuinæ dicantur mutuò in abstracto per communicationem idiomatum? Hîc S. Thom. *art.* 3. Bonau. *art.* 1. *quæst.* 1. Ægid. *p.* 2. *quæst.* 2. Richard. *q.* 1. Gabr. *q.* 1. *dub.* 3. Alij relati *dist. præced. quæst.* 2.

Quæst. II. An in Christo sint duæ filiationes reales naturales, altera æterna à Patre, altera temporalis à matre?

matre? Hîc S. Thom. *art.* 6. Bonau. *art.* 2. *q.* 2. *&* 3. Scot. Argent. Gabriel *q.* 1. Ægid. *p.* 3. *q.* 2. Richard. *art.* 1. *q.* 2. Dur. *q.* 3. Marsil. *q.* 7. *art.* 2. Palud. *q.* 2. Fab. *disp.* 21. Caiet. Suar. Vasq. & alij cum S. Thom. 3. *p. q.* 35. *art.* 5. Valent. *tom.* 4. *disp.* 2. *q.* 2. *p.* 4. Tanner. *tom.* 4. *d.* 1. *q.* 7. *dub.* 5. *à num.* 105. Gran. *tom.* 4. *controuers.* 2. *tract.* 2. *comment.* 8. *à num.* 6.

Quæst. III. An Christus natiuitate temporali sit Filius naturalis Dei, & totius Trinitatis? De quo relati *dist.* 4. *quæst.* 2.

DISTINCTIO IX.

De adoratione humanitatis Christi.

AN humanitati Christi eadem, quæ Deitati, adoratio exhibenda sit; illa scilicet, quæ *latria* dicitur, & propria Creatoris est, & in venerationem excellentiæ diuinæ, seruitutémque creaturæ intendens? Sunt enim, qui negant: nam humanitas Christi creatura est. Colere autem creaturam cultu latriæ, quo colitur Creator, idololatria censetur. Ideò adorationem humanitatis Christi in *duliam* referunt, quâ sanctitas, & excellentia creaturæ adoratur. Cæterùm, quia excellentia humanitatis Christi supra alias creaturas altissimè assurgit, nolunt eam adorari adoratione duliæ cæteris Sanctis communi; sed distinguunt duas species duliæ; aliam, quæ in solam venerationem humanitatis Christi; aliam, quæ in cultum reliquorum iustorum intendat.

2 Statuendum tamen est, eandem humanitati Christi, & Diuinitati adorationẽ exhiberi posse. Nam humanitas

manitas Christi bifariam adorari potest, tum propter sanctitatem creatam, tum propter diuinam sibi adiunctam. At, quamuis latriæ cultu adorari non possit propter sanctitatem creatam; potest tamen propter sanctitatem increatam, & diuinam, quæ est obiectum formale latriæ. Neque hic cultus in idololatriam declinat, cùm in venerationem Diuinitatis formaliter intendat, & solùm materialiter in venerationem creaturæ. Sic Damascenus lib. 3. de orthodoxa fide, c. 8. *Vnus Christus est Deus perfectus, & homo perfectus, quem adoramus cum Patre, & Spiritu vna adoratione cum incontaminata carne eius. Non creaturæ venerationem præbentes; non enim vt nudam carnem adoramus, sed vt vnitam Deitati.* Quid manifestius? Similiter Augustinus serm. 58. de verbis Domini: *Ego dominicam carnem imperfectam in Christo humanitatem ideò adoro, quòd à Diuinitate suscepta, & Deitati vnita est, vt non alium, & alium; sed vnum, eundémque Deum, & hominem Filium Dei esse confitear.* En humanitatem à Diuinitate adoratio Augustini non diuidit. Quod exemplo sic illustrat: *Velut; si quis purpuram, vel diadema regale inueniat iacens; nunquid eam conabitur adorare? cum verò Rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, si eam cum Rege adorare quis contempserit. Ita in Christo*, &c. Idem habet *tom.* 8. ad illud Psalm. 98. *Adorate scabellum eius, quoniam sanctum est.* Vbi rationem reddit: nam, qui carnem Christi manducat, illam priùs adorat: sed qui adorat, non carnem intuetur; sed Deum potiùs, propter quem adorat.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An virtus latriæ sit theologica? Hîc S. Th. *quæst*. 1 *art*. 4. Bonau. *art*. 2. *q*. 3. Ægid. & Richard. *quæst*. 3. Aureol. *artic*. 1. Gabr. Durand. & Paludan. *quæst*. 1. Caiet. Aragon, & alij Interpretes S. Thomæ 2. 2. *quæst*. 81. *art*. 5. Suarez *tom*. 1. *de religione*, *lib*. 3. *c*. 3. Azor. *tom*. 1. *lib*. 9. *c*. 10. Valent. *tom*. 3. *disp*. 6. *q*. 1. *p*. 1. Tanner. *tom*. 3. *disp*. 5. *q*. 1. *dub*. 2. Torres 2. 2. *disp*. 66. *dub*. 2.

Quæst. II. An humanitas Christi sit adoranda adoratione latriæ? Hîc S. Thom. *q*. 1. *art*. 6. Bonau. *art*. 1. *quæst*. 1. Scot. Argent. Gabr. Brulef. *q*. 1. Ægid. *p*. 2. *q*. 1. Richard. *art*. 2. *quæst*. 1. Marsil. *q*. 8. *art*. 2. Dur. *q*. 2. Fab. *disp*. 22. Caiet. Medina, Cabrera, Lorca, Aluarez, Suar. Vasquez, Ragusa, Præpos. Sylu. & alij cum S. Thoma 3. *p*. *q*. 25. *art*. 1. & 2. Valent. *tom*. 4. *disp*. 1. *q*. 24. *p*. 1. Granad. *tom*. 4. *controu*. 1. *tr*. *vlt*. *disp*. 2. Lugo *tom*. 1. *in* 3. *p*. *disp*. 34. *sect*. 2. Tann. *tom*. 4. *disp*. 1. *q*. 7. *dub*. 7. Vualdens. *tom*. 1. *de Sacram*. *c*. 119. Mærat. *de incarnat*. *disp*. 53. *sect*. 2.

Quæst. III. An humanitas Christi possit etiam adorari adoratione duliæ, aut hyperduliæ distincta à latria? Hîc Paludan. *q*. 2. Fab. *disp*. 22. *c*. 3. & 4. Almain. *q*. 1. Aureol. *art*. 3. Valent. *tom*. 4. *disp*. 1. *q*. 2. *p*. 1. Gran. *tom*. 4. *controu*. 1. *tr*. *vlt*. *disp*. 2. Lugo *tom*. 1. *in* 3. *p*. *disp*. 35. *sect*. 3. Tanner. *tom*. 4. *disp*. 1. *q*. 7. *dub*. 7. Mirandul. *Apolog*. *q*. 3. Corduba *lib*. 1. q. 5. *dub*. 3. Canisius *lib*. 5. *de Beata Virgin*. *c*. 15. Suar. *tom*. 1. *in* 3. *p*. *disput*. 53. *sect*. 2. & 3. Vasq. *disp*. 96. & *lib*. 1. *de adorat*. *disp*. 4. *c*. 4. Mærat. *de incarnatione*, *disp*. 53. *sect*. 3.

Quæst. IV. An, & qua adoratione possint adorari Virgo Beata, & Sancti Ecclesiæ? Hîc S.Th. *q.*1.*ar.*8. 10.Bonau.*art.*1. *quæst.*3 *&* 5.Ægid.*p.*2. *q.*4. *&* 5. Richard. *art.*2.*q.*4. *&* 5. Brulef. *q.*3. *&* 5. Durand. *q.*2. Aureol. *art.*3. Caiet. Medina, Aluar. Cabrera, Lorca, Suar. Vazq. Ragusa, Præpos. Sylu. & alij cum S. Th. 3.*p.q.*25.*art.*5.Val.*tom.*4.*disp.*1.*q.*24.*p.*2.Gran.*tom.*4. *controu.*1.*tr.vlt.disp.*3.Lugo *tom.*1. *in* 3. *p. disput.*35. Tann.*tom.*4.*disp.*1.*q.*7.*dub.*7. *à n.*136. Mærat. *de incarnat.disp.*55.

Quæst. V. An, & quæ adoratio debeatur Cruci Christi, imaginibus, & Reliquiis Sanctorum? Hîc S. Thom.*q.*1.*art.*7.*&* 9. Bonau.*art.*1.*q.*2.*&* 4.Ægid. *p.*2.*q.*2.*&* 3. Richard.*art.*2.*q.*2.*&* 3.Gabr. *q.*1.*art.*2. Bassol.*art.*2. Fab.*disp.*22.*c.*5.*& seq.*Durand.*q.*2.*&* 3. Caiet.Medina, Aluarez, Cabrera, Lorca, Suar. Vazq. Ragusa, Præpos.& alij cum S. Th.3.*p.q.*25.*art.*3.4.*&* 6. Val.*tom.*4.*disp.*1.*q.*24.*p.*2.Gran.*tom.*4, *controu.*1.*tr. vltim.disp.*4.*&* 5. Lugo *tom.*1. *in* 3.*p.disp.*36. *&* 37. Mærat. *de incarn.disp.*54.

Quæst. VI. An creaturæ irrationales possint adorari absque idololatria? Hîc S.Thom.*q.*2.*art.*7.Caiet. Medina, Aluar. Cabrera, Lorca, Suar. Vazq. Ragusa, & alij 3. *p.q.*25.*art.*6.Gran.*tom.*4.*controuers.*1.*tr.vlt.disp. vlt.* Lugo *tom,*1.*in* 3.*p.disp.*37.*sect.*1.Mærat.*de incarn. disp.*54.*sect.*4.

Quæst.VII.An specialis cultus latriæ possit exhiberi Patri, aut Filio, aut Spiritui sancto, qui non exhibeatur aliis personis diuinis? Hîc S.Thom.*q.*1.*ar.*16. Granad.*tom.*4.*controu.*1.*tr.*5. *disp.*4.

Quæst. VIII. An actibus merè internis possit exhiberi adoratio? Hîc Dur.*q.*1.Suar.*tom.*1.*in* 3.*p.disp.*51.
Vazq.

Vasq. *disp.* 93. *& lib.* 1. *de adoratione disp.* 1. *c.* 4. Lugo *disp.* 33. *sect.* 2. Gran. *tom.* 4. *controu.* 1. *tr. vlt. d.* 1. Val. *tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 3. *p.* 1. Bellarm. *lib.* 1. *de cultu Sanct. c.* 12. Lorca *in* 3. *p. disp.* 87. *dub.* 3. Tann. *tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 1. *dub.* 3.

DISTINCTIO X.

An Christus, secundùm quod homo, sit persona, vel aliquid?

TRia indagantur in hac distinctione. Primò, an Christus secundum quod homo, sit persona? Secundò, an secundum quod homo, sit Filius adoptiuus? Tertiò, an secundùm quod homo, sit prædestinatus ratione personalitatis diuinæ, an ratione naturæ humanæ?

2 In prima quæstione, Christum secundùm quod homo, esse personam, probatur: Christus, secundùm quod homo, est aliquid. Non accidens. Ergo substantia. Non substantia irrationalis. Ergo rationalis. At persona est substantiæ rationalis indiuidua substantia. Ergo secundùm quod homo, est persona. Secundò, Christus secundùm quod homo, est prædestinatus, vt sit Filius Dei. At sola persona potest esse Filius Dei. Ergo secundùm quod homo est persona. At pro sententia negante sic arguitur: Christus secundùm quod homo non est Deus. Ergo secundùm quod homo non est persona. Nam secundùm quod homo, non est quarta persona superaddita Trinitati. Ergo, si est persona, erit vna ex

personis Trinitatis. At quævis persona ex personis Trinitatis est Deus. Ergo, si secundùm quod homo est persona, secundùm quod homo est Deus.

3 Conclusio est: Christus secundùm quod homo, non est persona in sensu reduplicatiuo, & formali; secùs in sensu specificatiuo, & materiali. Nam, vt notat Magister, vox illa, *secundum*, vtrunque sensum, & multiplicem admittit. Christum secundùm quod homo, in sensu reduplicatiuo, & formali esse personam; non est aliud, quàm ab humanitate formaliter (quam exprimit sensus reduplicatiuus, & à Diuinitate distinguit) esse personam: Christum verò secundùm quod homo in sensu specificatiuo, & materiali esse personam, non est aliud, quàm Christum, vt subsistentem in natura humana, esse personam. At Christus ab humanitate non est persona: quia ab humanitate neque est persona personalitate creata, neque increata, cum neutram inducat; subsistens verò in natura humana re ipsa persona est, quia subsistit personalitate Verbi. Ergo non est persona reduplicatiuè, & est persona specificatiuè.

4 Ad primum, pro sententia affirmante respondetur: Potest Christus, secundum quod homo, esse substantia rationalis etiam reduplicatiuè, & non esse persona, quia animus vnitus corpori est substantia rationalis formaliter, & non est persona. Quia prætereà requiritur, vt sit subsistens per se. At Christus ab humanitate formaliter non est subsistens per se. Ad secundùm, Christus secundùm quod homo, est prædestinatus Filius Dei in sensu specificatiuo, & materiali; non verò in reduplicatiuo, & formali. Ad argumentum sententiæ negantis respondetur: Si Christus, secundum

cundùm quod homo, in sensu reduplicatiuo, & formali esset persona, etiam secundùm quod homo esset Deus: secùs verò in sensu reduplicatiuo, & materiali.

5 In secunda quæstione conclusio est: Christus secundùm quod homo, non est Filius adoptiuus, sed naturalis. Dicitur Filius naturalis, non quod naturâ, seu essentiâ sit Filius: sed quòd natiuitate, & origine Filius est. Probatur, quia Filius adoptiuus est, qui cùm non esset Filius Patris, adoptione, seu voluntate fit Filius; sicut nos, qui cùm essemus Filij iræ, per gratiam facti sumus Filij Dei. At Christus, secundùm quod homo, semper ac necessariò est, ac fuit Filius. Ergo non est adoptiuus. Accedunt Ecclesiæ Patres id testatissimè tradentes. August. tract. 82. in Ioannem: *Nos sumus filij Dei gratiâ, non naturâ: vnigenitus autem naturâ, non gratiâ. An hoc etiam in ipso Filio ad hominem referendum est? Ita sanè.* Hieronymus lib. 1. in c. 1. Epist. ad Ephes. *Christus quidem naturâ Filius est, nos verò adoptione. Ille nunquam non fuit Filius, nos antequam essemus, prædestinati sumus, & spiritum adoptionis accepimus.* Hilarius lib. 3. de Trinitate: *Non solo nomine contestatus est, se esse Filium Dei, sed etiam proprietate. Nos sumus Filij Dei; sed non talis hic Filius. Hic enim verus, & proprius est Filius, origine, non adoptione; veritate, non nuncupatione; natiuitate, non creatione.* Ambrosius lib. 1. de fide, c. 9. *Christus Filius est, non per adoptionem, sed per naturam.*

6 Opponitur: Christus non est Filius Virginis naturâ. Ergo Filius gratiâ, ac per consequens adoptiuus. Antecedens probatur: Quia non est Filius Virginis naturâ humanâ, neque diuinâ, cùm potuerit non esse

Filius. Reſpondetur : Chriſtus, etiam Virginis eſt Filius naturalis, & non adoptiuus. Nam eſt naturaliter Filius, iuxta illud Auguſtini de fide ad Petrum, cap. 2. *Factus eſt naturaliter Filius hominis, qui eſt naturaliter Filius Dei.* Vnde eſt Filius naturâ, non naturâ ſumptâ pro eſſentia, ſed ſumptâ pro natiuitate, & naturali coniunctione. Item, eſt Filius gratiâ, non gratiâ adoptionis, ſeu electionis, facta Chriſto à Virgine; ſed gratiâ natiuitatis, & coniunctionis naturalis facta Virgini à Deo : quia potuit eſſe Chriſtus, quin naſceretur ex Virgine, & gratia Dei fuit, vt Virgo eſſet Mater Chriſti.

7 In tertia quæſtione eſt concluſio : Chriſtus eſt prædeſtinatus Filius Dei quoad perſonam, & quoad naturam humanam. Eſt prædeſtinata perſona, quia aſſumens humanitatem deſtinata fuit in filiationem Dei, tanquam in finem, cùm poſſet deſtinatio talis aſſumptionis alium finem reſpicere. Eſt prædeſtinata natura humana, quia ea producta fuit, vt aſſumeretur à Filio Dei.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. Quid importet in recto Chriſtus ſecundùm quod homo, an perſonalitatem diuinam, an naturam humanam, vt eo affirmetur, vel negetur Chriſtum ſecundùm quod homo eſt, eſſe perſonam, & Deum? Hîc S. Thomas *quæſt.* 1. *art.* 1. *&* *ſeq.* Bonau. *art.* 1. *q.* 1. Ægid. Richard. Bruleſ. Gabr. Durand. *q.* 1. Alij relati *diſt.* 7. *q.* 1.

Quæſt. II. An Chriſtus ſecundùm quod homo, ſit Filius adoptiuus, an naturalis duntaxat? Hîc S. Th. *quæſt.*

*quæst.*1.*art.*4. Bonau.*artic.*2.*q.*1. Scot. Ægid. Gabr. & Argent. *quæst.*1. Richard. *artic.*2. *quæst.*1. Durand. *quæst.*2. Fab. *disp.*28. Aureol. *art.*3. Alij relati *dist.*4. *quæst.*2.

Quæst. III. An iusti sint filij adoptiui Christi? Hîc S. Thomas *q.* 1. *art.*10. Bonau. *art.*2.*q.*3. Ægid. *p.*2.*quæst.*2. Richard.*art.*3.*q.*2. Brulef.*q.*7. Nec plures alij ex professo.

Quæst. IV. An iustis conueniat filiatio adoptiua per gratiam iustificantem, absque nouo fauore superaddito gratiæ? Hîc Bonauent. *art.*2.*q.*2. Dur.*q.*2. Alij relati *lib.*3.*dist.*19.*quæst.*10.

Quæst. V. An si possibilis esset substantia supernaturalis naturaliter sancta, & beata, competeret illi filiatio adoptiua, an naturalis? Hîc Durand. *quæst.*2. Nos *de ente supernaturali, disp.*23. *sect. vltima.* Torres *p.*1. *q.*63.*art.*1.*dub.*2.

Quæst. VI. An Christus secundùm personalitatem diuinam, aut naturam humanam sit prædestinatus esse Filius Dei, aut solùm exaltari tanquam Filius? Hîc S. Thomas *quæst.*2. *art.*1. Gabr. *q.*1. Alij relati *dist.*7.*q.*3.*&* 4.

Quæst. VII. An prædestinatio Christi sit causa nostræ prædestinationis? Hîc S. Thom. *q.*2. *artic.*3. Durand. *quæst.*3. Caietan. Medin. Aluarez, Cabrera, Lorca, Suarez, Vazquez, Ragusa, Præpos. & alij cum S. Thom.3. *p.* *q.*24. *art.*3. *&* 4. Alij relati *lib.*1. *dist.*41.*q.*9.

DISTINCTIO XI.

Vtrùm Christus sit creatura, vel creatus, vel factus?

CОnclusio est: Christus absolutè, & simpliciter non est creatura, vel creatus, vel factus; secùs verò cum addito; Christus secundùm naturam humanam. Quare Augustini monitum est lib. 1. de Trinit. c. 13. *Cùm de Christo loquimur, quid, secundum quid, & propter quid dicatur, prudens, & diligens, ac pius lector intelligere debet.* Priorem partem conclusionis probat primò Augustinus *ibidem, c. 6. & lib. 83. qq. q. 67.* Omnis creatura absolutè facta est per Christum, iuxta illud Ioannis 1. *Omnia per ipsum facta sunt.* At Christus absolutè non est factus per seipsum. Ergo Christus absolutè non est creatura. Secundò, Ambrosius *lib. 1. de fide, c. 6.* Euangelium mandatum est, Marci vlt. prædicari vniuersæ creaturæ. Christo autem prædicari mandatum non est. Tertiò, idem Ambrosius ibidem: *Omnis creatura*, iuxta Apostolum Rom. 6. *vanitati subiecta est.* Christus autem non est vanitati subiectus. Vnde detestanda est perfidia Arrij contendentis, Christum esse puram creaturam. Qui tamen suæ pertinaciæ pœnas luens effudit viscera, atque crepuit medius, prostratus in faciem.

2 Posteriorem partem probat Ambrosius *lib. 1. de fide, c. 6.* licèt Filius Dei, quà Deus, non sit factus, sed natus; tamen secundùm carnem homo factus est,

est, iuxta illud Apostoli Galat. 4. *Misit Deus Filium suum, factum ex muliere.* At esse factum, & esse creatum, seu creaturam, idem est. Ergo Christus secundùm carnem creatus, seu creatura est. Itaque, ne factura, seu creatura Diuinitati adscribatur, non est dicendus Christus absolutè creatus, sed cùm addito, *secundùm carnem*, aut *secundùm humanitatem*, vt monet Ambros. Nam, vt addit c. 7. *Absurdum est creaturam in Creatore concedere.*

3 Neque valet arguere, Christum esse absolutè creaturam: quia creatura est secundùm naturam humanam. Nam mala est argumentatio à prædicato secundùm quid, ad prædicatum simpliciter, siue à loquutione tropica ad loquutionem absolutam, & non tropicam, vt Æthiopem esse absolutè album, quia secundùm dentes albus est. Item, non valet, Apostolum Galat. 4. *suprà*, & alios Scriptores interdum Christum absque addito non solùm natum, sed etiam factum proferre. Quia breuitatis causâ additamentum omittitur. Absque illo tamen non est intelligenda loquutio, vt in eis locis exponunt frequenter Patres.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Christus absolutè, an cum addito, *quà homo*, dicatur creatura? Hîc S. Thom. *quæst.* 1. Bonau. *art.* 2. *q.* 1. Scot. Argent. Richard. Durand. Gabr. Palud. & Aur. *q.* 1. Fab. *d.* 24. *&* 25. Caiet. Med. Aluar. Cabr. Lorca, Suarez, Vasq. Ragusa, Præpos. Sylu. & alij cum S. Th. 3. *p. q.* 16. *art.* 8. Valentia *tom.* 4. *d.* 1. *q.* 16. *p.* 2. Granad. *tom.* 4. *contr.* 1. *tr.* 11. *disp.* 3. Lugo *tom.* 1. *in* 3. *p. disp.* 28. *sect.* 4. Tannerus *tom.* 4. *disp.* 1. *q.* 6. *dub.* 2. Becan.

can. *tom.4.cap.7.q.2.*Mærat. *de incarnat.disp.38.sect.4.*

Quæst. II. An, & quomodo detur communicatio idiomatum inter prædicata naturæ diuinæ, & humanæ? Hîc B.Thom.*ar.4.* Durand.*quæst.2.* Fab.*disp.24.cap.1.*Scot.*q.1.* Alij relati *dist.7.quæst.2.*

Quæst. III. An Christus incepit esse? Hîc Bonau. *art.2.q.3.* Scotus *q.3.*Fab. *d.26.* Richardus *art.3. q.1.* Brulef.*q.5.*Alij referendi *dist.seq. q.1.*

Quæst. IV. An humunitas sit omnipotens, aut creatrix omnium ab omnipotentia Dei, sicut est subsistens, & sancta à subsistentia,& sanctitate Dei? Hîc Gab.*q.1.* Caiet.Med.Cabr.Aluar.Lorca, Suar. Vazq. Rag. Præp.Syl.& alij cum S. Th. *3.p.q.13.art.1.* Val. *tom.4.d.1.q.13.p.1.*Becan.*tom.4.cap.10. q.1.* Granad. *tom.4.tr.9.d.1.*Lugo.*tom.1.in 3.p.d.16.num.11.& seq.* Tan.*tom.4.d.1.q.5.d.7.* Mærat. *de incarn.d.31.* Item relati *dist.7. q.2.*

Quæst. V. An Christus sit prædestinatus ad filiationem Dei? Hîc Bonau. *art.1. q.1.* Brulef. *q.1.* Alij relati *dist.7.q.3.& 4.*

Quæst. VI. An Christus sit causa nostræ prædestinationis? Hîc Bonauent. *art.3. q.1.* Brulef. *q.3.* Alij relati *dist.praced.q.7.*

DISTINCTIO XII.

An homo ille semper fuerit, vel cœperit esse?

HÆc distinctio quatuor quæstiones complectitur. Prima est, an Christus cœperit esse? Secunda, an Deus potuit assumere aliam naturam humanam

ex

ex descendentibus ab Adam, aut aliunde, quàm ab Adam descendentem? Tertia, an Christus potuit peccare deperdendo vnionem hypostaticam, & Diuinitatem, sicut potest iustus peccare deperdendo iustitiam? Quarta, an potuit assumi à Deo natura humana in sexu muliebri?

2 In prima quæstione conclusio est: Christus, quà Deus, semper fuit, & esse non cœpit: quà homo verò cœpit esse, & semper non fuit. Probatur: Deus semper fuit, natura humana verò non fuit semper. Ergo Christus, quà Deus, semper fuit: quà homo verò semper non fuit. Item, pleraque testimonia Christum prædicant incipientem esse; pleraque semper existentem, & non incipientem. Hæc autem aliter componi non possunt, nisi alia Christo quà Deo, alia quà homini adscribantur. Ergo quà homo incepit esse, non verò qua Deus. Christum cœpisse esse, habet Augustinus tract. 105. in Ioannem: *Priusquam mundus esset, nec nos eramus, nec ipse mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus.* Item *tract.* 106. *& aliis in locis.* At semper existentem proponit se Christus Ioan. 8. dicens, se esse principium, & fuisse ante Abraham. Item Glossa Matth. 2. dicens, quod puer Christus creauit stellas.

3 In secunda quæstione est conclusio: Potuit Deus assumere aliam humanitatem descendentem ab Adam, & aliam ab Adam non descendentem, sed immediatè à solo Deo formatam, seu productam. Probatur ex Augustino *lib.* 13. *de Trinit. cap.* 18. *&* 19. Deus liberè, & gratuitò hanc humanitatem assumpsit. Ergo posset aliam, quam vellet, similiter assumere. *Potuit itaque Deus hominem*, ait Augustinus, *aliunde suscipere,*

suscipere, in quo esset mediator Dei, & hominum, non de genere Adam, sicut ipsum non de genere alicuius creauit. Cæterùm congruentius fuit, de genere Adam humanitatem suscipere, vt de ipso genere, quod inimicus vicerat, vinceretur.

4 In tertia quæstione sit conclusio: Persona Christi, quà hominis, non potuit peccare, & Diuinitatem deperdere: item, neque natura humana Verbo coniuncta; secus verò à Verbo diuisa. Itáque, vt naturæ humanæ conueniat potentia peccandi, cogitari debet à Verbo separata: nam aliter impeccabilis est. Hæc Magister non probat: quia censet esse absque ambiguitate certa.

5 Sed opponunt nonnulli: Christus est liberi arbitrij. At liberum arbitrium in bonum, & malum flecti potest. Secundò illud Eccles. 31. *Qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere malum, & non fecit.* Quod de Christo etiam dicendum est. Ad primum respondetur: Potest esse liberum arbitrium, & impeccabile, vt constat in Beatis. Ergo etiam in Christo, in quo vnionem cum Verbo altiora munera sectantur, quàm in Beatis visionem. Ad secundum: Illud testimonium non est dictum de Christo, sed de membris ipsius. Aut pars de Christo, pars de membris; scilicet, de Christo, quod non est transgressus, non fecit malum: de membris verò, quod potuerunt.

6 In quarta quæstione concluditur: Potuit Deus humanitatem suscipere in sexu muliebri; sed conuenientius fuit, illam suscipere in virili. Sic decernit Augustinus *tom.* 4. *lib.* 83. *qq. quæst.* 2. vbi ait, ideò in virili susceptam: quia hic sexus honorabilior est. Tamen voluisse, vt vir Deus è fœmina nasceretur: vt

caro

caro etiam muliebris, scilicet, ex Virgine extracta susciperetur à Verbo, & ea ratione in vtroque sexu fieret redemptio peccati.

QVÆSTIONES.

Quæst. IV. An Christus incepit esse? Hîc S.Th. Palud.& Durand. *quæst.*1. Caiet.Medina, Aluar. Cab. Suar.Vazq.Ragusa, Præpos. Sylu. & alij cum S. Th. 3.*p.q.*16.*art.*9. Val.*tom.*4.*disp.*1.*q.*16.*p.*2.Gran.*tom.*4. *controu.*1.*tract.*11.*d.*3.Tann.*tom.*4. *disp.*1.*q.*6. *dub.*2. Lugo *tom.*1.*in* 3.*p.d.*23. *sect.*5.Becan. *tom.*4.*c.*7.*q.*2. Mærat. *de incarnat.disp.*38. *sect.*5. Alij relati *dist.præced. quæst.*3.

Quæst. II. An Christus ex vi vnionis hypostaticæ sit impotens elicere peccatum cum vnione hypostatica coniunctum? Hîc S. Thomas *q.*2. Bonauent. *art.*2.*q.*1.Scot.Agent.Gabr.Brulef.*q.*1.Richard.*art.*2. Durand.*q.*2.Fab. *d.*27.Aureol.*art.*1. Palud.*q.*2. Alij relati *d.*1.*quæst.*7.

Quæst. III. An humanitas vnita Verbo, seclusâ visione beatâ, possit diuinitùs deperdere vnionem hypostaticam per peccatum? Hîc Gabr.*quæst.*1.Palud. *quæst.*2.Suar.*tom.*1.*in* 3.*p.d.*35.*sect.*2.Vasq. *d.*61.*c.*6. & 7.Lugo *tom.*1.*in* 3.*p.d.*26.*sect.*5. Mærat. *de incarn. d.*35.Moncæus *d.*9.*cap.*4.Gran.*tom.*4. *controu.*1.*tr.*10. *d.*2.*n.*16.& *seq.*Tannerus *tom.*4.*d.*1.*q.*5.*dub.*8.*assert.*2. Albertinus *tom.*1. *ex* 5.*princip. corol.*3.

Quæst.IV. Quomodo cum impeccabilitate Christi componatur libertas adimplendi præceptum mortis? De quo Granad. *tom.*4. *tract.*13. *d.*3. Mærat. *de incarn.d.*44.*sect.*1.& 2.Lugo *tom.*1.*in* 3.*p.d.*26.*sect.*61. &

& seq. Suar. *tom.* 1. *in* 3. *p.* *d.* 37. Vasquez *d.*74. Val. *tom.*4.*d.*1.*q.*15.*p.*3. Lessius *de prædest. Christi*, *sect.*3. Moncæus *d.*9.*cap.*6.*& sequenti.* Gran.*tom.*4.*controu.*1. *tract.*13.*d.*3. Becan.*tom.*4.*c.*13.*q.*2. Tann. *tom.*4. *d.*1. *q.*6.*dub.*4. Albert.*tom.*4.*princip.*5.*corol.*3.Cabr. 3.*p.q.* 18.*ar.*4.*d.*4. Lorca *in* 3.*p.d.*63. Fonseca 6.*Met.c.*2.*q.*5.

Quæst. V. An Christus possit admittere imperfectionem moralem agens actus imperfectiores, perfectioribus relictis? De quo soli recentiores Societatis, Lugo *tom.*1.*in* 3.*p.* *d.*26.*sect.*10. *&* 11. Ex professo attingunt Suar.*tom.*1.*in* 3.*p.* *d.*37.*sect.*3.§. *Quomodò autem*, & *sect.*4. §. *Aduertendum secundò.* Vazquez *d.* 74.*n.*36.Valent.*tom.*4.*d.*1.*q.*19.*p.*2.*circa finem.* Salas *tom.*1.*in* 1.2.*tr.*2.*d.*7.*sect.*8.*in fine.*

Quæst. VI. An sit possibile arbitrium creatum, quod seclusâ gratiâ vnionis, aut visionis beatæ sit ex se impeccabile? Hîc Aureol.*ar.*1.Scot.& alij Interpretes Magistri relati *q.*2. Alij relati *lib.*2.*dist.*5.*q.*12.

DISTINCTIO XIII.

Si Christus secundùm naturam hominis in sapientia, & gratia proficere potuit, vel profecit?

PRæmittitur, Christum ab instanti conceptionis fuisse plenum sapientia, & gratiâ. Tum quia, iuxta Apostolum ad Coloss.2. *In ipso habitat plenitudo Diuinitatis corporaliter.* Quod exponens Augustinus epist.57.ad Dardanum, ait: *Ita verò habitat, quod omni gratia*

gratia plenus est. Tum, quia cæteris iustis datus est spiritus gratiæ, & sapientiæ cum mensura; Christo verò sine mensura datus est. Si autem plenus non esset gratiâ, & sapientiâ Christus, accepisset spiritum gratiæ cum mensura. Tum, quia Christus est caput: de cuius plenitudine omnes accepimus. Sicut enim ex capite deriuantur spiritus vitæ in membra, in eóque sunt omnes sensus humani, visus, auditus, gustus, olfactus, & tactus, cùm in membris solus inueniatur tactus: sic in Christo existit omnis plenitudo gratiarum, è qua sua pars vnicuique membro descendit. Tum, quia Christus ab instanti conceptionis prædicatur vir perfectus. Hierem. 31. *Mulier circundabit virum*. Id autem denotat plenitudinem sapientiæ, & gratiæ, qua præuentus fuit. Nunc igitur difficultas est, an Christus cremento ætatis aliquod gratiæ, aut sapientiæ crementum susceperit?

2 Conclusio est: Christus in se ab instanti conceptionis nullum augmentum gratiæ, aut sapientiæ suscepit. Primò, quia tanta fuit in Christo homine plenitudo sapientiæ, & gratiæ, vt maior esse non possit, sicut tanta est dignitas, vt altior esse non possit. Secundò, quia Christus prædicatur ab instanti conceptionis vir perfectus. Ergo, sicut vir nullum capit crementum corporis; ita Christus nullum crementum sapientiæ, & gratiæ. Aliàs Christi sapientia, & gratia, non virilis, & adulta; sed adolescens esset prædicanda. Tertiò, quia spiritus datus est ei absque mensura. At non esset absque mensura, si continuò augesceret sapientia, & gratia.

3 Opponitur primò illud Lucæ 2. *Iesus proficiebat sapientiâ, ætate, & gratiâ apud Deũ, & homines*. Secundò,

dò, Ambrosius *in libro de incarnationis Dominicæ Sacramento, cap.*7. dicens, in Christo esse duplicem sensum, geminámque sapientiam; alteram diuinam, quæ augmenti expers est; alteram humanam, quæ proficiebat in Christo, & secundùm quam puer patrem & matrem ignorabat, iuxta illud Esaiæ 8. *Priusquam sciat puer vocare patrem, aut matrem, accipiet spolia Samariæ.* Ad primum respondetur cum Gregorio apud Glossam, seu cum Beda *homilia* 11. *super Lucam*, Christus non proficiebat in se sapientia & gratiâ; sed in aliis. Tum, quia aliis erat quotidie manifestior. Tum, quia in aliis nouos quotidie profectus operabatur: sicut sapientia, & gratia Prælati proficere dicitur, cùm nouos profectus in subditis operatur. Ad secundum admittenda est duplex sapientia in Christo, sicut duplex natura & sanctitas cum vnitate personæ. Altera increata inconueniens Christo, quà Deo; altera creata & infusa, conueniens Christo, quà homini. At verò vtraque sine augmento successiuo & intrinseco agnoscenda est: quia tale augmentum diffitetur Ecclesia. Vnde Ambrosius de augmento extrinseco quoad manifestationem, & operationem in aliis factam exponendus est.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Christus, quà homo, fuerit sanctus sanctitate increata? Hîc S. Thomas *q.*3. *art.*1. Bonau. *art.*2. *q.*1. Richard. Palud. Argent. *q.*1. Fab. *d.*28. Aureol. *art.*1. Alij relati *dist.*3. *q.*8.

Quæst. II. An sanctitas increata humanitatis sit personalitas Verbi, an natura diuina, an vtraque? Hîc

Bonauent.

Bonauent. *art.2.q.1.*Faber *d.28.*Alij relati *dist.1.q.9.*

Quæst. III. An præter sanctitatem increatam sanctus fuerit per gratiam habitualem creatam? Hîc S.Thomas. *q.1. art.1.*Bonau.*art.1.quæst.1.*Scot.Gabr. Palud. Argent.Brulef.Guillelm.*q.1.*Richard.*art.2.q.1.* Fab. *d.28.* Aur. *art.1.*Dur. *q.1.* Caiet. Medina, Cabr. Aluar. Lorca, Suar. Vasq. Ragusa, Præpos. & alij cum S.Thom.*3.p. q.7. art.1.* Val.*tom.4.d.1.q.7.p.1.* Becan. *tom.4.c.8. q.1.* Gran. *tom.4. controuers.1. tract.7.d.2.* Tann.*tom.4.d.1.q.5.dub.1.* Lugo *tom.1. in 3.p.d.16. sect.5.* Mæratius *de incarnat.disp.23.sect.4.*

Quæst.IV. An gratia creata conueniat Christo ab instanti cõceptionis, & connaturalis ei sit? Hîc Bonau. *art.1.q.3.* Richard. & Brulef.*q.3.*Alij relati *dist.3.q.7.*

Quæst.V. An gratia creata potuerit augeri in Christo? Hîc S. Thomas *q.1.art.2.*Bonau.*art.1.q.2.*Gabr. *q.1.*Scot. *q.2.* Fab. *d.29.* Dur.*quæst.1.* Caiet. Medina, Aluarez, Cabrera, Suar. Vasquez, Ragusa, Præposit. & alij cum S. Thoma *3.p. quæst.7. art.12.* Valent. *tom.4. d.1. quæst.7. p.2.* Becan. *tom.4. cap.8. quæst.4.* Granad. *tom.4. tract.7. d.4.* Tann. *tom.4. d.1.quæst.5. dub.1.*Lugo *tom.1. in 3.p. d.16.sect.6.* Mærat. *de incarnat. d.23.sect.5.*

Quæst.VI. An gratia creata fuerit intensione infinita? Hîc S.Th.*q.1.art.2.*Bonau.*art.1.q.2.*Richard.*q.2.* Argent. *q.1.art.3.*Gabr.*q.1.*Scot.*q.1.& 2.* Fab. *d.29.* Aur.*art.3.*Dur.*q.1.*Caiet.Med.Aluar.Cabrera, Lorca, Suar.Vasq.Ragusa, Præposit. & alij cum S.Thom.*3.p. q.7.art.11.* Val. *tom.4.d.1.q.7.p.2.* Becan. *tom.4. c.8. q.3.*Gran.*tom.4.controu.1.tract.7. d.4.* Tanner. *tom.4. d.1.quæst.5.dub.1.*Lugo *tom.1.in 3.p.d.16.sect.6.* Mæratius *de incarnat. d.23.sect.4.*

Quæſt. VII. An gratia creata dimanet phyſicè à gratia vnionis. Hîc S. Thomas *q.3. art.2.* Alij relati *diſt.4. quæſt.3.*

Quæſt. VIII. An gratia Chriſti fuerit gratia capitis? Hîc S.Thom. *quæſt. 2. art.1.* Bonauent. *art.2. quæſt.1.* Richard. Gabr. & Argent. *quæſt.1.* Aureol. *art. 2.* Durand. *quæſt. 2.* Caietan. Medina, Cabrera, Aluarez, Lorca, Suarez, Vaſquez, Raguſa, Præpoſ. Sylu. & alij cum S.Thoma *3.part. quæſt.8.art.1.* Val. *tom.4. d.1. quæſt.8. p.1.* Becan. *tom.4. cap.20.quæſt.1.* Granad. *tom.4.controu.1. tract.7. d.6.* Tanner. *tom.4. d.1. quæſt.5. dub.2.* Lugo *tom.1.in 3.p. d.17.* Mærat. *de incarnat. diſp.24. ſect.3.*

Quæſt.IX. An Chriſtus fuerit caput Angelorum, & omnium hominum? Hîc S. Thom. *quæſt.2. art.2.* Bonauent. Richard. *art.2. quæſt. 3.* Brulef. *quæſt.6.* Gabr. *quæſt.1.* Caietan. Medina, Aluarez, Cabrera, Suarez, Vaſquez, Lorca, Raguſa, Præpoſ. & alij cum S.Thoma *3.p. quæſt.8. art.3. & 4.* Valent. *tom.4. d.1. quæſt.8. p.2. & 3.* Becan. *tom.4. cap.20. quæſt.2. & 3.* Granad.*tom.4.controu.1. tract.7. diſp.6.* Tanner. *tom.4. d.1. q.5. dub.2.* Lugo *tom.1.in 3.p.d.17.* Mærat. *de incarnat. diſp.24. ſect.4.*

Quæſt.X. An Chriſtus ſit caput aliorum per gratiam increatam, aut creatam? Vbi, an purus homo per gratiam creatam poſſit in alios gratiam influere? Hîc S.Thom. *quæſt.3. art.2.* Bonauent. *art.2. quæſt.2.* Richard. *art.3.* Caietan. Medina, Aluarez, Cabrera, Lorca, Suarez, Vaſquez, Raguſa, Præpoſ. & alij cum S.Thom. *3.p. q.8. art.5. & 6.* Valent. *tom.4. d.1.q.7. p.3.* Becan.*tom.4.c.20.quæſt.4.* Gran. *tom.4. controu.1. tract.7. diſp. 6. & 7.* Tanner. *tom.4. d. 1. quæſt.5. dub.2.*

*dub.*2. Lugo *tom.*1. *in* 3.*p.d.*17. Mærat. *de incarnat.* *d.*24.*sect.*5.

Quæst. XI. An gratiam Christi sectatæ sint omnes virtutes theologicæ, & morales? Eisque eguerit Christus ad actus supernaturales? Hîc S. Thomas *quæst.*1.*art.*2. Puludan. *q.*2. Caietan.Medina,Aluarez, Cabrera,Lorca,Suar. Vazq. Ragusa, Præposit. & alij cum S. Thoma 3.*p.q.*7.*art.*2. *& sequenti*, Val. *tom.*4. *d.*1. *q.*7. *p.*3. Becan. *tom.*4. *c.*8. *q.*7.8. *&* 9. Granad. *tom.*4. *controu.*1. *tract.*7. *d.*5. Tanner. *tom.*4. *disp.*1. *quæst.*5. *dub.*1. Lugo *tom.*1. *in* 3.*p. d.*16.*sect.*7. Mærat.*de incarnat.d.*24.*sect.*1.

Quæst.XII. An eam gratiam sectata sint dona, & præsertim timoris? Hîc S. Thom. *q.*1. *art.*2. Durand. *q.*1. Caietan.Medina, Aluarez, Cabrera, Lorca, Suar. Vasquez,Ragusa, Præposit.& alij cum S.Thoma 3.*p. quæst.*8.*art.*5.*&* 6. Val.*tom.*4.*d.*1. *quæst.*7. *p.*4. Becan. *tomo* 4.*cap.*8. *q.*10. Granad. *tomo* 4. *controu.*1. *tract.*7. *disp.*5. Tanner. *tom.*4. *disp.*1. *quæst.*5. *dub.*1. Lugo *tom.*1. *in* 3.*p. d.*16. *sect.*7. Mærat. *de incarnat. d.*24. *sect.*1.

Quæst.XIII. An Christus ab instanti conceptionis habuerit simul cum gratia gloriam,& eam infinitam? Hîc Scot. *quæst.*3. Aureol. *q.*2. Faber *d.*30. Caietan. Medina, Aluarez, Lorca,Suar.Vasq. Ragusa, Præpos. & alij cum S.Thom.3.*p.q.*9. *art.*2. *& quæst.*10. *art.*1. Valent. *tom.*4.*d.*1.*q.*10.*p.*1.*&* 2. Becan.*tom.*4.*c.*9.*q.*2. Granad. *tom.*4. *controu.*1. *tract.*8. *d.*2. Tanner. *tom.*4. *d.*1.*q.*5. Lugo *tom.*1. *in* 3.*p. d.*19.*sect.*1.*&* 2. Mærat. *de incarnat. d.*25.

Quæst. XIV. An Christus eguerit auxiliis gratiæ actualis ad actus supernaturales? Hîc Aur.*q.*3.Becan.

*tom.4.c.8.quæst.5.*Tann.*tom.4.d.1.q.5.dub.1.& tom.2. d.1.quæst.3.dub.2.&* 3. Suar.*tom.1.in 3.p.d.18.sect.4.* Vasq. *d.21.num.51.*

Quæst.XV. An Christo prouideri possint auxilia gratiæ ad actus præceptos, & non præceptos à Deo remissa, & debilia, vt difficultate operandi detur impotentia moralis ad illos? De quo nullus differit. Expendi tamen momentis rationis potest ad impeccabilitatem Christi statuendam, ad quam videtur requiri, vt cum potestate physica eliciendi actus præceptos non detur impotentia moralis, quæ exigit cum defectu operationis moraliter impossibilis coniungi. Conferre possunt, quæ attingunt relati *dist.15.q.3.*

DISTINCTIO XIV.

Si anima Christi habuerit sapientiam parem cum Deo; & si omnia scit, quæ Deus?

PRima conclusio: Anima Christi nouit per scientiam infusam omnia, quæ Deus. Cæterùm eius scientia non fuit æqualis scientiæ Dei. Prior pars probatur: Primò, quia ait Ioannes *c.3.* datum esse Christo spiritum gratiæ,& scientiæ,absque mensura. At,si aliqua essent, quæ non nouisset eius scientia, data esset cum mensura sapientia. Ergo eius scientia nouit omnia. Secundò, quia Fulgentius testatur, animam Christi nouisse omnia, ex illo Apostoli ad Coloss.2. *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi.* Tertiò, quia in Christo nullius rei est ignorantia. Esset autem ignorantia; si aliqua ignoraret, eorum,

eorum, quæ assequitur scientia Dei. Posterior pars probatur. Quia ad perfectionem scientiæ spectat modus sciendi. At Deus modo perfectiori, scilicet clariori, certiori, & magis adæquato, & comprehensiuo rerum cognouit omnia, quàm anima Christi; aliàs anima Christi comprehenderet Deum. Ergo maior, & perfectior est scientia Dei, quàm scientia infusa Christi.

2 Contra primam partem huius conclusionis arguunt nonnulli: Primò, quia si anima Christi nouisset omnia, quæ Deus, par esset eius scientia cum scientia Dei. Secundò, quia Dauid Psalm. 138. ait in persona Christi: *Mirabilis facta est scientia tua ex me, & non potero ad eam.* Quod verum putat Cassiodorus: *Quia assumptus homo diuinæ substantiæ non potest æquari, vel in scientia, vel in alio.* Tertiò, quia ait Apostolus 1. Cor. 2. *Nemo nouit, quæ sunt Dei, nisi Spiritus Dei, qui solus scrutatur omnia, etiam profunda Dei.* Si solus Spiritus Dei scrutatur omnia. Ergo non scientia animæ Christi. Ad primum, & secundum respondetur. Anima Christi non potest peruenire ad scientiam parem cum Deo: quia, licèt obiecta scita paria sint; modus tamen sciendi par non est, sed altior in Deo. Ad tertium: Spiritus Dei, qui solus scrutatur omnia, non est spiritus increatus, sed etiam creatus, & infusus, cùm mox subiungat Apostolus: *Nos autem Spiritum Dei habemus.* Hic autem Spiritus infusus est Christo absque mensura. Ergo Spiritus infusus est scrutator omnium absque termino, & mensura.

3 Secunda conclusio: Anima Christi non nouit omnia, quæ Deus, practicè, seu speculatiuè; hoc est, licèt nouerit omnia, quæ Deus secundùm prædicata

 essentialia

essentialia eorum, & modum etiam, quo fieri possunt à Deo; tamen non potuit anima Christi efficere omnia. Ratio est, quia non est ei communicata omnipotentia. Tum, quia non expediebat, ne Christi anima putaretur esse Deus. Tum, quia non poterat communicari, sicut scientia: nam anima Christi potest se ipsam nosse; non potest autem seipsam creare. Atque adeò capax est accipere omnium scientiam; sed non omnium potentiam. Propterea tamen negandum non est, concessam ei fuisse potentiam supernaturalem ad agendum plura, quæ virtus naturalis animæ Christi agere non potest: nam huius potentiæ capax est anima Christi.

4 Obiicitur Beda *homilia* 3. *in cap.* 1. *Lucæ*, asserens, ideò Christum prædicari ab Angelo magnum futurum: quia potentiam, quam Dei Filius ab æterno naturaliter habet, erat ipse accepturus in tempore. Respondetur: Hoc testimonium non est intelligendum de natura, sed de persona hominis in Christo, in quo per communicationem idiomatum prædicatur de homine omnipotentia Dei, eáque in tempore futura dicitur: quia, licèt existentia omnipotentiæ, & personæ fuerit æterna; tamen communicatio talis personæ cum natura humana, ad constituendum hominem, eique tribuendum idiomata Dei, non fuit æterna, sed temporalis.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Christus nouerit quidquam per scientiam increatam? Hîc S. Thomas *q.* 1. *art.* 2. *de veritat. quæst.* 20. *art.* 4. *opusc.* 3. *c.* 18. Bonauent. Gabriel, Scot, Richard,

Richard. Durand. Argent. Palud. *quæst*.3. *art*.3. Aureol. *quæst*.2. Caiet. Medina, Aluar. Cabrera, Lorca, Suarez, Vasquez, Ragusa, Præposit. & alij cum S. Thom. 3.*p. quæst*.9. *art*.1. Valent. *tom*. 4. *quæst*.9. *p*.1. Becan. *tom*.4. *cap*.9. *quæst*.1. Granad. *tom*.4. *controu*.1. *tract*.8. *d*.1. Lugo *tom*.1. *in* 3. *p*. *d*.18. Tann. *tom*.4. *d*.1. *quæst*.5. *dub*.3.

Quæst. II. An Christo concessa sit scientia beata, & quanta? Hîc S.Thom. *q*.1. *art*.2. Bonau. Richard. & Brulef. *q*.3. Palud. *q*.1. Aureol. *q*.2. Durand. *q*.1. Alij relati *dist. praced. quæst*.13.

Quæst. III. An ad scientiam beatam eguerit ex natura rei lumine gloriæ. Hîc S.Th. *art*.1. *q*.2. Bonau. *art*.1. *q*.1. *&* *art*.2. *q*.1. Scot. *q*.1. Fab. *d*.32. Palud. *q*.1. *art*.3. Dur. *q*.1. Caiet. Nauarr. Nazar. Gonzal. Ripa, Zumel, Bañ. Mol. Vasq. Arrub. Fassol. Pesant. Præpos. & alij cum S.Th. 1. *p*. *q*.12. *art*.5. Suar. 1. *p*. *tract*.1. *lib*.2. *c*.14. Salas 1.2. *tract*.2. *d*.5. *sect*.3. Trigos. 1. *p*. *q*.7. *art*.1. *dub*.4. Val. *tom*.1. *d*.1. *q*.12. *p*.3. Tann. *tom*.1. *d*.2. *q*.6. *d*.3. Gran. 1. *p*. *controu*.1. *tract*.4. *d*.6. Alarc. 1. *p*. *tract*.1. *d*.3. *cap*.1. Herice 1. *p*. *d*.47. Mærat. *tom*.1. *tract*. *de Deo*, *d*.11. *&* 12. Nos *de supernat*. *d*.35.

Quæst. IV. An eguerit lumine intrinseco de potentia absoluta? Hîc S.Thom. *art*.1. *quæst*.2. Scot. *q*.1. Bassol. *q*.1. *art*.1. Fab. *d*.32. *cap*.3. Caiet. Bañez Zumel, Nazar. Nauarret. Gonzal. Ripa, Vasquez, Arrubal Fassol. Pesant. Præpos. & alij 1. *p*. *quæst*.12. *art*.5. Salas 1.2. *tract*.2. *d*.5. *sect*.4. Becan. *tom*.1. *tract*.2. *cap*.9. *q*.4. Albert. *tom*.2. *fol*.23. Aragon 2.2. *quæst*.23. *art*.2. Suarez 1. *p*. *tract*.1. *lib*.2. *cap*.16. *&* *lib*.6. *de gratia*, *cap*.5. Aluarez *de auxil*. *d*.67. Ledesma *de diuin. perfectionib*. *quæst*.8. *sub art*.8. *conclus*.2. Sot. *in* 4.

 disp.49.

disp.49. *quæst*.2. *art*.4. Lorca 1.2. *disp*.30. Montesin. 1.2.*disp*.39.*q*.2. Fonseca 9. *Metaphys*.*c*.1.*q*.4.*sect*.4. Valent. *tom*.1.*disp*.1. *q*.12.*p*.3. Turrian.2.2.*disp*.38. *dub*.2.& *disp*.77. *dub*.2. Tann. *tom*.1. *d*.2. *q*.6. *dub*.3. Gran.*tom*.1.*de visione*,*d*.6.*sect*.4.Hurtad.2.2.*disp*.126. Alarcon 1.*p*. *tract*.1. *d*.3. *cap*.4.Mærat. *tom*.1.*de Deo*, *d*.12.Antonius Perez *certam*.6.*scholast*.*cap*.10.Herice 1.*p*.*d*.47. Nos fusè *de supernat*. *d*.34.

Quæst. V. An intellectus Christi fuerit causa immediata partialis eius visionis, an solus Deus, aut solum lumen adæquata causa illius? Hîc S.Thom.*art*.1. *q*.2.Scot.*q*.1.Fab.*d*.32. *cap*.2. Gabr. & Dur. *q*.1. Alij relati *lib*.2.*dist*.25.*quæst*.9.

Quæst. VI. An intellectus perfectior cum æquali lumine edat visiones perfectiores, ideóque Angelus perfectiorem, quàm Christus? Hîc cum Scoto, Fab. *d*.33.Durand.*q*.1.Alij relati *lib*.2.*dist*.9.*q*.3.

Quæst.VII. An sit re ipsa, aut sit possibilis species impressa ad videndum Deum? Hîc Richard.*art*.1.*q*.3. Tarant.*quæst*.1.Argent.*q*.1. *art*.1. Carthus. *quæst*.3. & cum Scoto,Faber *d*.34. Caiet. Bañez, Zumel, Ripa, Nazar.Nauarret. Vasquez, Arrub. Fassol. & alij cum S.Thom. 1.*p*.*q*.12. *art*.2. Palat. *in* 1. *dist*.1. *d*.4. Rada *controu*.10.*art*.1.Suar.1.*p*.*tract*.1.*lib*.2.*c*.13.*in Metaph*. *d*.30.*sect*.11.*à n*.27.*ad* 33.& 3.*p*.*tom*.1.*disp*.29.*sect*.2. Valentia *tom*.1. *d*.1. *q*.12. *p*.2. Salas 1.2. *tract*.2. *d*.5. *sect*.2.Becan. *tom*.1. *tract*.1. *cap*.9. *quæst*.2. Sot. *in* 4. *d*.49. *quæst*.2. *art*.3. Trigos. 1.*p*. *q*.7. *art*.1. *dub*.6.

Quæst. VIII. An in Deo viderit creaturas? Hîc S.Thom. *quæst*.1.*art*.1.*quæst*.4. *de verit*. *quæst*.8. *art*.4. Bonau. & Richard. *art*.2. *quæst*.1. Brulef. *quæst*.4. Gabr. *q*.1.*art*.1.Faber,cum Scoto *disp*.35.Caiet.Med. Aluarez,

Aluarez, Cabrera, Suarez, Lorca, Vasquez, Ragusa, Præpos. & alij 3.*p. quæst*.10. *art*.2. & 3. Item Caiet. Bañez, Zumel, Nazar. Nauarr. Gonçalez, Vasq. Arrubal, & Fassol. 1.*p. quæst*.12.*art*.8. Becan. *tom*.1.*tract*.1. *c*.9.*quæst*.13. Suarez 1.*p. tract*.1.*lib*.2. *cap*.25. Salas 1. 2.*tract*.2.*disp*.4.*sect*.4. Albertin. *tom*.1. *fol*.32. Valent. *tom*.1. *disp*.1. *quæst*.12.*p*.6. Fonseca 2. *Metaph. cap*.2. *quæst*.2. *sect*.4. Herice 1.*p. d*.51. Alarcon 1.*p. tract*.1. *disp*.4.*cap*.3. Mærat. *tom*.1. *tract. de Deo*, *d*.18. Granad. *de visione Dei tract*.6.*disp*.1.

Quæst. IX. An potuerit Deum comprehendere? Hîc S.Thomas *q*.1.*art*.2. *de verit*, *quæst*.20. *art*.5. Bonauent. Scot. Richard. Brulef. *quæst*.2. Argent. *quæst*.1. *art*.1. Alex. 3.*p. quæst*.13. *memb*.7. Gabr. & Durand. *q*.1. Alij relati *lib*.1. *dist*.35. *quæst*.4.

Quæst. X. An potuerit omnes creaturas in Deo videre? Hîc S.Thomas *q*.2. *art*.2. *de verit*. *q*.8. *art*.4. *quodlibet*.3.*q*.2.*art*.1. Bonauent. & Richard. *art*.2. *q*.3. Scot. & Durand. *q*.2. Brulef. *q*.6. Faber *d*.35. Gabriel, Aureol. *q*.1. Durand. *q*.2. Caiet. Aluar. Cabr. Lorca, Suar. Vasq. Ragusa, Præpos. & alij cum S.Thom. 3.*p*. *q*.10.*art*.2. Item, Caiet. Bañez, Zum. Nazar. Nauarret. Ripa, Gonzal. Vasq. Arrubal, Fassol. Pesant. Præpos. & alij cum S.Thom. 1.*p. quæst*.12. *art*.8. Suarez 1.*p*. *tract*.1. *lib*.2. *c*.25. Valent. 1.*p*.*d*.1.*quæst*.12.*p*.6. Salas 1.2.*tract*.2.*d*.3.*sect*.7. Albertin. *tom*.1.*q*.4.*Theolog.coroll*.4. *ex* 1. *princip*. Ghil. Herice 1.*p. disp*.51. *cap*.4. Tannerus *tom*.1.*d*.2.*q*.6. *dub*.11. Mærat. *tract. de Deo*, *disp*.20. Alarcon 1.*p. tract*.1. *disp*.4. *cap*.4. Granad. *de vis. tract*.5. *disp*.13.

Quæst. XI. An potuerit Deum videre, nulla visa particulari creatura? Hîc Gabr. *quæst*.1. Bassol. *q*.2.

art.2. Richard. *art*.2. *quæst*.2. Sotus *in* 4. *d*.49. *quæst*. 3. *concluſ*.3.Bañez,& Zumel 1.*p*. *q*.12. *art*.8. *concluſ*.5. Nazar.*ibidem*,*controu*.2.Nauar.1.*p*.*controu*.43.*concl*.12. Valent. 1.*p*. *diſp*.1. *quæſt*.12. *p*.6. Salas 1.2. *tract*.2. *diſp*.4.*ſect*.4.Arrubal 1.*p*.*diſp*.26.*cap*.6 Suar.1.*p*.*tr*.1. *lib*.2.*cap*.26.*num*.9.& 12. Faſſol. 1.*p*. *quæſt*.12. *art*.8. *dub*.19. Herice 1.*p*. *diſp*.51.*cap*.6.Tann.*tom*.1.*diſp*.2. *q*.6.*dub*.11.Alarcon 1.*p*. *tract*.1.*diſp*.4.*cap*.3.

Quæſt. XII. An potuerit per cognitiones elicitas lumine gloriæ diſcurrere, ex eiſque viſionem beatam colligere? De quo nos tantùm *de ſupernatural*. *d*.55.

Quæſt. XII. An præter ſcientiam beatam habuerit ſcientiam infuſam,qua viderit creata extra Verbum? Hîc S.Thomas *art*.1.*q*.5.*de verit*.*quæſt*.20.*art*.2. *opuſc*.9.*cap*.223.Bonauent.*art*.1.*quæſt*.1.Scot. *quæſt*.3. Bruleſ.*quæſt*.7.Fab.*diſp*.36.Palud.*quæſt*.2.Gabriel *q*.1. Aureol. *quæſt*.1. & 2. Durand. *q*.3. Caietan.Medina, Aluarez, Cabrera, Lorca, Suarez, Vaſquez, Raguſa, Præpoſ.Sylu. & alij cum S.Thom. 3.*p*. *quæſt*.9. *art*.3. Val.*tom*.4.*diſp*.1.*q*.9.*p*.2.& *q*.11.*p*.1.Becan. *tom*.4.*c*.9. *q*.3. Gran. *tom*.4. *controuerſ*.1. *tract*.8. *diſp*.3. *ſect*.1. Lugo *tom*.1. *in* 3.*p*. *diſp*.20. *ſect*.1. Tannerus *tom*.4. *diſp*.1. *q*.5. *dub*.5. Mærat. *de incarnat*. *diſp*.28.

Quæſt. XIV. An ſcientia infuſa ſit habitus à ſpeciebus ſupernaturalibus diſtinctus? Hîc S.Thom. *quæſt*.1.*art*.3.Fab.*diſp*.37. Gabr. *quæſt*.1. Aureol. *q*.3. Caietan. Medina, Aluarez, Cabrera, Lorca, Suarez, Vaſquez, Raguſa, Præpoſ. & alij cum S.Thom. 3.*p*. *q*.12.*art*.5.& 6. Valent. *tom*.4.*diſp*.1.*q*.11.*p*.1. Becan. *tom*.4. *cap*.9. *q*.4. Granad. *tom*.4. *controuerſ*.1. *tract*.8. *diſp*.3. *ſect*.2. Lugo *tom*.1. *in* 3.*p*.*diſp*.20. *ſect*.4.& 5.

Tanner.

Tanner. *tom.4. disp.1. quæst.5. dub.5.* Mærat. *de incarnat. disp.27.& 28.*

Quæst. X V. Quæ nouerit Christus per scientiam infusam? An futura,& mysterium Trinitatis? Hîc Gabriel *quæst.1.* Aureol. *quæst.1.& 3.* Durand. *quæst.3.* Caiet. Medina, Cabrera, Aluarez, Lorca, Suar. Vasquez, Ragusa, Præpos. & alij cum S.Thoma *3.part. q.11.art.1.*Val. *tom.4. disp.1. q.11. p.2.* Becan. *tom.4. cap.9.q.7.&* 8. Granad. *tom.4. controu.1. tr.8. disp.3. sect.4.* Lugo *tom.1.in 3.p.disp.20. sect.2.& 3.*Tanner. *tom.4disp.1.q.5.dub.5.* Mærat. *de incarnat. disp.26.*

Quæst. X V I. Qualis fuerit hæc scientia, an discursiua, & à phantasmatibus dependens? Hic S.Th. *art.3.* Aureol. & Durand. *q.3.* Caiet. Medina, Cabrera, Aluarez,Lorca,Suarez, Vasquez,Ragusa, Præpos. Sylu. & alij cum S. Thoma *3.p. quæst.11. art.2. & 3.* Valent. *tom.4. disp.1. q.11. p.2.* Becan. *tom.4. cap.9. quæst.4. & 5.* Gran. *tom.4. d.1. quæst.5. dub.5.* Mærat. *de incarnatione, disp.29.* Nos *de supernat. disp.55. sect.5.*

Quæst. XVII. An habuerit scientiam acquisitam, in eáque profecerit? Hîc S.Thom. *art.3.q.5. de verit. q.20.art.6.* Alexand. *3.p.q.13. memb.2.* Scot. & Durand.*q.3.*Richard. *art.3.q.2.*Brulef.*q.8.*Bonauent. *art.3. quæst.2.* Palud. *quæst.2.* Gabriel *quæst.1.* Dur. *q.4.* Caiet.Medina,Aluarez, Cabrera, Lorca, Suarez, Vasquez, Ragusa, Præpos. & alij cum S.Thom. *3.p. q.9. art.4. & quæst.12. art.2.* Valent. *tom.4. quæst.9. p.2. & q.12. p.1.* Becan. *tom.4. cap.9. q.6.* Granadus *tom.4. controuers.1.tract.8. disp.4.* Lugo *tom.1. in 3.p. disp.21.* Tann. *tom.4. disp.1. q.5. dub.6.* Mærat. *de incarn. disp.30.*

Quæst.

Quæſt. XVIII. An Chriſto poſſibilis ſit error? De quo *diſtinct. ſequenti, quæſt.* 2.

Quæſt. XIX. An cognitio ſcientiæ beatæ, aut ſcientiæ infuſæ, poſſit in puro homine diuinitùs fieri falſa? De quo nos fusè *de ſupernat. d.* 59. Hurtado 2. 2. *diſp.* 19. nec plures alij.

Quæſt. XX. An Chriſtus habuerit omnipotentiam? Hîc S. Th. *q.* 2. *art.* 4. Alexand. 1. *p. q.* 21. *memb.* 1. *art.* 4. Bonauent. *art.* 3. *q.* 3. Richard. *art.* 5. *q.* 1. Bruleſ. *q.* 9. Guillielm. *q.* 1. Palud. *q.* 3. *art.* 1. Gabr. *q.* 1. Durand. *quæſt.* 4. Alij relati *diſt.* 11. *quæſt.* 4.

Quæſt. XXI. An potentiam obedientialem actiuam ad agendum effectus ſupernaturales? Hîc Bonauent. *in littera, dub.* 4. Paludan. *q.* 3. *art.* 2. Durand. *q.* 4. Alij relati *lib.* 1. *diſt.* 42. *quæſt.* 9.

DISTINCTIO XV.

De hominis defectibus, quos aſſumpſit Chriſtus in humana natura.

DEfectus hominis dicuntur mala ipſius. Quorum alij ſunt corporis, alij defectus animæ. Corporis defectus ſunt mala, quæ anima ſentit medio corpore; vt fames, ſitis, dolorque ſenſibilis. Itaque non dicuntur defectus corporis, quòd corpus illos patiatur ſine anima: nam, vt ait Auguſtinus *lib.* 12. *ſuper Geneſ. c.* 24. corpus non ſentit mala, ſed anima per corpus. Dicuntur ergo defectus corporis, quòd anima illos experiri non poteſt, niſi in corpore, & per corpus, ſenſione ſcilicet corporea. Alij verò ſunt defectus animæ,

mæ, quos anima experitur independenter à corpore experientia ſpirituali, & incorporea, vt timorem, & triſtitiam. Rurſus defectus animæ alij ſunt defectus culpæ, vt peccatum; alij defectus pœnæ, vt triſtitia, ignorantia, difficultas moraliter operandi, & ſimiles, quæ ſine culpa eſſe poſſunt.

2 Prima igitur concluſio eſt: Aſſumpſit Chriſtus plures defectus corporis, & animæ in natura humana, vt oſtenderet ſibi eſſe verum corpus, & veram animam. Nam Chriſtus aſſumpſit humanitatem paſſibilem, in qua experiebatur plura mala corporis, & famem, ſitim, dolorémque ſenſibilem: item animæ mala, vt timorem, & triſtitiam. Ergo.

3 Secunda concluſio: Non aſſumpſit Chriſtus omnes defectus naturæ humanæ; ſed eos tantùm, qui expediebant ad munus Redemptoris. Nam in primis non aſſumpſit defectus culpæ. Deinde, ex defectibus pœnæ non aſſumpſit ignorantiam, & difficultatem benè moraliter operandi, quas homo experitur propter culpam Adæ, ſine culpa perſonali. Nam, vt ait Auguſtinus *lib. 3. de lib. arbitrio, cap.* 18. ignorantia inuincibilis, & difficultas bonæ actionis non ſunt culpa, ſed pœna hominis damnati. Potuerunt quidem hi defectus præcedere in homine ante culpam, quin eſſent pœna; cæterùm, quia re ipſa non præceſſerunt, & ſolius culpæ causâ exiſtunt, ideò inter pœnas recenſentur: ſicut defectus gratiæ iuſtificantis pœna eſt; quia modò ſola culpa cauſa eſt talis defectus, quamuis poſſit præcedere omnem culpam, quin ſit pœna.

4 Obiicitur Leo Papa *epiſt.* 10. *ad Flauianum, & ſerm. ſecundo de Natiuitate Domini*, dicens: *Quod Dominus noſter in ſe ſuſcepit omnia infirmitatis noſtræ*

præter

præter peccatum. Ergo præter peccatum nullus est defectus naturæ humanæ, qui non sit susceptus à Christo. Exponitur Leo; quòd suscepit Deus præter peccatum omnes defectus conuenientes muneri Redemptoris. Plures enim defectus sunt, quos non suscepit, nec expediebat suscipere, vt ignorantiam, difficultatem benè agendi, variaque morborum genera, à quibus immunis omninò fuit.

5 Tertia conclusio: Defectus naturæ humanæ, dolorem sensibilem, passionem, timorem, tristitiam, & similes suscepit Christus cum omni proprietate veros, & non putatiuos, & quoad similitudinem solum, vt plerique Hæretici effutiuerunt. Primò, quia sic testatur sacer Textus Esaïæ 53. *Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit*. Vbi expende illud, *verè*. Secundò, quia sic exponunt Ecclesiæ Patres Scripturas, quæ hos defectus Christo adscribunt, vt illud Psal. 87. *Repleta est malis anima mea*, hoc est, doloribus, vt August. exponit. De quibus agens Hieron. tom. 4. in explicatione fidei ad Damasum: *Passus est Filius Dei non putatiuè, sed verè*. Item illud Matth. 26. & Ioan. 13. *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste*. Quod exponens Ambros. lib. 2. de fide, cap. 3. *Timet ergo Christus, dum Petrus non timet. Vtrumque verum est, & rationis plenum*. Item, illud Matth. 26. & Marci 14. *Tristis est anima mea vsque ad mortem*. Cuius tristitiæ veritatem probat Augustinus *tom. 8. in expositione 2. ad Psalm. 21.* ad illud: *Clamabo, & non exaudies*, hoc argumento: *Si enim tristis non fuit, cùm Euangelista dicat: Tristis est anima mea. Ergo, & quando dicit, dormiuit Iesus, non dormiuit; vel quando dicit, manducasse, non manducauit: & ita nihil sanum*

sanum relinquitur, vt dicatur etiam, quia corpus eius non erat verum. En nihil humanitatis potest tribui Christo verum, si hos defectus non tribuimus veros. Tertiò probatur: quia Christus suscepit veram naturam humanam, veréque passibilem, & mortalem. Ergo etiam veros defectus sequentes conditionem talis naturæ.

6 His obiicitur primò Augustinus *suprà* dicens, Christum verè non timuisse mori: siquidem Paulus non timuit; sed ardebat dissolui, & esse cum Christo. Secundò, Hieronymus *comment. Matthæi* 26. dicens: *Erubescant, qui putant, Saluatorem timuisse mortem, & passionis pauore dixisse: Transeat à me calix iste.* Tertiò, Hilarius *lib.* 10. *de Trinitate, ante medium,* tradens, ictus, & vulnera sic in Christum incidisse, vt passionis dolorem non incuterent; sicut telum tractum per aërem, vel aquam, aliáve corpora doloris incapacia. Respondetur: Hi Patres non diffitentur in Christo verum timorem, verum dolorem, verámque tristitiam, cùm aliis in locis *suprà*, hos defectus fateantur veros. Tantùm igitur volunt, Christum non sustinuisse illos, sicut nos; vel, quia in Christo non subuertebant rationis imperium, nec eum à rectitudine detrahebant, sicut in nobis: quare in nobis *passiones,* in Christo verò *propassiones* sunt. Secundò, quia nos necessitate, & coacti patimur illos; Christus verò voluntate, & libera diuertendi potestate. Tertiò, quia in nobis causa illorum defectuum peccatum est: in Christo verò non est peccatum, sed amor nostræ libertatis à peccato.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Christus susceperit, susciperéve potuerit defectum culpæ? Hîc S. Thomas *q.*1.*art.*1. Bonauent. *art.*1.*quæst.*2. Richard.*q.*3. Alij relati *dist.*1. *quæst.*7. *&* *dist.*12. *quæst.*3.

Quæst. II. An Christus potuerit suscipere ignorantiam, aut errorem? Hîc S.Thom. *quæst.*1. *art.*3. Bonau. & Richard. *art.*2. *quæst.*1. Argentinas *quæst.*1. *art.* 2. Brulef. *quæst.*4. Fab. *disp.*30. Caiet. Medina, Aluar. Cabrera, Lorca, Suar. Vasquez, Ragusa, Præpos. & alij cum S.Thoma 3.*part.* *quæst.*15. *art.*3. Valent. *tom.*4. *disp.*1. *q.*15. *p.*1. Granad. *tom.*4. *contr.*1. *tract.*11. *disp.*3. Lugo *tom.*1. *in* 3.*p.* *disp.*21. *sect.*3. Tanner. *tom.*4. *d.*1.*quæst.*5. *dub.*8.

Quæst. III. An Christus potuit habere difficultatem, & moralem impotentiam peccandi? Hîc S.Th. *quæst.*1. *art.*2. Bonauent. *art.*1. *quæst.*1. Richard. *q.*3. Attingunt Caietan. Medina, Aluarez, Cabrera, Lorca, Suarez, Vasq. Ragusa, Præpos. & alij cum S.Thom. 3.*p.q.*14.*art.*4. Vide quod attigimus *dist.*13.*quæst.*15.

Quæst. IV. An potuit suscipere fomitem peccati? Hîc S.Thom. *quæst.*1. *art.*2. Bonauent. *art.*1.*quæst.*2. Richard. *quæst.*3. Fab. *disp.* 30. Caietan. Medina, Aluarez, Cabrera, Lorca, Suarez, Vasquez, Ragusa, Præposit. & alij cum S.Thom.3.*p.q.*15.*art.*2. Valent. *tom.*4.*d.*1.*q.*15.*p.*3. Granad.*tom.*4.*controu.tract.*10.*d.*4. Becan. *tom.*4. *cap.*12.*q.*5. Lugo *tom.*1. *in* 3.*p.* *disp.*26. *sect.*4. Mærat. *de incarnat.* *disp.*36. Tann. *tom.*4. *d.*1. *quæst.*5. *dub.*8.

Quæst. V. An suscepit veram tristitiam? Hîc S. Thom.

Thom.*q.*2.*art.*2.*de verit.q.*26.*art.*8. Alexand. 3.*p.q.*5. *memb.*2.Bonauent.*art.*2.*q.*2. Scot. Argent. Baccon, & Gab.*q.*1.Richard.*art.*3.*q.*1.Brulef.*q.*5.Durand. & Palud.*quæst.*2.Fab.*disp.*39. Caiet. Medina, Cabrera, Aluarez,Lorca,Suarez, Vasquez,Ragusa, Præpos. & alij cum S.Tho. *q.*15.*art.*6. Valent.*tom.*4.*disp.*1.*q.*15.*p.*4. Granad. *tom.*4.*controu.*1. *tr.*10. *disp.*4. Becan. *tom.*4. *cap.*12.*q.*6.*&* 7. Lugo *tom.*1. *in* 3. *p. disp.*22. *sect.*2. Mærat. *de incarnat. disp.*37.Tanner.*tom.*4. *disp.*1. *q.*5. *dub.*8.

Quæst. VI.An timorem,& quem?Hîc S.Thom.*q.*2. *art.*2.Bonauent. *in lit.dub.*3. Durand. *q.*2. Caiet. Medina, Aluarez, Cabrerà,Lorca,Suar.Vasquez,Ragusa, Præpos.& alij cum S.Th.3.*p.q.*15.*ar.*7.Val.*tom.*4.*d.*1. *q.*15.*p.*4.Granad *tom.*4.*tr.*10.*d.*4.Becan.*tom.*4. *cap.*12. *q.*8. Lugo *tom.*1.*in* 3.*p.d.*22.*sect.*3. Mærat. *de incarnat. d.*37.Tanner.*tom.*4.*disp.*1.*quæst.*5.*dub.*8.

Quæst. VII. An passiones, & dolores sensitiui, & corporei potuerint esse in Christo intrinsecè supernaturales? Nos fusè *d.*44.*sect.*9.*& seq.de supernat.* Attingunt Granad.*tom.*2.*controu.*5.*tr.*1.*d.*3.*n.*8. *& controu.*8.*tr.*3.*disp.*2.*n.*19.Salas *tom.*2.*in* 1.2.*tr.*11. *disp.*6. *sect.*4. *n.*55. Molina *in concord. disp.*42. Medina 1. 2. *q.*63.*ar.*3.*fine.*Lorin.*in. Ps.*83.*vers.*3. Lorca *de virtut. disp.*16.*memb.*3.*fine.*

Quæst. VIII. An passio,& dolor exterior Christi contulerit ad meritum, & satisfactionem distinctam à merito, & satisfactione affectus interni? Hîc S.Th. *q.*1.*art.*1.Bonau.*art.*1.*q.*1.Richard.*q.*2.Gabr. Scot. & Durand.*q.*1.Alij relati *lib.*2.*dist.*35.*q.*4.

Quæst. IX. An,& quomodo fuerit communicatio idiomatum inter Deum, & hominem, quoad defectus

naturæ humanæ, & perfectiones oppositas naturæ diuinæ? Hîc S.Thom. *q.2.art.1.* Alij relati *dist.7. q.2.*

Quæst. X. An, & quomodo passiones sensitiuæ Christi subiacuerint ipsius libertati? Hîc S. Thom. *q.1.art.3.* Bonau. & Richard. *q.3.* Gabr. Palud. & Dur. *q.1.* Caiet. Med. Gabrer. Aluarez, Lorca, Suar. Vasq. Ragusa, Præpos. & alij cum S.Th. *3.p.q.14.art.2.* & *3.* Valent. *tom.4.disp.1.q.14.p.1.* Granad. *tom.4. controu. 1.tr.10. disput.4.* Mærat, *de incarnat. disp.37.* Tanner. *tom.4.disp.1.q.5.dub.8.*

DISTINCTIO XVI.

An in Christo fuerit necessitas patiendi, & moriendi, quæ est defectus generalis?

NOn est dubium, Christum suscepisse aptitudinem patiendi, atque moriendi, cùm naturam susceperit passibilem, atque mortalem. Difficultas est, an etiam susceperit patiendi, atque moriendi necessitatem, quæ nostræ competit naturæ, & ab aptitudine passionis, & mortis distinguitur? Quippe ante peccatum conueniebat homini aptitudo patiendi, atque moriendi; tamen non conueniebat necessitas, quam solum peccatum induxit. Ratio dubitandi est: quia Christus passus est, & mortuus voluntate, & non necessitate, scilicet, quia ipse voluit. Ergo non accepit necessitatem moriendi.

2 Prima conclusio est: Christus suscepit necessitatem patiendi, atque moriendi liberâ suâ voluntate, nulláque suscipiendi necessitate. Scilicet, Christus subiectus

ſubiectus fuit cauſis naturalibus neceſſariò inducentibus paſſionem, & mortem. Cæterùm hæc ſubiectio voluntaria, & libera fuit Chriſto : quia ipſe illam voluit, potens, ſi vellet, diuertere. Primò, quia omni modo neceſſitas paſſionis, & mortis contracta eſt per peccatum. At Chriſtus à peccato immunis fuit. Ergo ſola ſua voluntate, non naturæ conditione, & neceſſitate, moriendi neceſſitatem contraxit. Secundò, quia Gloſſa ad illud Hebr. 9. *Statutum eſt hominibus ſemel mori*, ſic habet : *Sicut hominibus aliis, & iure, & lege naturæ ſtatutum eſt ſemel mori : ita & Chriſtus eadem neceſſitate, & iure naturæ ſemel oblatus eſt, & non ſæpè.* Itaque, quia Chriſtus voluntariè oblatus eſt, libera fuit ipſi mors, & paſſio : quia verò voluit parêre legi, & iuri naturæ nunc vitiatæ, ex tali ſuppoſitione neceſſaria iam fuit. Fuit itaque radicaliter libera, proximè verò neceſſaria. Tertiò, quia Chriſtus voluntariè ſuſcepit defectus naturæ humanæ conferentes in redemptionem hominum. Inter hos autem defectus exiſtit neceſſitas patiendi, atque moriendi. Ergo voluntariè illam ſuſcepit.

3 Secunda concluſio : Chriſtus ſuſcepit aliquid de omni ſtatu naturæ humanæ. Nam ſtatus naturæ humanæ quadruplex eſt : primus innocentiæ ante peccatum ; ſecundus, peccati, & pœnæ ante gratiam ; tertius, gratiæ, quartus, gloriæ. At de primo ſtatu accepit Chriſtus immunitatem à peccato ; de ſecundo, aliquas pœnas ; de tertio, plenitudinem gratiæ ; de quarto verò, impotentiam peccandi, & claram intuitionem Dei : nam, licèt Chriſtus fuerit viator, etiam ſimul fuit comprehenſor. Ergo de omni ſtatu aliquid Chriſtus ſuſcepit.

QVÆSTIONES.

Quæst.I. An mors, & passio fuerit Christo necessaria, an libera, & quomodo? Hîc S.Thomas *quæst*.1. *art*.2.& 3. Bonauent.*art*.1.*q*.3.Scot.Dur.Argent. Palud. & Gab.*q*.1.Richard.*q*.2 Brulef. *q*.3. Fab. *disp*.41. Alij relati *dist.præced.quæst*.10.

Quæst. II. An Christo fuerit impositum præceptum moriendi? Hîc attingit Scot.*q*.2.Lorca *in* 3.*p*. *disp*.63.Medina *in* 1.2.*quæst*.114.*art*.1.Suarez *tom*.1. *in* 3.*p.disp*.43.*sect*.3.Vasquez *disp*.74.*cap*.4. Valentia *tomo* 4.*disp*.1.*quæst*.19.*p*.2.Fonseca 6.*Metaphys.cap*.2. *quæst*.5.*sect*.12. Tolet. & Maldonat. *in cap*.10. *Ioan*. Lugo *tomo* 1.*in* 3.*p*. *disp*.26. *sect*.8. Velasquez *in c*.2. *ad Philip.vers*.4.Mærat. *de incarnatione disp*.44. *sect*.1. Granad.*tomo* 4.*controuers*.1.*tr*.13.*disp*.3.*sect*.1.Albert. *tom*.1.*ex* 5.*princip.corol*.3.*dub*.1.& 2.Moncæus *disp*.9. *cap*.27. Cabrera *in* 3.*p*. *quæst*.18. *art*.4.*disp*.4. Tann. *tom*.4.*disp*.1.*q*.6.*n*.138.

Quæst. III. An cum præcepto mortis stet in Christo libertas? De quo relati *dist*.12.*q*.4.

Quæst. IV. An in morte,& passione Christi fuerit aliquod meritum distinctum à merito affectus interni acceptantis mortem? Hîc Gabr.*q*.1. Scot.*q*.2.Alij relati *lib*.2.*dist*.35.*q*.4.

Quæst.V. An passibilitas, & mortalitas Christi decreta fuit à Deo priori, atque eodem decreto, quo decreta fuit substantia incarnationis; scilicet, an substantia ante peccatum, & passibilitas post peccatum? De quo relati *dist*.1.*q*.6.

Quæst. VI. An Christus susceperit passionem timoris,

moris, atque tristitiæ, & alias pertinentes ad portionem rationis? Hîc Bonauent. *art.2.q.2.& in lit. dub.3.* Scot. & Brulef. *q.1.* Richard. *q.2.* Aureol. *q.2. ar.3.* Alij relati *dist. præced. q.2. & sequent.*

Quæst. VII. An gloria, & claritas corporis, quam Christus retraxit ratione passibilitatis, & restituit in Transfiguratione, & Resurrectione, fuerit intrinsecè naturalis, an intrinsecè supernaturalis. Hîc S. Th. Dur. & Palud. *q.2.* Nos *de supernat. d.44. sect.10.* Rich. *in 4. dist.49. ar.4. q.6.* Scot. *q.15.* Sotus *q.4. ar.8.* Parisiens. *1. de vniuers. p.2. fol.162. col.2.* Suarez *tom.2. in 3. p. disp. 32. sect.1. & disp.48. sect.2.* Salas *1.2. tr.2. disp.14 sect. 16. n.130.* Thireus *lib. de Transfiguratione, n.23. & seq.*

Quæst. VIII. An Christus susceperit ex quarto statu naturæ impotentiam peccandi? De quo relati *dist.1. q.7. & dist.12. q.3.*

Quæst. IX. An ex quarto statu naturæ susceperit visionem beatam, & qualem? De quo relati *distinct. 13. quæst.13.*

Quæst. X. An ex tertio statu naturæ susceperit plenitudinem gratiæ? De quo relati *dist.13. q.1. & seq.*

DISTINCTIO XVII.

Si omnis Christi oratio, vel voluntas expleta sit?

RAtio dubitandi est, quia Christus voluit, & orauit Patrem, vt à se auerteret calicem passionis, Matth. 26. *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste.* Tamen hæc oratio, & voluntas Christi expleta non

FF 3 fuit.

fuit. Ergo aliqua oratio, & voluntas Christi non fuit expleta.

2 Conclusio est: Quod Christus orauit, & voluit voluntate humana sensualitatis, semper expletum non fuit. Pro quo præmitto, in Christo non fuisse vnam tantùm voluntatem, sed duas; alteram diuinam, & alteram humanam. Tum, quia Christus habuit duplicem naturam rationalem, diuinam scilicet, & humanam. Omnis autem natura rationalis prædita est voluntate sibi respondente, & propria. Tum, quia ita definitum est in Synodo Constantinopolitana aduersùs Macarium Archiepiscopum, constituentem simplicem voluntatem in Christo. Tum, quia ita frequenter docent Ecclesiæ Patres aduersùs Eutychianos eidem adhærentes errori, vt perspicuis testimoniis tradunt Beda, Hieronymus, Augustinus, & Ambrosius *in hoc text.* §. *Ex affectu ergo*; quorum vna sententia est, in Christo, præter voluntatem diuinam, admittendam quoque humanam. Prætereà præmitto, voluntatem humanam duplex affectuum genus elicere, alterum rationis, sensualitatis alterum. Affectus rationis sunt, qui diriguntur ex ratione, & bonum respiciunt conueniens naturæ humanæ, prout rationalis est: affectus sensualitatis, qui diriguntur ex notione sensitiua, & bonum respiciunt conueniens naturæ humanæ, prout sensitiua est. Nam, cùm natura humana sit rationalis, & sensitiua, affectus habet expetentes bona suæ naturæ, prout rationali, & sensitiuæ conuenientia. Quod in viris sanctis experimento cernitur, qui affectu rationis volunt pro Christo mori, & affectu sensualitatis refugiunt

giunt mortem : quia mors suscepta pro Christo, bona est naturæ humanæ, prout rationali; mala verò naturæ humanæ, prout sentienti. Sic censet Augustinus *tom.9.tr.*123.de Petro,& *epistola* 120.*c.6.* de Paulo vtrunque, scilicet, affectu rationis voluisse; affectu verò sensualitatis noluisse mortem. Igitur similes affectus agnoscendi sunt in Christo, qui etiam, cùm rationalis, & sensitiuus fuerit, fragilitati suæ naturæ concessit recusare mortem affectu consulenti bono sensualitatis; quam tamen expetebat ardenter affectu consulenti bono rationis. Quod ratio dubitandi conuincit. Ergo, cùm is affectus fugiendi mortem expletus non sit, aliquis fuit in Christo affectus, qui non fuit expletus.

3 Sed obiicitur primò. In Christo caro non concupiscit aduersùs spiritum: nam *hoc nonnullum vitium est*, vt ait Augustinus *lib.* 19. *de ciuitate, cap.*4. At si affectu sensualitatis vellet aliquid, quod nollet spiritus rationis, caro concupisceret aduersùs spiritum. Secundò, quia frustrà petitur, quod præscitur non concedendum. Christus autem præsciebat, non vitandam esse suam mortem. Tertiò, quia secundùm Ambrosium *lib.2.de fide, cap.* 3. Christus dubitauit de affectu Patris, an posset, aut vellet vitare suam mortem, vt indicant illa verba: *Pater, si possibile est.* At Christus velle non poterat, quod dubitabat impetrandum à Patre. Quartò, quia secundùm Hilarium *lib.* 10. *de Trinitate, ante medium,* Christus non orauit, vt à se transferretur calix Passionis; sed vt eius amaritudo leuaretur in suis discipulis, quos præsciebat mactandos morti. At hoc re ipsa obtinuit, cũ absque horrore mortis illã obierint.

Ergo non voluit, nec orauit quidquam, quod à Patre factum non sit.

4 Ad primum respondetur: In Christo caro non concupiscit aduersùs spiritum. Nam tunc caro aduersùs spiritum concupiscit, cùm anima in carne appetit aliquid, quod spiritus prohibet concupisci. At in Christo non prohibebat spiritus, vt anima secundùm carnem concupisceret vitam; sed potiùs id spiritus præscribebat, vt argumenta darentur veræ humanitatis in Christo. Ad secundum: Orabat Christus prudenter, quod præsciebat non impetrandum à Patre: quia simul nouerat velle Patrem orationem suam, & eam expedire, vt homines docerentur orare, cùm tribulationibus premerentur; & diuinæ voluntati humanam conformare, cùm optata bona negarentur. Ad tertium: Christus non dubitauit re ipsa de potestate, aut affectu Patris; sed personam tantùm dubitantis gessit, vt suam humanitatem hominibus persuaderet. Ad quartum: Hilarius pia consideratione accipiendus est, ne si verba eius iuxta scopum argumenti intelligantur; cogitetur, docuisse aliquid cæteris Ecclesiæ Patribus contrarium. Sanum tamen eorum sensum, & conclusioni consonum Magister non exponit.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Christi animus possit reddi volens per actus voluntatis diuinæ? De quo relati *dist*. 14. *q*. 1.

Quæst. II. An in Christo sint duæ voluntates rationales? Hîc S. Th. *q*. 1. *art*. 3. *opusculo* 3. *cap*. 239. Alex. 3. *p*. *quæst*. 15. *membr*. 1. Bonauent. *art*. 1. *quæst*. 2. Scot. Richard. Durand. Palud. Argent. Gabr. *q*. 1. Caietan. Medina,

Medina, Aluarez, Cabrera, Lorca, Suarez, Vazquez, Ragusa, Præposit.& alij cum S.Thoma 3.*p.quæst*.18. *art*.3.Val.*tom*.4.*disp*.1.*q*.18.*p*.1. Becan.*tomo* 4.*cap*.13. *q*.1.Granad.*tomo* 4.*controu*.1.*tract*.13.*d*.1. Lugo *tom*.1. *in* 3.*p*.*d*.25.Mærat.*de incarnat*.*d*.41.Tanner.*tom*.4.*d*.1. *q*.6.*dub*.3.

Quæst. III. An voluntas humana Christi potuerit aliquo affectu licito, saltem inefficaci, aut conditionato, discordare à diuina? Hîc S. Thomas *quæst*.2. *art*.2.*opuscul*.3.*cap*.239. Alex.3.*p*.*q*.15. *membr*. 2. Bonauent.1.*quæst*.3. Richard.*q*. 2.& 3. Argent. *q*.1.*art*.2. Brulef. *q*.3.Gabr.Palud.& Durand.*q*.1.Caietan.Medina, Aluarez, Cabrera, Lorca, Suar. Vazq. Ragusa, Præposit.& alij cum S.Thoma 3.*p.quæst*.18.*art*.6. Valentia *tom*.4.*disp*.1.*q*.18.*p*.2. Becan. *tomo* 4. *cap*.13.*q*.3. & 4. Granad. *tom*.4.*tract*.13.*d*.1. Lugo *tom*. 1. *in* 3. *p*.*d*.25.Mærat.*de incarnat*.*d*.42.Tanner.*tom*. 4.*d*.1.*q*.6. *dub*.3.

Quæst. IV. An cum notitia euidenti decreti efficacis Dei de actu Christi, neque præcepto, neque consulto, componatur libertas ad omittendum eum actum quoad substantiam, etiamsi non fuerit ea libertas ad actum præceptum? De quo vtrinque varia argumenta confici possunt, præsertim si notitia decreti Dei ponatur Christo non libera.

Quæst. V. An sit libertas in Christo ad contraueniendum voluntati diuinæ præcipienti? Hîc in genere relati *q*.3. in specie verò relati *dist*.12.*q*.2.3.& 4.

Quæst. VI. An sit libertas ad contraueniendum voluntati diuinæ consulenti? Hîc in genere relati *q*.3. in specie verò relati *dist*.12.*q*.5.

Quæst. VII. An fuerit in Christo, esséve potuerit

aliqua rebellio appetitus sensitiui aduersùs spiritum? Hîc Bonau.*ar.*1.*q.*3.S.Thom.*ar.*2.*q.*2.Gab.*q.*1.Lugo *tom.*1.*in* 3.*p.d.*22.*sect.*1.Vazq.*d.*61.*c.*8. Mærat. *de incarnat.d.*16.Alij relati *dist.*15.*q.*10.

Quæst. VIII. An fuerint in Christo motus appetitus anteuertentes libertatem? Hîc in genere relati *q.*7.in specie verò relati *distinct.*15.*q.*10.

Quæst. IX. An omnis Christi oratio exaudita sit? Hîc S.Th.*q.*3.*ar.*3.*opusc.*3. *c.*240. Alexand.3.*p.q.*16. *memb.*2.Bonauent.*art.*2.*q.*2. Richard.*art.*2.*q.*4. Paludan.*q.*2.Dur.*q.*3.Guillelmus,& Gabr.*q.* 1. Brulef.*q.*5. Caiet.Medina,Cabrera, Aluarez, Lorca, Suar. Vazq. Ragusa,Præposit.& alij 3.*p.q.*21.*art.*4.Becan.*tom.*4.*c.* 13.*q.*5.Valent.*tom.*4.*d.*1.*q.*21.*p.*2.Granad.*tom.*4.*contr.* 1.*tr.*15.*d.*4.Lugo *tom.*1.*in* 3.*p.d.*27.*sect.*4. Mærat. *de incarnat.d.*49.Tanner.*tom.*4.*d.*1.*q.*7.*dub.*2.

Quæst. X. An in Christo fuerit, aut esse potuerit dubitatio de aliquo? Hîc Bonau.*in litt.dub.* 3. S.Th. *ar.*4.Gab.*q.*1.Lugo *tom.*1.*in* 3.*p.d.*21.*sect.*3.& alij relati *dist.*15.*q.*2.

DISTINCTIO XVIII.

Si Christus meruit sibi, & nobis: & quid sibi & quid nobis?

PRima conclusio: Christus meruit sibi corporis immortalitatem, animæ impassibilitatem, & nominis Dei claritatem. Probatur ex illo Pauli ad Philip. 2.

Christus

Christus factus est obediens vsque ad mortem: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Vbi merito humilitatis, & obediẽtiæ passionis tribuitur exaltatio Resurrectionis Christi. At hæc exaltatio consistit in corporis immortalitate, in animæ impassibilitate, & nominis Dei claritate. Ergo hæc sibi meruit humilitate, & obedientia passionis. Illustrat Augustinus *tract*. 104. *in Ioannem*, ad illud cap. 17. *Clarifica filium tuum*, dicens: *Vt Christus Resurrectione clarificaretur, priùs humiliatus est passione. Humilitas claritatis est meritum; claritas humilitatis est præmium.* Item, Ambrosius *tom*. 4. in eum locum Pauli: *Quid, & quantum humilitas mereatur, hîc ostenditur.* Ergo negandum non est, ea dona sibi meruisse Christum.

2 At quæres primò: Quomodo Christus meruerit nomen Dei, cùm Christus re ipsa fuerit, vocatúsque sit Deus ante passionem independenter à merito? Secundò, an Christus meruerit tale nomen sibi, quà Deo; an sibi, quà homini? Tertiò, an impassibilitas per affectus tristitiæ, timoris, & similes concessa sit animæ Christi post mortem ante Resurrectionem corporis, an simul cum illa? Quartò, an Christus post mortẽ fuerit melior, aut beatior, quã ante illam? Ad primã quæstionem respondetur: Christus dicitur meruisse nomen Dei, nõ quia illud non haberet seorsim à merito; sed, quia manifestationẽ, & venerationẽ illius apud homines obtinuit merito. Ad secundam August. *lib*. 2. *contra Maximinum, cap*. 2. & 5. respondet, tale nomen donatum esse homini, quia in ea forma meruit Christus donari sibi, in qua crucifixus fuit, & passus. Ambrosius *tom*. 4. *in locum Pauli ad Philip*. 2. ait, donatum esse illud nomen Deo,

Deo,& non homini. Componuntur Patres. Quippe Augustinus loquitur de donatione gratuita temporali, & extrinseca, quæ Christo vt homini facta est. Ambrosius verò de donatione naturali,æterna, & intrinseca, quæ facta est Christo, vt Deo. Ad tertiam: Nihil expressum habemus apud sactos Scriptores, & Ecclesiæ Patres; ideoque impassibilitas concessa est animæ Christi, aut continuò immediatè post mortem, aut in ipso Resurrectionis instanti, vt non priùs anima impassibilitatem, quàm caro immortalitatem indueret. Ad quartam: Christus post mortem non fuit melior, quàm antè: quia neque sanctitas, neque virtutes cumulatiores fuerunt. Item, neque essentialiter,& absolutè beatior fuit: quia visio Dei, in qua beatitudo consistit, non fuit maior. Secùs integraliter: quia gloria corporis, & alia dona pertinentia ad beatitudinis integritatem de nouo superuenerunt.

3 Secunda conclusio: Christus ea dona sibi meruit à primo conceptionis instanti. Probatur: quia Christus à primo conceptionis instanti habuit virtutum habitus & actus, quos habuit in vltimo instanti passionis, tam obedientiæ, quàm charitatis. Aliunde valor meriti tantus inest vni actui Christi, quantus pluribus, cùm hic valor sit infinitus, & augeri non possit. Ergo,quæ Christus meruit tempore Passionis, meruit etiam momento conceptionis. Confirmatur: Christus meruit in primo instanti conceptionis. At non meruit sibi augmentum gratiæ, & gloriæ essentialis, aut virtutum: quia in his Christus non profecit. Ergo meruit sibi ea dona, quæ corporis Resurrectione obtinuit. Illustrat Gregorius *lib. 1. super Ezech.*

Ezech.hom.6. paulò post initium, dicens: *Non habuit omninò Christus, iuxta animæ meritum, quo potuisset proficere.* Ergo idem prorsus meritum, ac per consequens etiam præmium conuenit Christo in primo, & vltimo instanti vitæ: idem, inquam, quoad valorem meriti, licèt non quoad numerum: nam merita Christi potuerunt esse plura; sed non maiora.

4 Tertia conclusio: Ea dona, quæ Christus obtinuit merito, potuit absque merito possidere. Nam Christus potuit assumere humanitatem impassibilem, & immortalem, suámque Diuinitatem aliter hominibus manifestare. Item, potuit ea adipisci per meritum, quin interueniret passio: nam ad ea obtinenda idem valor inerat aliis virtutum actibus, qui tolerantiæ passionis. Potuit igitur ea adipisci meritoriè per actus charitatis, aut misericordiæ, quin cruor passionis accederet. Cæterùm, ex suppositione, quod Christus extitit passibilis, & mortalis, ac per consequens viator, non potuit non esse meritum ad ea dona impetranda; quia actus virtutum eliciti à Christo viatore, passibili scilicet, & mortali, intrinsecè meritorij sunt.

5 Quarta conclusio: Passionis meritum fuit hominibus necessarium, vt eis esset forma humilitatis, & causa gloriæ, & libertatis. Nam hominum superbia non poterat peruenire ad humiliandum se vsque ad mortem propter Deum, nisi proposito exemplari hominis Dei, qui se vsque ad mortem humiliauit propter homines. Ergo Passio Christi necessaria fuit, vt esset exemplar humilitatis hominibus. Rursus, non poterat homo liberari à peccato, & ingredi regnum gloriæ, nisi humilitas hominis Dei eam libertatem;

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An valor meritorum Christi fuerit infinitus? Hîc Faber *d.44.cap.2.* Caiet. Medina, Aluarez, Cabrera, Lorca, Suarez, Vasquez, Ragusa, Præposit. & alij cum S. Thoma *3.p. quæst.1. art.2.* Valent. *tom.4. disp.1. quæst.1.p.5.* Becan. *tom.4.cap.14.quæst.1.* Granad. *tom.4.controu.1.tr.2.d.2.* Albertin. *tom.1. ex 1. princip. coroll.18.à num.48.* Lugo *tom.1.in 3.p.d.6.* Mæratius *de incarnat.d.6.* Tannerus *tom.4. disp.1. quæst.2. dub.3. & sequenti.* Sotus *lib.3.de natur. & grat.cap.6. & in 4.disp. 19.quæst.2.art.2.* Driedo *de captiuit.c.2.* Vega *lib.7. in Trid.c.8. & 9.* Ioannes Medina *cod.de pœnit.tr.3. q.3.*

Quæst. II. An ad meritum requiratur gratia sanctificans? Hîc Faber *disp.42.* Durand. *q.2.* Caiet. Medina, Conrad. Zumel, Curiel, Montesin. Lorca, Vasquez, & alij *1.2.q.114.art.2. & 3.* Bellarm. *lib.5.de iustific. c.12.* Valentia *tom.2. d.8. q.6.p.3.* Suarez *lib.12. de gratia, c.14.* Granadus *1.2.controuers.8.tract.11.disp.2.* Ragusa *in 3.p.disp.4.propos.2. & 4.* Tannerus *tom.2. disp.6. q.6.dub.2.* Mæratius *de gratia, disp.14.sect.1.*

Quæst. III. An gratia sanctificans tribuens valorem operibus, sit necessariò antecedens opera? De quo Zumel *1.2.q.114.art.2.disp.3.* Lorca *disp.49.dub.incid.* & alij Interpret. S. Th. *ibid.* Sot. *in 4. disp.14.q.6. art.6. & disp.16.q.1.art.1.* Canus *relect. de pœnit. 1.p. §. Ad secundum verò,* Vega *q.6.de iustific.ad 8.argum.* Albert. *ex 1.principio, coroll.18.q.18.* Suar. *lib.12.de gratia, c.28. num.26.* Vasq. *1.2.d.229.n.20.* Granad. *1.2. controu.8. tract.11.disp.2.n.13.* Tanner. *tom.2.d.6.q.6.dub.6.* Mæratius *de gratia, disp.14.sect.5. & d.15.sect.2.*

Quæst. IV. An ex maiori gratia sanctificante cæteris

hominem redimit per mortem suam à culpa, à pœna, & seruitute Diaboli, quatenus illi per suam mortem, iustificationem largitur.

2 Porrò multiplex est modus, quo Christus per suam mortem hominem iustificat. Primò, quia mors Christi obiectiuè nos accendit in dilectionem Dei, per quam iustistificamur. Secundò, quia fides mortis Christi dispositiuè nos iustificat, vt Rom. 3. *Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi.* Item ibidem: *Quem Deus proposuit propritiatorem per fidem in sanguine ipsius.* Id est, per fidem sanguinis, & mortis ipsius: nam, vt olim Hebræi aspicientes in serpentem æneum in ligno erectum, à morsibus serpentum sanabantur: sic nos fidei intuitu intendentes in Christum sublatum in Cruce, à veneno peccatorum liberamur. Tertiò, quia Christus merito mortis suæ per Sacramenta omnes culpas præteritas extinguit, & per yberiora auxilia gratiæ nobis disposita præcauet futura. Nam, licèt post Christi mortem Diabolus impetat hominem; tamen eius impetus debiliores sunt, vt vires nostræ ad eum superandum fortiores. Quare Petrus, qui ante Christum mortuum, voce ancillæ victus fuit, post eum mortuum Regibus, & Præsidibus non cessit. Nam, vt fert parabola Christi Lucæ 11. fortior veniens in domum fortis alligauit fortem, hoc est, Christus habitans corda hominum, quæ Diabolus occupabat, illum omninò compescuit, & superauit. Quod Augustinus *tom. 3. lib. 2. de agone Christiano, cap. 2.* exposuit: *Incideramus enim in principem huius sæculi, qui seduxit Adam, & seruum fecit, cœpitque nos quasi vernaculos possidere; sed venit Redemptor, & victus est deceptor. Tetendit ei muscipulam Crucem suam: posuit ibi quasi escam sanguinem*

suum. Sed quare Deus eripuit hominem à potestate Diaboli factus homo, & mortuus? Vt ereptio hominis non esset violentia, sed iusta. Quippe Diabolus per peccatum acquisiuit ius perdendi hominem, & hoc ius extingui non poterat per aliam satisfactionem, quàm hominis Dei, offerentis pretium redemptionis sanguinem suum.

3 Secunda conclusio: Quamuis tota Trinitas possit dici Saluator hominis; strictiùs tamen, & singularius Christus Saluator fuit. Nam tota Trinitas dicitur saluare hominem, solùm, quia sua potestate homini iustificationem, & salutem largitur. At verò Christus prætereà hominem saluat, quia per suam Passionem pretium nostræ redemptionis exhibuit. Vnde Saluator est, quà Deus, & quà homo. Quà Deus est Saluator potestate iustificandi, communi tribus personis; quà homo verò humilitatis, & Passionis merito, & effectu. Ergo strictiùs, & singulariùs, quàm tota Trinitas, Saluator est.

4 Tertia conclusio: Solus Christus est mediator inter Deum, & hominem. Itaque licèt toti Trinitati competat saluare hominem; soli verò Christo competit mediare inter Deum, & hominem. Tum, quia id testatur Paulus 1. Timoth. 2. *Vnus mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus.* Tum, quia id, quod mediat inter duo extrema, debet complecti aliquid, per quod ab extremis distinguatur, & extremis accedat. At aliæ personæ diuinæ non habent aliquid, per quod distinguantur à Deo, nec per quod hominibus accedant; sicut habet Christus, qui humanitate à Deo distinguitur, & eadem hominibus appropinquat, vti Diuinitate Deo. Erga solus Christus inter

inter Deum, & homines mediator est. Vnde secundùm humanitatem mediare dicitur: quia secundùm illam à Deo distinguitur, & hominibus accedit. Etiam Christus reconciliator dicitur: nam, vt ait Apostolus Rom. 5. *Reconciliati sumus per mortem Christi.* Quippe peccatum inimicitias intulit inter Deum, & homines; & Christus ablato per suam mortem peccato, eas inimicitias subuertit, hominemque in amicitiam cum Deo restituit. Cæterùm hæc reconciliatoris prærogatiua non ita est propria Christi, vt toti etiam Trinitati non conueniat, iuxta illud 2. Corinth. 5. *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.* Quia tota Trinitas operatur iustificationem, in qua reconciliatio consistit. Sola igitur mediatoris conditio propria Christi est, quin cæteris personis sit communis.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An meritum passionis Christi fuerit sufficiens satisfactio pro peccato? Hîc S. Thom. *art.* 1. Bonau. *in lit. dub.* 2. *&* *art.* 1. *quæst.* 1. Richard. Gabr. & Brulef. Scot. Paludan. & Durand. *quæst.* 1. Alij relati *dist.* 18. *quæst.* 1.

Quæst. II. An meritum passionis Christi fuerit necessarium ad satisfactionem pro peccato, quin pura creatura potuerit pro illo satisfacere? Hîc S. Th. *art.* 1. Scot. *q.* 1. Fab. *d.* 47. Item relati *dist.* 18. *quæst.* 15.

Quæst. III. An meritum passionis Christi fuerit infinitum? Hîc Gabr. *q.* 1. Scot. *q.* 1. Fab. *d.* 45. Item relati *dist.* 18. *quæst.* 1.

Quæst. VI. An Christus satisfacerit pro peccato ex iustitia?

iuſtitia? Hîc Bonau. *in littera, dub.*4.*& art.*1.*quæſt.*2. Gabr.*q.*1. Faber *d.*46. Item relati *diſt.*18.*q.*14.

Quæſt. V. An paſſioni externæ competat meritum diſtinctum à merito affectus interni? Hîc Bonauent. *in littera, dub.*2. *& art.*1. *q.*1. Paludan. *q.*2. Alij relati *diſt.*18. *quæſt.*9.

Quæſt. VI. Quanam poteſtate, & ſeruitute Diabolo ſubdantur peccatores? Hîc S. Thomas *art.*2. Bonauent. *in littera, dub.*3.*& art.*1.*q.*2. Vaſquez *tom.*1. *in* 3.*p. diſp.*1.*cap.*1. Alij relati *lib.*2.*diſt.*8. *quæſt.*7.

Quæſt. VII. An dilectio Dei excitata per paſſionem Chriſti ſit forma iuſtificans? De quo relati *lib.*1. *diſt.*17.*quæſt.*5.

Quæſt. VIII. An ſola fides paſſionis ſufficiat ad iuſtificationem? De quo Bellarm. *lib.*1. *de iuſtificat. c.*12.*& ſeq.* Val. *tom.*3. *diſp.*1. *q.*4. *p.*4. Tann. *tom.*2. *diſp.*6.*q.*4.*dub.*3. *& tom.*3. *diſp.*1.*q.*6. *dub.*2. Vaſquez 1.2.*diſp.*210. Caſtro *de hæreſ. verbo*, *Fides* 2. Sotus *lib.*2. *de natura, & gratia, c.*3. *& ſeq.* Vega *in opuſculo de iuſtificat. q.*1. *&* 2. Ruardus *art.*8. Hoſius *in confeſſ. cathol. cap.*60. Suar. *lib.*8.*de gratia, c.*17. Pet. Hurtado 2.2. *diſp.*52.

Quæſt. IX. An forma iuſtificans ſit nobis inhærens, an ſola extrinſeca iuſtitiæ, & paſſionis Chriſti deputatio? De quo relati *lib.*1.*diſt.*14.*q.*15.

Quæſt. X. An formæ inhærenti, quâ per paſſionem Chriſti iuſtificamur, ſit annexa neceſſariò remiſſio peccati? an illi ad remiſſionem peccati nouus fauor Dei per applicationem paſſionis Chriſti neceſſarius ſit? Hîc Palud. *q.*1. *art.*1. & Durand. *q.*1. Caiet. Medina, Curiel, Zumel, Lorca, Conrad. Vaſq. & alij cum S. Thoma 1.2. *quæſt.*113. *art.*2. Suar. *lib.*7. *de*

gratia,

*gratia, c.*12.19. *&* 20. Medina *cod. de pœnitent. q.*12. Mærat. *tom.*2.*tract. de gratia, disp.*9. Tanner. *tom.*2. *disp.*6.*quæst.*5.*dub.*3. Valent.*tom.*2.*disp.*8. *quæst.*5.*p.*2. Bellarm. *lib.*2. *de iustificatione, cap.*16. Lessius *lib.*2. *de summo bono, cap.*1. Coninch 2.2.*disp.*21.*à n.*212. Torres 2.2. *d.*72. *dub.*4. *& opusc.*6. *disp.*2. *dub.*1. Azor. *tom.*1.*lib.*4.*cap.*24.*q.*4.Gran. *tom.*2.*controuers.*8. *tract.*8. *disp.*4.

Quæst. XI. An solus Christus sit mediator inter Deum,& hominem, vel an id munus conueniat aliis personis Trinitatis? Hîc S.Thom. *art.*4.Bonau.*art.*2. *q.*2. Richard. *quæst.*3. *&* 4. Brulef. *q.* 6. Gabr. *q.*1. *dub.*4. Durand. *q.*2. Caiet.Cabrera,Medina, Aluarez, Lorca, Suar.Vasq. Sylu. Præposit. & alij cum S. Th. 3.*p. q.*26.*art.*1.Becan.*tom.*4.*cap.*21.§.2.*&* 3. Tanner. *tom.*4.*disp.*1.*q.*7. *dub.*8. Valentia *tom.*4. *disp.*1. *q.*22. *p.*3.Mærat. *de incarnat. disp.*50.*sect.*2. Gran. *tom.*4. *controuers.*1. *tract.*15. *disp.*5.

DISTINCTIO XX.

Quod alio modo potuit liberare hominem, & quare potiùs isto?

PRima conclusio: Potuit Deus alio modo redimere hominem; tamen redemptio per Christum facta conuenientior fuit. Prima pars probatur: quia potestati infinitæ Dei cuncta subiacent, quæ non repugnant. Probatur posterior: Tum, quia modus redemptionis per Christum fuit aptior ad excitandam hominum charitatem, & spem, quæ

tanta dilectione Dei non possunt non accendi. Tum, quia modo isto superatur Diabolus iustitiâ, non potentiâ. Conuenientior autem modus fuit superare Diabolum iustitiâ, quàm potentiâ. Etenim certo quodam iustitiæ modo traditum est genus humanum ratione peccati in potestatem Diaboli. Æquum autem fuit, vt ius istud extingueretur per iustam compensationem Christi soluentem debita peccati. Porrò iustitia tradendi hominem in potestatem Diaboli, non innitebatur in iure, quod Diabolus acquisierit ad perdendum hominem; sed in iure, quod acquisiuit Deus, vt homo pateretur tyrannidem illius, vbi Deus permisisset Dæmoni, illum in hominem sæuire. Quare Deus, etiamsi vteretur potentiâ, alio modo redimens genus humanum, nullam iniuriam Diabolo irrogasset: quia ille nullo sui iure captiuum tenebat hominem; sed iure solius Dei: ipse enim iniustè inuasit hominem, eúmque seduxit; & homo etiam iniustè se dominio Dæmonis mancipauit, atque adeò tanquam ab iniusto possessore poterat Deus hominem ex eius eripere potestate. At verò post satisfactionem Christi, etiam ius Dei tradendi hominem in potestatem Diaboli acquisitum per peccatum omninò extinctum fuit cum ipso peccato; ideóque Diabolus nullo iure, neque Dæmonis, neque ipsius Dei potest hominem captiuum tenere. Ad hunc ergo finem conuenientior fuit redemptio facta per Christum.

2 Secunda conclusio: Christus redimens per Crucem genus humanum, simul fuit Sacerdos, & hostia pro peccato. Sacerdos fuit: quia ipse obtulit toti Trinitati hostiam reconciliationis nostræ cum Deo. Hostia fuit: quia seipsum, & non aliud obtulit in ara

Crucis

Crucis pretium redemptionis nostræ. Hæc tamen hostia, licèt fuerit sufficiens ad salutem omnium hominum, tamen omnibus hominibus efficax non fuit, sed tantùm prædestinatis, qui re ipsa consequuntur salutem.

3 Vnde Christus non solum traditus fuit in mortem à Iudæis, & Iuda; sed etiam à seipso, & Patre. A seipso fuit traditus: quia Sacerdos fuit sponte se offerens hostiam redemptionis nostræ: à Patre verò, quia volente Patre, & tota Trinitate passus est. Traditus est à Iuda ipsum prodendo; à Iudæis verò tortores instigando. Quo passio Christi, teste Augustino *hom.7. in cap.4. epist.1. Ioannis*, vnum fuit opus Patris, Christi, Iudæorum, & Iudæ; quamuis voluntates, quibus peractum est, fuerint diuersæ. Quippe voluntas Christi, & Patris bona fuit; Iudæorum verò, & Iudæ mala. Quocirca potest esse voluntas mala circa bonum: bonum enim erat, quod Iudæi, & Iudas amabant; cùm idem fuerit, quod Christus, & Pater amauerunt, nempe, passionem Christi in se, & nobis bonam: cæterùm, quia iniquo affectu ferebantur in illud; ideò eorum voluntas mala fuit.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An adeò fuerit congrua Deo reparatio naturæ humanæ per incarnationem, vt non fuerit libera Deo? Hîc S. Thom. *q.1. art.1.* Bonau. *art.1. q.1.* Scot. Gabr. Richard. Durand, Brulef. *q.1.* Mairon. *q.2.* Alij relati *dist.1. quæst.3.*

Quæst. II. An satisfactio Christi pro peccato hominis fuerit ex iustitia? Hîc S. Th. *q.1. art.4.* Bonau.

art.1.*quæst*.2.Richard,*quæst*.3.Argentin. *quæst*.1. *art*.3. Brulef. *q*.2. Gabriel *q*.1.*art*.2. Durand. *q*.1. Alij relati *dist*.18.*quæst*.15.

Quæst.III. An pura creatura possit satisfacere pro peccato proprio, vel alieno? Hîc S. Th. *q*.1. *art*.4. & *q*.3. *art*.1. Scot. *q*.1. Richard. *q*.3. & 5. Brulef. *q*.3. & 4. Durand. *q*.2. Alij relati *dist*.18. *quæst*.15.

Quæst.IV. Quo iure Dæmon subdat suæ potestati peccatorem? De quo relati *dist*. *praced*. *quæst*.6.

Quæst. V. An Christus fuerit verus Sacerdos, & hostia pro peccato? Caiet. Medina, Aluar. Cabrera, Lorca, Sylu. Suar. Vasq. Præpos. & alij cum S. Thoma 3.*p*.*q*.22.*art*.1.& 2. Val. *tom*.4.*disp*.1.*q*.22.*p*.4. Tann. *tom*.4.*disp*.1.*q*.7.*dub*.3.& 4. Gran. *tom*.4.*controuers*.2. *tract*.15. *disp*.3. Becan.*tom*.4. *cap*.22.§.2.& 3.Mærat. *de incarnat*. *disp*.50. Lugo *tom*.1. *in* 3.*p*. *disp*.29. Bellarmin. *lib*.1. *de Missa, cap*.6.

Quæst. VI. An Pater voluerit tradere Christum passioni ante præuisum peccatum Iudæorum? Hîc Bonau. *in littera*,*dub*.4. Carthusian. *q*.2.S.Th.*quæst*.1. *art*.5. Alij relati *lib*.1.*dist*.40.*quæst*.8.

Quæst. VII. An voluntas, qua Chtistus voluit tradere se Iudæis, abstulerit à peccato Iudæorum rationem iniuriæ strictæ? De quo Lugo *tom*.1. *in* 3.*p*. *disp*.3. *sect*.4. Lessius *lib*.2. *de iustitia*, *cap*.7. *dubio* 3. Val.2.2.*disp*.5.*q*.3.*p*.2. Sotus *lib*.3. *de iustitia, quæst*.3. *art*.3. Molina *tom*.1.*de iustitia*,*tract*.1.*disp*.11. Aragon 2.2.*quæst*.59.*art*.3.Mærat. *de iustitia*, *disp*.7. *sect*.1.& 2. Gasp.Hurtado *de incarnat*,*disp*.1. *dif*.20. & *de peccat*. *d*.1. *dif*.7.

DISTIN

DISTINCTIO XXI.

Si in Christo diuisio in morte fuit animæ, vel carnis à Verbo.

SCilicet, an dissoluta vnione corporis cum anima per mortem, dissoluta quoque fuerit vnio corporis, aut animæ cum Verbo? Fuerunt enim, qui voluerunt, in morte Christi dissolutam esse vnionem corporis cum Verbo, licèt vnio animæ cum Verbo integra permanserit. Primò, quia corpus vnitum est cum Verbo, mediante vnione corporis cum anima. At in morte facta est separatio corporis ab anima, vt docet Augustinus *tom.8.conclus.2. in Psalm.*48. Ergo etiam separatio corporis à Verbo. Quod Ambrosius *tom.*4. *in cap.*23. *Lucæ.* expendens clamorem Christi: *Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* confirmare videtur: *Clamat homo separatione Diuinitatis moriturus. Nam mors ibi esse non poterat, nisi vita discederet: quia vita Diuinitas est.* Ergo separatione Diuinitatis vita discessit. Respondetur: vnio corporis cum Verbo pependit ab vnione eiusdem corporis cum anima quoad primam productionem: secus verò quoad conseruationem, vt euincet inferior conclusio. Ambr. verò non iuuat: quia separatio Diuinitatis apud illum exponenda est, sicut derelictio Diuinitatis. Derelictio autem Diuinitatis in Christo pendente in Cruce non fuit dissolutio vnionis cum Diuinitate. Nam, si ea derelictio esset vnionis cum Deo dissolutio, priùs esset dissoluta humanitatis vnio cum Deo, quàm vnio

corporis cum animo : ſiquidem ante mortem, & diſſolutionem vnionis corporis cum animo, clamauit Chriſtus ſe derelictum à Deo. At hoc dici non poteſt : quia aliàs aliquo tempore eſſet Chriſtus viuus, qui cùm eſſet homo, non eſſet Deus. Ea igitur derelictio,& Diuinitatis ſeparatio, non fuit vnionis ſolutio; ſed diuinæ protectionis ſubtractio,qua Chriſtum furori Iudæorum reliquit. Quare dixit Heſychius apud Gloſſam,cap.16.Leuit. *In cœlum tempore paſſionis Diuinitas abiiſſe dicitur,quodammodo virtutem cohibens, vt poſſent impij conſummare paſſionem.* Abſentia igitur, & ſeparatio Diuinitatis tempore paſſionis, cohibitio fuit diuinæ protectionis.

2 Secundò arguunt ex Athanaſio *lib.6. de Beatitudine filij Dei*, ſic aiente : *Maledictus,qui totum hominem,quem aſſumpſit Dei Filius, denuò aſſumptum, vel liberatum, tertia die à mortuis reſurrexiſſe non confitetur.* Si enim in reſurrectione homo denuò aſſumptus fuit.Ergo in morte fuit à Deo dimiſſus. In primis hoc argumentum non ſolùm probat corpus eſſe in morte dimiſſum à Verbo ; ſed etiam animum : quia totus homo, qui in incarnatione fuit aſſumptus,denuò fuit aſſumptus in reſurrectione ; quod tamen aduerſarij diffitentur. Deinde, homo totus de nouo aſſumptus dicitur in reſurrectione : quia ante illam ſolas partes humanitatis retinebat aſſumptas, non verò totam humanitatem : quia partes humanitatis, ſcilicet corpus, & anima, non conſtituunt totum, niſi inter ſe vnitæ. Quia igitur in reſurrectione denuò illæ partes inter ſe vnitæ ſunt,& ideò denuò conuenerunt in compoſitionem totius hominis,ideò verè Athanaſius ait,denuò totum hominē fuiſſe in reſurrectionee aſſumptū.

3 Igitur

3 Igitur conclusio est : In morte Christi non est facta diuisio corporis, aut animæ à Verbo. Primò ex Augustino tractatu 47. in cap. 10. Ioannis : *Mors ad tempus carnem, & animam separauit; sed neutrum à Verbo Dei.* Item tomo 6. lib. de vnit. Trinitat. cap. 14. *Christus in sepulcro carnem suam commoriendo non deseruit.* Secundò ex Ambrosio tomo 2. in libro de Incarnationis Dominicæ Sacramento, cap. 5. *Emisit spiritum, non amisit; pendebat in Cruce, & omnia commouebat*, scilicet virtute Diuitatis sibi vnitæ. Tertiò, ratione desumpta ex Augustino, & Ambrosio. Deus dicitur mortuus, sepultus, & resurgens. At non ratione Diuinitatis, quæ in se mori, sepeliri, & resurgere non potest. Ergo ratione corporis, cui diuinitas erat vnita. Nam animus mortuus non fuit, neque sepultus, aut resurgens, sed solùm corpus. Sicut ergo Deus passus dicitur ratione corporis sibi vniti, quod viuum cum animo patiebatur : sic mortuus, sepultus, & resurrexisse dicitur : quia corpus, cui Deus erat vnitus, mortuum, sepultum, & resurrexisse dicitur. Sic Augustinus *super Psalm.* 130. *& serm.* 3. *in Cœna Domini*, & Ambrosius *in libro de incarnationis Dominicæ Sacramento, cap.* 5. Quare Christus mori, & non mori; pati, & non pati; sepeliri, & non sepeliri; resurgere, & non resurgere dicitur : quia Diuinitate, & carne constabat, & Diuinitas in se non moriebatur, patiebatur, sepeliebatur, aut resurgebat : secùs verò caro vnita Deo, propter quam Deus etiam, & Christus ea idiomata admittebat.

Annotatio.

Annotatio.

ETiam repellitur Magister, quòd in hac distinctione doceat, posse dici de Christo, quod patiebatur, & non patiebatur; moriebatur, & non moriebatur: nam, cùm propositio negatiua sit malignantis naturæ, & totum destruens, admitti verè non potest. Tamen id est verum, cùm eius sensus non constat limitatus esse, & non vniuersalis; & absolutus, vt in præsenti, videlicet, Christum non pati, non mori secundùm Diuinitatem, vt ipse Magister exponit. Quin eum loquendi modum decerpsit Magister ex Ambrosio *libro de Incarnationis Dominicæ Sacramento*, *cap.5. initio*, cuius hæc adducit verba: *Idem ergo Christus patiebatur, & non patiebatur; moriebatur, & non moriebatur; sepeliebatur, & non sepeliebatur; resurgebat, & non resurgebat. Resurgebat secundùm carnem, quæ mortua fuerat; non secundùm Verbum, quod apud Deum manebat.* Excusabilis igitur Magister est.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An mortuo Christo Diuinitas ab humanitate dissoluta sit? Hîc S. Thom. *q.1. quodlibet.2. art.1.* Bonau. *art.1. quæst.1.* Richard. Argentin. Gabr. Brulef. Durand. Scot. Carthusian. *quæst.1.* Alexand. *3.p. quæst.19. membro 1.* Marsil. *in 3.p. q.13. art.1.* Caietan. Suar. Medina, Sylu. & alij cum S. Thom. *3.p. q.50. art.2. & 3.* Tan. *tom.4. disp.2. q.3. dub.2.* Granad. *tom.4. controuers.2. tract.2. comment.22.*

Quæst. II. An Diuinitas duplici vnione, an vnica tantùm

tantùm fuerit vnita corpori, & animæ? Hîc Bonau. *art.*1. *quæst.*3. Richard. *q.*4. Brulef. *quæst.*3. Gabriel *quæst.*1. Becan. *tom.*4. *cap.*2. *quæst.*2. Granadus *tom.*4. *controuerſ.*1. *tract.*4. *diſp.*4. *ſect.*2.

Quæst. III. An vnio corporis, & animæ inter ſe fuerit prior, quàm vnio vtriuſque cum Verbo? De quo relati *diſt.*2. *quæſt.*1.

Quæst. IV. An corpus Christi in triduo mortis induerit formam ſubstantialem cadaueris? Hîc Durandus *q.*2. Marſil. *quæſt.*3. *art.*1. & *quæſt.*13. *art.*1. Henriq. *quodlibet.*2. *quæſt.*2. Scotus *in* 4. *diſtinct.*1. *q.*3. Caietan. Sylu. Suarez, Vaſquez, & alij cum S. Thom. 3. *part. quæſt.*50. *art.*5. Tanner. *tom.*4. *diſp.*2. *quæſt.*3. *num.*34. & 35. Granadus *tom.*4. *controuerſ.*1. *tract.*6. *diſp.*7. Cabrera 3. *p. q.*4. *art.*1. *diſp.*2. & 3.

Quæst. V. An mors Christi exterior fuerit cauſa noſtræ ſalutis in ipſo inſtanti, quo vnio animæ cum corpore diſſoluta eſt? De quo Caietan. Medina, Sylu. Suarez, & alij cum S. Thoma 3. *p. quæſt.*50. *art.*6. Val. *tom.*4. *diſp.*2. *quæſt.*3. *parte* 3. Tannerus *tom.*4. *diſp.*2. *quæſt.*3. *dub.*2. Vbi expende, an extra ſtatum vitæ ſit meritum? De quo relati *diſt.*18. *q.*6. Item, an opus externum augeat valorem affectui interno? De quo relati *lib.*2. *diſt.*35. *q.*4. Rurſus, an mors Christi potuerit in genere cauſæ efficientis operari noſtram ſalutem? De quo relati *lib.*1. *diſt.*42. *q.*9.

Quæſt. VI. An anima in triduo mortis Christi fuerit impaſſibilis? Hîc Bonauent. & Richardus *art.*2. *quæſt.*1. Brulef. *q.*4. Carthuſianus, & Gabriel *q.*1. Suar. *tom.*2. *in* 3. *p. diſp.*43. *ſect.*1. Granadus *tom.*4. *controuerſ.* 2. *tr.*2. *comment.*24. *num.*6. & 7. Medina *in* 3. *p. q.*52. *art.*8. Bellarm. *lib.*4. *de Christi anima, cap.*8.

Quæst.

iuſtitia? Hîc Bonau. *in littera, dub.4. & art.1. quæſt.2.* Gabr. *q.1.* Faber *d.46.* Item relati *diſt.18. q.14.*

Quæſt. V. An paſſioni externæ competat meritum diſtinctum à merito affectus interni? Hîc Bonauent. *in littera, dub.2. & art.1. q.1.* Paludan. *q.2.* Alij relati *diſt.18. quæſt.9.*

Quæſt. VI. Quanam poteſtate, & ſeruitute Diabolo ſubdantur peccatores? Hîc S. Thomas *art.2.* Bonauent. *in littera, dub.3. & art.1. q.2.* Vaſquez *tom.1. in 3. p. diſp.1. cap.1.* Alij relati *lib.2. diſt.8. quæſt.7.*

Quæſt. VII. An dilectio Dei excitata per paſſionem Chriſti ſit forma iuſtificans? De quo relati *lib.1. diſt.17. quæſt.5.*

Quæſt. VIII. An ſola fides paſſionis ſufficiat ad iuſtificationem? De quo Bellarm. *lib.1. de iuſtificat. c.12. & ſeq.* Val. *tom.3. diſp.1. q.4. p.4.* Tann. *tom.2. diſp.6. q.4. dub.3. & tom.3. diſp.1. q.6. dub.2.* Vaſquez *1.2. diſp.210.* Caſtro *de hæreſ. verbo, Fides 2.* Sotus *lib.2. de natura, & gratia, c.3. & ſeq.* Vega *in opuſculo de iuſtificat. q.1. & 2.* Ruardus *art.8.* Hoſius *in confeſſ. cathol. cap.60.* Suar. *lib.8. de gratia, c.17.* Pet. Hurtado *2.2. diſp.52.*

Quæſt. IX. An forma iuſtificans ſit nobis inhærens, an ſola extrinſeca iuſtitiæ, & paſſionis Chriſti deputatio? De quo relati *lib.1. diſt.14. q.15.*

Quæſt. X. An formæ inhærenti, quâ per paſſionem Chriſti iuſtificamur, ſit annexa neceſſariò remiſſio peccati? an illi ad remiſſionem peccati nouus fauor Dei per applicationem paſſionis Chriſti neceſſarius ſit? Hîc Palud. *q.1. art.1.* & Durand. *q.1.* Caiet. Medina, Curiel, Zumel, Lorca, Conrad. Vaſq. & alij cum S. Thoma *1.2. quæſt.113. art.2.* Suar. *lib.7. de gratia,*

gratia, *c*.12.19. & 20. Medina *cod. de pœnitent*. *q*.12. Mærat. *tom*.2.*tract. de gratia*, *disp*.9. Tanner. *tom*.2. *disp*.6.*quæst*.5.*dub*.3. Valent.*tom*.2.*disp*.8. *quæst*.5.*p*.2. Bellarm. *lib*.2. *de iustificatione*, *cap*.16. Lessius *lib*.2. *de summo bono*, *cap*.1. Coninch 2.2.*disp*.21.*à n*.212. Torres 2. 2. *d*.72. *dub*.4. & *opusc*.6. *disp*.2. *dub*.1. Azor. *tom*.1.*lib*.4.*cap*.24.*q*.4.Gran. *tom*.2.*controuers*.8. *tract*.8. *disp*.4.

Quæst. XI. An solus Christus sit mediator inter Deum,& hominem, vel an id munus conueniat aliis personis Trinitatis? Hîc S.Thom. *art*.4.Bonau.*art*.2. *q*.2. Richard. *quæst*.3. & 4. Brulef. *q*. 6. Gabr. *q*.1. *dub*.4. Durand. *q*.2. Caiet.Cabrera,Medina, Aluarez, Lorca, Suar.Vasq. Sylu. Præposit. & alij cum S. Th. 3.*p*. *q*.26.*art*.1.Becan.*tom*.4.*cap*.21.§.2.& 3. Tanner. *tom*.4.*disp*.1.*q*.7. *dub*.8. Valentia *tom*.4. *disp*.1. *q*.22. *p*.3.Mærat. *de incarnat*. *disp*.50.*sect*.2. Gran. *tom*.4. *controuers*.1. *tract*.15. *disp*.5.

DISTINCTIO XX.

Quod alio modo potuit liberare hominem, & quare potiùs isto?

PRima conclusio: Potuit Deus alio modo redimere hominem; tamen redemptio per Christum facta conuenientior fuit. Prima pars probatur: quia potestati infinitæ Dei cuncta subiacent, quæ non repugnant. Probatur posterior: Tum, quia modus redemptionis per Christum fuit aptior ad excitandam hominum charitatem, & spem, quæ

Crucis pretium redemptionis nostræ. Hæc tamen hostia, licèt fuerit sufficiens ad salutem omnium hominum, tamen omnibus hominibus efficax non fuit, sed tantùm prædestinatis, qui re ipsa consequuntur salutem.

3 Vnde Christus non solum traditus fuit in mortem à Iudæis, & Iuda; sed etiam à seipso, & Patre. A seipso fuit traditus: quia Sacerdos fuit sponte se offerens hostiam redemptionis nostræ: à Patre verò, quia volente Patre, & tota Trinitate passus est. Traditus est à Iuda ipsum prodendo; à Iudæis verò tortores instigando. Quo passio Christi, teste Augustino *hom.7. in cap.4. epist.1. Ioannis*, vnum fuit opus Patris, Christi, Iudæorum, & Iudæ; quamuis voluntates, quibus peractum est, fuerint diuersæ. Quippe voluntas Christi, & Patris bona fuit; Iudæorum verò, & Iudæ mala. Quocirca potest esse voluntas mala circa bonum: bonum enim erat, quod Iudæi, & Iudas amabant; cùm idem fuerit, quod Christus, & Pater amauerunt, nempe, passionem Christi in se, & nobis bonam: cæterùm, quia iniquo affectu ferebantur in illud; ideò eorum voluntas mala fuit.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An adeò fuerit congrua Deo reparatio naturæ humanæ per incarnationem, vt non fuerit libera Deo? Hîc S. Thom. *q.1. art.1.* Bonau. *art.1. q.1.* Scot. Gabr. Richard. Durand, Brulef. *q.1.* Mairon. *q.2.* Alij relati *dist.1. quæst.3.*

Quæst. II. An satisfactio Christi pro peccato hominis fuerit ex iustitia? Hîc S.Th. *q.1. art.4.* Bonau.

 art.1.

*art.*1.*quæst.*2.Richard,*quæst.*3.Argentin. *quæst.*1. *art.*3. Brulef. *q.*2. Gabriel *q.*1.*art.*2. Durand. *q.*1. Alij relati *dist.*18.*quæst.*15.

Quæst.III. An pura creatura possit satisfacere pro peccato proprio,vel alieno ? Hîc S. Th. *q.*1. *art.*4. & *q.*3. *art.*1. Scot. *q.*1. Richard. *q.*3. & 5. Brulef. *q.*3. & 4. Durand. *q.*2. Alij relati *dist.*18. *quæst.*15.

Quæst.IV. Quo iure Dæmon subdat suæ potestati peccatorem ? De quo relati *dist. præced. quæst.*6.

Quæst. V. An Christus fuerit verus Sacerdos, & hosta pro peccato ? Caiet. Medina, Aluar. Cabrera, Lorca,Sylu.Suar.Vasq.Præpos. & alij cum S.Thoma 3.*p.q.*22.*art.*1.& 2.Val. *tom.*4.*disp.*1.*q.*22.*p.*4. Tann. *tom.*4.*disp.*1.*q.*7.*dub.*3.& 4. Gran. *tom.*4.*controuers.*2. *tract.*15. *disp.*3. Becan.*tom.*4. *cap.*22.§.2.& 3.Mærat. *de incarnat. disp.*50. Lugo *tom.*1. *in* 3.*p. disp.*29. Bellarmin. *lib.*1. *de Missa, cap.*6.

Quæst. VI. An Pater voluerit tradere Christum passioni ante præuisum peccatum Iudæorum ? Hîc Bonau. *in littera,dub.*4. Carthusian. *q.*2.S.Th.*quæst.*1. *art.*5. Alij relati *lib.*1.*dist.*40.*quæst.*8.

Quæst.VII. An voluntas, qua Chtistus voluit tradere se Iudæis, abstulerit à peccato Iudæorum rationem iniuriæ strictæ ? De quo Lugo *tom.*1. *in* 3.*p. disp.*3. *sect.*4. Lessius *lib.*2. *de iustitia, cap.*7. *dubio* 3. Val.2.2.*disp.*5.*q.*3.*p.*2. Sotus *lib.*3. *de iustitia, quæst.*3. *art.*3. Molina *tom.*1.*de iustitia,tract.*1.*disp.*11.Aragon 2.2.*quæst.*59.*art.*3.Mærat. *de iustitia*, *disp.*7. *sect.*1.& 2. Gasp.Hurtado *de incarnat.disp.*1. *dif.*20. & *de peccat. d.*1. *dif.*7.

DISTIN

DISTINCTIO XXI.

Si in Christo diuisio in morte fuit animæ, vel carnis à Verbo.

SCilicet, an dissoluta vnione corporis cum anima per mortem, dissoluta quoque fuerit vnio corporis, aut animæ cum Verbo? Fuerunt enim, qui voluerunt, in morte Christi dissolutam esse vnionem corporis cum Verbo, licèt vnio animæ cum Verbo integra permanserit. Primò, quia corpus vnitum est cum Verbo, mediante vnione corporis cum anima. At in morte facta est separatio corporis ab anima, vt docet Augustinus *tom.8.conclus.2. in Psalm.*48. Ergo etiam separatio corporis à Verbo. Quod Ambrosius *tom.*4. *in cap.*23. *Lucæ*. expendens clamorem Christi: *Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* confirmare videtur: *Clamat homo separatione Diuinitatis moriturus. Nam mors ibi esse non poterat, nisi vita discederet: quia vita Diuinitas est.* Ergo separatione Diuinitatis vita discessit. Respondetur: vnio corporis cum Verbo pependit ab vnione eiusdem corporis cum anima quoad primam productionem: secus verò quoad conseruationem, vt euincet inferior conclusio. Ambr. verò non iuuat: quia separatio Diuinitatis apud illum exponenda est, sicut derelictio Diuinitatis. Derelictio autem Diuinitatis in Christo pendente in Cruce non fuit dissolutio vnionis cum Diuinitate. Nam, si ea derelictio esset vnionis cum Deo dissolutio, priùs esset dissoluta humanitatis vnio cum Deo, quàm vnio

corporis cum animo: ſiquidem ante mortem, & diſſolutionem vnionis corporis cum animo, clamauit Chriſtus ſe derelictum à Deo. At hoc dici non poteſt: quia aliàs aliquo tempore eſſet Chriſtus viuus, qui cùm eſſet homo, non eſſet Deus. Ea igitur derelictio, & Diuinitatis ſeparatio, non fuit vnionis ſolutio; ſed diuinæ protectionis ſubtractio, qua Chriſtum furori Iudæorum reliquit. Quare dixit Heſychius apud Gloſſam, cap. 16. Leuit. *In cœlum tempore paſſionis Diuinitas abiiſſe dicitur, quodammodo virtutem cohibens, vt poſſent impij conſummare paſſionem.* Abſentia igitur, & ſeparatio Diuinitatis tempore paſſionis, cohibitio fuit diuinæ protectionis.

2 Secundò arguunt ex Athanaſio *lib. 6. de Beatitudine filij Dei*, ſic aiente: *Maledictus, qui totum hominem, quem aſſumpſit Dei Filius, denuò aſſumptum, vel liberatum, tertia die à mortuis reſurrexiſſe non confitetur.* Si enim in reſurrectione homo denuò aſſumptus fuit. Ergo in morte fuit à Deo dimiſſus. In primis hoc argumentum non ſolùm probat corpus eſſe in morte dimiſſum à Verbo; ſed etiam animum: quia totus homo, qui in incarnatione fuit aſſumptus, denuò fuit aſſumptus in reſurrectione; quod tamen aduerſarij diffitentur. Deinde, homo totus de nouo aſſumptus dicitur in reſurrectione: quia ante illam ſolas partes humanitatis retinebat aſſumptas, non verò totam humanitatem: quia partes humanitatis, ſcilicet corpus, & anima, non conſtituunt totum, niſi inter ſe vnitæ. Quia igitur in reſurrectione denuò illæ partes inter ſe vnitæ ſunt, & ideò denuò conuenerunt in compoſitionem totius hominis, ideò verè Athanaſius ait, denuò totum hominẽ fuiſſe in reſurrectionee aſſumptũ.

3 Igitur

3 Igitur conclusio est: In morte Christi non est facta diuisio corporis, aut animæ à Verbo. Primò ex Augustino tractatu 47. in cap. 10. Ioannis: *Mors ad tempus carnem, & animam separauit; sed neutrum à Verbo Dei.* Item tomo 6. lib. de vnit. Trinitat. cap. 14. *Christus in sepulcro carnem suam commoriendo non deseruit.* Secundò ex Ambrosio tomo 2. in libro de Incarnationis Dominicæ Sacramento, cap. 5. *Emisit spiritum, non amisit; pendebat in Cruce, & omnia commouebat*, scilicet virtute Diuitatis sibi vnitæ. Tertiò, ratione desumpta ex Augustino, & Ambrosio. Deus dicitur mortuus, sepultus, & resurgens. At non ratione Diuinitatis, quæ in se mori, sepeliri, & resurgere non potest. Ergo ratione corporis, cui diuinitas erat vnita. Nam animus mortuus non fuit, neque sepultus, aut resurgens, sed solùm corpus. Sicut ergo Deus passus dicitur ratione corporis sibi vniti, quod viuum cum animo patiebatur: sic mortuus, sepultus, & resurrexisse dicitur: quia corpus, cui Deus erat vnitus, mortuum, sepultum, & resurrexisse dicitur. Sic Augustinus *super Psalm.* 130. *& serm.* 3. *in Cœna Domini*, & Ambrosius *in libro de incarnationis Dominicæ Sacramento, cap.* 5. Quare Christus mori, & non mori; pati, & non pati; sepeliri, & non sepeliri; resurgere, & non resurgere dicitur: quia Diuinitate, & carne constabat, & Diuinitas in se non moriebatur, patiebatur, sepeliebatur, aut resurgebat: secùs verò caro vnita Deo, propter quam Deus etiam, & Christus ea idiomata admittebat.

Annotatio.

Annotatio.

ETiam repellitur Magister, quòd in hac distinctione doceat, posse dici de Christo, quod patiebatur, & non patiebatur; moriebatur, & non moriebatur: nam, cùm propositio negatiua sit malignantis naturæ, & totum destruens, admitti verè non potest. Tamen id est verum, cùm eius sensus non constat limitatus esse, & non vniuersalis; & absolutus, vt in præsenti, videlicet, Christum non pati, non mori secundùm Diuinitatem, vt ipse Magister exponit. Quin eum loquendi modum decerpsit Magister ex Ambrosio *libro de Incarnationis Dominicæ Sacramento, cap.5. initio,* cuius hæc adducit verba: *Idem ergo Christus patiebatur, & non patiebatur; moriebatur, & non moriebatur; sepeliebatur, & non sepeliebatur; resurgebat, & non resurgebat. Resurgebat secundùm carnem, quæ mortua fuerat; non secundùm Verbum, quod apud Deum manebat.* Excusabilis igitur Magister est.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An mortuo Christo Diuinitas ab humanitate dissoluta sit? Hîc S. Thom. *q.*1. *quodlibet.*2. *art.*1. Bonau. *art.*1. *quæst.*1. Richard. Argentin. Gabr. Brulef. Durand. Scot. Carthusian. *quæst.*1. Alexand. 3. *p. quæst.*19. *membro* 1. Marsil. *in* 3. *p. q.*13. *art.*1. Caietan. Suar. Medina, Sylu. & alij cum S. Thom. 3. *p. q.*50. *art.*2. *&* 3. Tan. *tom.*4. *disp.*2. *q.*3. *dub.*2. Granad. *tom.*4. *controuers.*2. *tract.*2. *comment.*22.

Quæst. II. An Diuinitas duplici vnione, an vnica tantùm

tantùm fuerit vnita corpori, & animæ? Hîc Bonau. *art.*1. *quæst.*3. Richard. *q.*4. Brulef. *quæst.*3. Gabriel *quæst.*1. Becan. *tom.*4. *cap.*2. *quæst.*2. Granadus *tom.*4. *controuers.*1. *tract.*4. *disp.*4. *sect.*2.

Quæst. III. An vnio corporis, & animæ inter se fuerit prior, quàm vnio vtriusque cum Verbo? De quo relati *dist.*2. *quæst.*1.

Quæst. IV. An corpus Christi in triduo mortis induerit formam substantialem cadaueris? Hîc Durandus *q.*2. Marsil. *quæst.*3. *art.*1. & *quæst.*13. *art.*1. Henriq. *quodlibet.*2. *quæst.*2. Scotus *in* 4. *distinct.*1. *q.*3. Caietan. Sylu. Suarez, Vasquez, & alij cum S.Thom. 3. *part. quæst.*50. *art.*5. Tanner. *tom.*4. *disp.*2. *quæst.*3. *num.*34. & 35. Granadus *tom.*4. *controuers.*1. *tract.*6. *disp.*7. Cabrera 3. *p. q.*4. *art.*1. *disp.*2. & 3.

Quæst. V. An mors Christi exterior fuerit causa nostræ salutis in ipso instanti, quo vnio animæ cum corpore dissoluta est? De quo Caietan. Medina, Sylu. Suarez, & alij cum S.Thoma 3. *p. quæst.*50. *art.*6. Val. *tom.*4. *disp.*2. *quæst.*3. *parte* 3. Tannerus *tom.*4. *disp.*2. *quæst.*3. *dub.*2. Vbi expende, an extra statum vitæ sit meritum? De quo relati *dist.*18. *q.*6. Item, an opus externum augeat valorem affectui interno? De quo relati *lib.*2. *dist.*35. *q.*4. Rursus, an mors Christi potuerit in genere causæ efficientis operari nostram salutem? De quo relati *lib.*1. *dist.*42. *q.*9.

Quæst. VI. An anima in triduo mortis Christi fuerit impassibilis? Hîc Bonauent. & Richardus *art.*2. *quæst.*1. Brulef. *q.*4. Carthusianus, & Gabriel *q.*1. Suar. *tom.*2. *in* 3. *p. disp.*43. *sect.*1. Granadus *tom.*4. *controuers.*2. *tr.*2. *comment.*24. *num.*6. & 7. Medina *in* 3. *p. q.*52. *art.*8. Bellarm. *lib.*4. *de Christi anima, cap.*8.

Quæst.

Quæſt. VII. An Deus verè dicatur mortuus, & paſſus per communicationem idiomatum? Hîc S. Thomas *q.*1.*art.*3. Bonauent. *art.* 2. *quæſt.*3. Richard. *q.*4. Brulef. *q.*6. Alij relati *diſt.*7.*quæſt.*2.

Quæſt. VIII. An corpus Chriſti ab anima ſeparatum ſubiaceret corruptioni, & vermibus? Hîc S.Th. *quæſt.*1.*art.*2. Durand. & Carthuſianus *q.*2. Scotus, & Gabr. *q.*1. Caietan. Medina, Suarez, Sylu. & alij cum S.Thom. 3.*p.* *q.*51. *art.*3. Henriq. *quodlibet.*12. *q.*12. Valentia *tom.*4. *diſp.*2. *q.*4. *p.*1.

Quæſt. IX. An corpus Chriſti verè reſurrexerit die tertia? Hîc S. Thom. *q.*2. *art.*1. & 2. Caiet. Medina, Sylu. Suarez, & alij cum S.Thoma 3.*p.q.*53. *art.*1. & *ſeq.* Tannerus *tom.*4. *diſp.*2. *quæſt.*3. *dub.*4. Gran. *tom.*4. *controuerſ.*2.*tract.*2. *comment.*25. Valentia *tom.*4. *diſp.*2. *quæſt.*5. *part.*1.

Quæſt. X. Qualis reſurrexerit Chriſtus? Hîc S. Thom. *q.*2. *art.*2. & 3. Caietan. Medina, Suarez, Sylu. & alij cum S.Thoma 3.*p.* *q.*53. *art.*2. & *ſeq.* Granad. *tom.*4. *controuerſ.* 2. *tract.*2. *comment.*26. Valent. *tom.*4. *diſp.*2. *q.*5. *p.*1. Tannerus *tom.*4. *diſp.*2. *q.*3. *dub.*4.

DISTINCTIO XXII.

Si Chriſtus in morte fuit homo?

PLerique arbitrantur, Chriſtum in triduo mortis non fuiſſe hominem. Tum, quia Chriſtus, quà homo, mortuus eſt. Homo autem mortuus deſinit eſſe homo. Ergo in illo triduo non erat homo. Tum, quia

quia homo non potest non esse mortalis, aut immortalis. At Christus in illo triduo non erat mortalis, nec immortalis: quia erat mortuus. Ergo homo non erat. Respondetur cum Ambrosio *lib. 1. de fide, cap. 5.* Sacramenta fidei ab argutiis Dialecticorum sunt libera: & vbi fides quæritur, Dialectica non auditur. At quæritur, an mortuus Christus fuerit homo, non eo modo, quo Petrus, & Ioannes homines sunt, in quibus ea argumenta vim habent; sed alio modo, quem Philosophia non assequitur; scilicet ratione vnionis, quâ caro, & anima Christi erant vnitæ cum Verbo? Quod sequenti conclusione explicatur.

2 Prima igitur conclusio est: Christus in triduo mortis verè erat homo; sed non eo modo, quo ante mortem erat homo. Nam homo constituitur ex corpore, & anima subsistentibus vnica personalitate, & vnitis inter se, aut vnitis in vno tertio. At in triduo mortis corpus, & anima erant vnita in Verbo, quamuis non essent vnita inter se, sicut erant ante mortem. Ergo constituebant hominem, quamuis non eo modo, quo hominem constituebant ante mortem. Aut aliter idem argumentum confice. Homo Christus in recto importat personam Verbi, & in obliquo corpus, & animam, aut vnita inter se, aut vnita vni tertio. Sed in triduo mansit persona Verbi connotans in obliquo corpus, & animam vnita Verbo, quamuis non sicut anteà vnita inter se. Ergo in illo triduo mansit Verbum homo, quamuis non sicut anteà. Confirmatur ex Augustino *libro 1. de Trinitate, cap. 13.* dicente: *Talis erat susceptio illa, quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum.* Vbi Deus Dicitur fieri homo ab vnione, & assumptione Verbi.

At

At hæc vnio, & aſſumptio Verbi manſit eadem. Ergo etiam Verbum manſit homo. Itaque Verbum erat homo: quia erat perſona ſubſiſtens in corpore, & anima vnitis vni tertio. Mortuus verò eſt homo: quia non ſubſiſtit in corpore viuo, & vnito cum anima, ſicut anteà; ideóque homo ille non eſt mortalis, nec immortalis: quia, ſicut mortuus,& viuus dicitur ab vnione corporis, & animæ inter ſe, pereunti aut perſeueranti; ita etiam mortalis,aut immortalis. At hæc vnio non erat. Atque adeò homo mortuus erat, & non immortalis, nec mortalis.

3 Secunda concluſio: Chriſtus in illo triduo non erat homo vbique; ſed vbi erat corpus, aut anima. Prior pars conſtat: quia nunquam Chriſtus vbique fuit homo:quia licèt eius Diuinitas vbique ſit; tamen humanitas nunquam fuit vbique. Probatur poſterior pars: Vbicunque erat corpus ſolum, aut anima ſola, erat vnio Verbi cum vtroque; quia Verbum vnica,& indiuiſibili vnione cum vtraque parte vnitum fuit. At Verbum eſt homo ab ea vnione cum vtraque parte. Ergo vbicunque erat corpus ſolum, aut anima ſola,Verbum erat homo. Itaque in ſepulchro erat homo: quia ibi erat corpus vnitum Verbo,& ſimul vnio animæ cum eodem Verbo, quamuis non eſſet ibi anima. Item,in Inferno erat homo: quia ibi erat anima vnita Verbo, & ſimul vnio corporis cum eodem Verbo, quamuis ibi non eſſet corpus. Sic etiam Auguſtinus lib. de fide ad Petrum, cap.2. *In ſepulchro erat homo, & in Inferno erat.*

4 Obiicies: Si Verbum aſſumpſiſſet ſolum corpus,non eſſet homo in ſepulchro,vbi eſſet corpus;nec ſi ſolam aſſumpſiſſet animam,eſſet in Inferno homo; vbi

vbi esset anima. Ergo nec modò ibi est homo, cùm ibi solùm sit corpus, & anima sola. Conceditur antecedens, & negatur consequentia. Quia, si solum corpus esset assumptum à Verbo, aut anima sola, non esset cum corpore, aut cum anima vnio Verbi cum vtraque parte, à qua dicitur homo. At modò cum solo corpore existit in sepulchro vnio Verbi cum vtraque parte: nam existit etiam vnio cum anima existenti in Inferno: quia in sepulchro existit vnio Verbi cum corpore, & modò eadem indiuisibili vnione vnitum est Verbum cum anima.

5 Tertia conclusio: Licèt Christus non sit vbique homo; rectè tamen dicitur Christus esse vbique totus, sed non vbique totum. Prior pars probatur ex Augustino tom. 6. de vnitate Trinit. cap. 14. *Non dimisit Patrem Christus, cùm venit in Virginem, vbique totus, vbique perfectus.* Vtraque pars probatur: quia *totus* refertur ad personam; *totum* verò ad omnia, quæ complectitur persona, atque adeo ad naturas. At persona vbique existit tota, atque perfecta, sed non cum omni natura: nam humana vbique non est. Sic totus Christus est homo, & totus Deus; sed non totum homo; nec totum Deus: quia non est tantùm homo, nec tantùm Deus. Tradit Damascenus lib. 3. de fide, cap. 7. *Totus Christus est Deus perfectus; non autem totum Deus est: non enim solùm Deus est, sed & homo. Et totus homo perfectus, non autem totum homo; non solùm enim homo, sed & Deus.* Rationémque addit: *Totus enim naturæ est repræsentatiuum. Totum autem hypostaseos.* Exemplóque declarat: *Sicut aliud quidem est naturæ; aliud verò hypostaseos.*

6 Vnde attendendum est, quid dicatur secundùm

naturam,& secundùm personam, vt ea, quæ dicuntur de Filio Dei, & de Deo, dicantur etiam de filio hominis, & de homine. Sic idem dicitur ascendisse in cœlum, qui descendit de cœlo: quia persona eadem est. Item, Deus gloriæ dicitur crucifixus: quia homo, quæ est eadem persona cũ Deo, est crucifixus. Si verò attendamus naturas, Filius Dei dicetur descendere, & Filius hominis ascendere; Deus esse vbique, & homo esse in cœlo, aut in terra; Filius Dei non passus, & filius hominis passus. *Quid ergo, propter quid, & secundùm quid dicatur, prudens, & diligens, & pius lector intelligat*, monet Augustinus *lib. 1. de Trinit. c. 13.*

Annotatio.

INter propositiones notatas in Magistro, & communiter repulsas, vna est, Christum in triduo mortis hominem fuisse. Verùm, si attentè res consideretur, constabit, vocalem tantùm esse dissensionem. Nam id, quod alij re ipsa negant, cùm Verbum in triduo hominem esse diffitentur, scilicet personam subsistentem in corpore, & anima vnitis inter se, minimè Magister affirmat, ideóque ipse in triduo mortis hominem esse, sicut erat ante mortem, negat. Id etiam; quod Magister affirmat, cùm Verbũ in triduo hominẽ vocat, scilicet personã subsistentem in corpore, & anima vnitis vni tertio, nullus Theologorũ re ipsa negat. Num autem hæc res, aut illa, quæ inter se ab omnibus admittuntur differre, voce hominis significanda sit, necne, controuersia de voce est. Neq; vox Magistri omninò culpãda, cũ consonare videatur modo loquendi Patrũ, & rẽ significet, quæ in dissolutione puri hominis nõ existat.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Christus in triduo mortis fuerit homo? Hîc S. Th. *q.1.ar.1.* & *quodlib.3.ar.4.* Bon. *art.1. q.1.* Scot. Richard. Durand. Argent. Brulef. Carthusian. Gabr. *quæst.1.* Marsil. *quæst.13.art.2.* Alexand. *3.p. quæst.19.membr.3.* Caietan. Medina, Sylu. Suarez, & alij cum S. Thoma *3.p.quæst.50.art.4.* Tann. *tom.4. d.2.q.3.num.32.* & *33.* Granad. *tom.4.controu.2.tr.2. comment.22.*

Quæst. II. Christus quà homo, quid in recto significet? Hîc Bonau. Carthus. & Gabr. *q.1.* Alij relati *dist.7.q.1.*

Quæst. III. An Christus, quà homo, sit vbique? S. Thomas *q.1.art.2.* Bonau. *art.1.quæst.2.* Richard. Carthus. Brulef. & Durand. *quæst. 2.* Gabr. *quæst. 1.* Val. *tom.4.d.1.q.2.p.3.* & *libris quatuor contra Vbiquistas.* Bellarminus *lib.3.de Christo.* Sanchez *repetit.4.de Eucharist.* Tannerus *tom.4.d.1.q.6.dub.1.* Granad. *tom.4.controu.1.tr.4.d.1.sect.3.* Suarez *in 3.p.d.32.sect.4.*

Quæst. IV. An Verbum vnica indiuisibili vnione assumpserit corpus, & animam? De quo relati *dist.21.quæst.2.*

Quæst. V. An corpus Christi triduo fuerit sepultum? Hîc Bonauent. *art. 1. quæst. 3.* Richard. *art.2. quæst. 2.* Brulef. *quæst. 3.* Gabr. *quæst. 1. art. 2.* Carthus. *quæst.3.* Alex. *3.p.q.19. memb. 5.* Caiet. Medina, Sylu. Suarez, & alij cum S. Thoma *3.p.quæst. 51.art.4.* & *opusc.3.c.243.* Valent. *tom.4.d.2.quæst.4. p.1.* Tannerus *tom.4.d.2.q.3.dub. 3.* Granad. *tom. 4. controu.2. tract.2.comment.23.*

Quæst. VI. An corpus Christi in sepulchro subiacuerit corruptioni? De quo relati *dist*.21.*q*.8.

Quæst. VII. An anima Christi verè secundùm substantiam descenderit ad Inferos? Hîc S. Thom. *quæst*. 2. *artic*. 1. Bonau. *artic*. 1. *quæst*.4. Richardus *artic*. 2. *quæst*. 1. Argent. *quæst*. 1. *artic*. 4. Brulef. *quæst*.4. Gabriel *quæst*.1.*dub*. 3. Durand. *quæst*. 3. Carthus. *quæst*.6. Caietan. Medina, Sylu. Suarez, & alij cum S.Thom. 3.*p*.*quæst*.52. *artic*.1. Alexand. 3.*part*. *quæst*.19.*memb*.4.Valent.*tom*. 4. *d*. 2. *q*. 4. *p*.2. Tann. *tom*.4. *d*.2. *quæst*. 3. *dub*.3.Granad.*tom*.4. *contr*.2.*tr*.2. *comment*.24.

Quæst. VIII. Quid operata sit anima Christi ad Inferos descendens? Hîc S. Thom. *quæst*. 2. *artic*. 2. Bonau.*art*.1.*quæst*. 5. Richard. *art*. 3. *quæst*. 2. Brulef. *quæst*.5.Marsil.*quæst*.13.*art*.2. Gabr. *quæst*.1. Carthus. *quæst*. 6. Caietan. Medina, Sylu. Suarez, & alij cum S.Thoma 3.*p*.*quæst*.52.*artic*.5.Valent. *tom*. 4.*d*.2.*q*.4. *p*.3.Tannerus *tom*.4.*d*.2.*q*.3.*dub*.3.Granad.*tom*.4. *controu*.2.*tr*.2.*comment*.24.

Quæst. IX. An verè resurrexerit tertia die? Hîc Dur.*q*.5.*&* 6.Carthus.*q*.5.Alij relati *dist*.21.*q*.9.

Quæst.X. Qualis resurrexerit. Hîc relati *q.præced*. *dist*.21.*q*.10.

Quæst.XI. An in cœlos ascenderit; qua virtute, & quo motu locali? Hîc S. Thom. *q*. 3. *art*. 1. *&* 2. Durand.*q*. 7. *&* 8. Carthus. cum Bonauent. Alexand. Vdalrico, & aliis *q*.7.Caiet.Medina,Sylu. Suar.& alij cum S. Thom. 3. *p*. *q*. 57.*art*.1.*& sequenti*.Val.*tom*.4. *d*.2.*q*.6.*p*.1. Tanner.*tom*.4.*d*.2.*q*.3.*dub*.5. Gran.*tom*.4. *controu*.2.*tr*.2.*comment*.29.

DISTIN

DISTINCTIO XXIII.

Si Christus habuerit fidem, spem, & charitatem?

POstquam exposuit ea, quæ ad substantiam incarnationis, & efficaciam redemptionis nostræ spectant, proponit agere de virtutibus theologicis, quæ Christo conueniunt. Sed notandum primò in hac distinctione, licèt proponat agere de fide, spe, & charitate; tamen ex professo solùm disserere de fide. Secundò, non discernere, an ea Christo conueniat, de quo decernit *dist.* 26. sed eam tantùm in genere definire, atque describere.

2 Prima propositio est: Fides theologica definitur, *Virtus, quâ creduntur, quæ non videntur.* Sumitur ex Augustino *lib.* 2. *qq. euang. c.* 29. In primis explicandum definitum: fides enim bifariam sumitur, vt docet Augustinus *lib.* 13. *de Trinit. c.* 3. tum pro habitu, quo credimus; tum pro obiecto, quod credimus, vt constat ex Symbolo Athanasij: *Fides Catholica, quam nisi quisque firmiter, fideliterque crediderit, saluus esse non poterit.* Vtraque fides in omnibus fidelibus vna est, iuxta Apostolum ad Ephes. 4. *Vnus Dominus, vna fides.* Nam id, quod omnibus credendum proponitur, vnum, & idem est. Item virtus, qua id creditur, dicitur vna, non numero, sed genere, & similitudine; sicut facies, & voluntas duorum hominum dicitur vna, quamuis numero differant; quia similitudine vna est. Igitur, fides, quæ nunc definitur, non est fides sumpta pro obiecto, sed pro habitu.

3 Deinde, in definitione fides dicitur *virtus*. Est enim habitus,quo credimus,qui virtus est; & habitus, qui non est virtus.Nam qui cũ charitate coniungitur, virtus est : quia,docente Ambrosio,charitas informat omnes virtutes , & sine illa virtus non est , eaque est fides,quæ iuxta Apostolum,per dilectionem operatur, & viua,iustificans, formataque dicitur. Qui verò sine charitate reperitur , vt in peccatoribus , & Dæmonibus , qui etiam credunt , & contremiscunt, verè virtus non est ; sed qualitas quædam mentis ad credendum disponens,mortua ,inanis,& vacua. Cæterùm in peccatoribus donum Dei esse potest , quin etiam peccatoribus Deus sua dona largitur. Si autem inquiras, an eadem fides , quæ cum charitate virtus est, maneat in peccatore, quin sit virtus; verius quidem est, eandem esse vtrique statui iustitiæ , atque peccati communem : quanquam sine erroris periculo oppositum possit defendi. Igitur nunc definitur fides iustificans, & per charitatem formata, & ideò virtus asseritur.

4 Rursus fides *virtus* dicitur , *qua creduntur* , &c. Vbi de habitu,quo credimus in Deum, accipienda est. Aliud enim est credere Deum,credere Deo , & credere in Deum.Credere Deum,est credere Deum esse, siue ex testimonio humano humano, siue diuino. Credere Deo, est credere aliquid ex testimonio diuino.Credere verò in Deum est rursus in Deum per dilectionem intendere.Vnde primo,& secundo modo possunt credere peccatores, & Dæmones. Tertio verò modo soli iusti, qui fidem habent iustificantem , & per dilectionem operantem , quam solam nunc definimus.

5 Denique per fidem theologicam dicuntur credi, *quæ non videntur* : non omnia, quæ non videntur; nam

nam plura non visa possunt discredi à Catholicis absque dispendio fidei theologicæ,sed ea tantùm,quæ ad nostram spectant religionem , scilicet quæ à Deo reuelata nobis Ecclesia credenda proponit. At verò ea, quæcunque sint, debent esse non visa. Nam fides propriè non apparentium est , vt Apostolus describit Hebr.11.*Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium.* Vnde Gregorius *homilia 26. sup.Euangel.& lib.4.Dialect. c.5.* ait : *Apparentia non habent fidem , sed cognitionem.* Rationémque reddit : *Nam credi iam non potest, quod videri potest. Thomas aliud vidit , aliud credidit : hominem vidit, & Deum confessus est.* Similiter Augustinus tract.27. & 30. in Ioannem : *Quid est fides , nisi credere, quod non vides ? Fides ergo est , quod non vides , credere.* Sed notat Augustinus *lib.13. de Trinitate, cap.1.* Quamuis fides sit eorum , quæ non videntur ; ipsam tamen fidem ab vnoquoque credente in corde videri, non oculis corporeis,aut sensione aliqua interna , sed notione intellectuali,euidenti, & certa : licèt enim ea,quæ creduntur,absentia sint; tamen ipsa fides cordi præsentissima est,& experimento noscibilis. Imò ideò argumentum est non apparentium,quia percepta manifestè fide , & non perceptis manifestè eis,quæ per fidem noscuntur, arguitur esse aliqua,quæ re ipsa non apparent.

6 Secunda propositio : Fides theologica est omninò certa. Primò, quia ex Paulo *sup.* est substantia sperandarum rerum. Scilicet , quia ea , quæ futura sunt,& nondum possidemus , subsistunt in nobis certitudine fidei , quâ credimus futura. Quæ quidem , si certa non esset , nutaret , & vacillaret spes. Secundò , quia dicitur argumenrum , vel conuictio non

apparentium. Scilicet,quia conuincit,& facit adhærere firmiter, & certò intellectum eis, quæ ſibi non apparent. Quod bifariam conuenit fidei. Tum, quia ea, quæ ex medio aliquo manifeſto probari non poſſunt, probat nobis ex teſtimonio infallibili Dei lato per Prophetas, aut Euangeliſtas. Tum etiam, quia ipſa fides manifeſtatur intellectui; & ex ipſa,aut in ipſa arguuntur, & probantur eſſe non apparentia, quæ creduntur per fidem, vt nuper dicebatur.

7 Tertia propoſitio : Fides eſt fundamentum ſpei, & charitatis quoad actus, non verò quoad habitus. Prior pars probatur : quia non poteſt eſſe actus ſpei, aut charitatis,quin præcedat actus fidei : poteſt autem eſſe actus fidei, quin ſit actus ſpei, aut charitatis. Poteſt enim bonum credi,quin ſperetur, aut ametur; tamen ſperari,aut amari non poteſt,quin credatur.Quod docet Auguſtinus *in Enchirid. cap.* 8. & Gregorius *homilia* 16. *ſuper Ezech.* vnde deprehenditur nonnullum diſcrimen fidei ab ſpe, & charitate. Probatur poſterior pars. Tum, quia fides virtus non poteſt eſſe ſine charitate,quamuis poſſet eſſe,quæ non eſt virtus. Tum, quia habitus fidei non eſt cauſa præcedens habitum ſpei, ſicut eſt actus fidei actum ſpei,quidquid alij aliter ſentiant. Tum,quia virtus fidei non poteſt præcedere charitatem, eſto præcedat ſpem : primò, quia charitas dicitur mater virtutum : ſecundò, quia charitas eſt Spiritus ſanctus, quem nulla virtus antecedit.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An, & qua certitudine dentur virtutes infusæ? Hîc Durand. *q.5.* S.Thomas *q.1. art.1. & 5.* Gabr.*q.2.*Carthus.*q.1.*Alij relati *lib.2.dist.27.q.1.*

Quæst. II. An virtus infusa sit simpliciter necessaria ad agendum aliquos actus? Hîc S.Thom.*q.1.art.1. & 3.*Durand.*q.1.*Carthus.*q.1.* Alij relati *dist.14.q.3.*

Quæst. III. An ita sit necessaria, vt nec diuinitùs fieri queant actus supernaturales per auxilium extrinsecum? De quo relati *dist.14.q.4.*

Quæst. IV. An virtus infusa sit tota ratio agendi actus supernaturales? Hîc Gabr. *q.2.* Alij relati *lib.2. dist.25.q.9.*

Quæst. V. An virtus infusa tribuat facilitatem agendi? Hîc Durand. *quæst. 1. & 4.* Gabriel *quæst. 2.* Nos fusè *lib.4.de supernatur.* Suar.*lib.6.de gratia,c.14.* Vazquez 1.2. *disp.29.*Coninch. 2.2.*disp.7. dub...* Salas 1.2. *tom.2.tract.10.disp.51.* Granad. 1.2. *controu 4. disp.4.* Hurtado *disput.16. de anima, sect.8. &* 2.2. *disp.60. sect.1. subsect.2.*

Quæst. VI. An virtutes theologicæ sint tantùm tres? Hîc S.Thom. *quæst.1. art.5.* Durandus *quæst.5.* Caietan. Medina, Conrad. Zumel, Lorca, Vazquez, Pesantius, & alij cum S.Thoma 1. 2. *quæst.62. art.3.* Mærat. *tom.2.tract.de fide, disp.14.sect.2.à num.2. & disp.3.sect.1. à num.5.*

Quæst. VII. Quænam sit definitio, & acceptio fidei? Hîc S.Thom. *quæst.2.art.1.& 2.* Bonauent.*art.1. quæst.5.* Scot.*q.1.*Gabr.*q.2.* Richard.*art.4.q.1.* Brulef. *q.5.*Caiet.Bañez, Aragon, Lorca, Sylu. Torres, & alij

cum S.Thom.2.2.*quæst*.2. *art*.1. Valent. *tom*.3.*disp*.1. *quæst*.2.*p*.1.& *q*.4.*p*.1.Tannerus *tom*.3. *d*.1.*q*.1. *dub*.1. Suarez 2.2.*d*.6.*sect*.1.& 2.Coninch 2.2.*disp*.14.*dub*.1. Granad.2.2.*controu*.1.*tr*.1.*d*.1.& *tr*.9.*d*.1. Mærat. *d*.1. & S. Petr. Hurtad.2.2.*d*.49.

Quæst. VIII. An fides sit virtus, & qualis? Hîc S.Thomas *q*.2.*art*.4.Bonauent. *art*.1.*quæst*.1. Richard. *art*.4.*quæst*.2.Argentin.*quæst*.1.*art*.4. Brulef. & Gabr. *q*.1.Durand.*q*.6. Carthus. *q*.2. Caiet. Bañez, Aragon. Lorca, Sylu.Torres,Pesant. & alij cum S.Thoma 2.2. *quæst*.4. *art*.5.Valentia *tom*.3.*disp*.1.*q*.4.*p*.5.Tan.*tom*.3. *d*.1.*quæst*.6. *dub*.2. Suarez 2.2. *tract*.1. *disp*.7. *sect*.1. Coninch 2.2.*d*.16.*dub*.3.Granad.2.2.*controu*.1. *tr*.12. *d*.2.Mærat.*d*.22.Petr. Hurtad. *d*.55.

Quæst. IX. An sit infusa, & supernaturalis? Hîc S. Thom. *q*.3.*art*.2.Bonauent.*art*.2.*q*.2. Brulef.*q*.7. Gab.*q*.2.Caiet.Bañez,Arag.Lorca,Sylu.Torres,& alij cum S.Thom.2.2. *q*.6. *art*.1. & 2.Valentia *tom*.3.*d*.1. *q*.6.*p*.1.Alij relati *lib*.2.*dist*.27.*q*.1.

Quæst. X. Qua ratione distinguantur fides formata, & informis? Hîc S. Thomas. *q*.3.*art*.4.Bonauent. *art*.2.*q*.1. & *art*.2. *quæst*.4. Richard. *art*.4.*q*.3. Brulef. *q*.6. Gabr.*q*.2. Carthus.*q*.3. Caietan. Bañez, Aragon,Lorca,Torres,Pesant. & alij cum S. Thoma 2.2.*quæst*.4. *art*.4. Valentia *tom*.3. *disput*.1.*q*.4. *art*.4. Tannerus *tom*.3.*disp*.1.*quæst*.6.*dub*.2.Suarez 2.2.*tr*.1. *disp*.7.*sect*.3. Coninch 2.2. *disp*.16. *dub*... Granadus 2.2.*controuers*.1.*tract*.12.*disputat*.5. Mærat.*d*.23. Petrus Hurtad. 2.2.*d*.54.

Quæst. XI. An fides formetur per charitatem, & quomodo? Hîc S. Thomas *q*.3.*art*.1.Bonauent. *art*.2. *q*.5. Brulef. *quæst*.10. Durand. *quæst*.8. Gabr. *quæst*.2. Caiet.

Caiet. Bañez, Aragon, Lorca, Torres, Pesant. & alij cum S.Thom. 2.2.*quæst*.4.*art*.3.Valent.*tom*.3.*d*.1.*q*.4. *p*.3.Tan.*to*.3.*d*.1.*q*.6.*dub*.2.Con.2.2.*d*.16.*dub*.4. Gran. 2.2.*contr*.1.*tract*.12.*d*.5.Mær.*d*.23.Pet.Hurtad.*d*.51.

Quæst. XII. An fides pertineat ad intellectum? Hîc S.Thom.*q*.2.*art*.3.Bonauent.*art*.1.*quæst*.2.Scotus *quæst*.1. Richard. *art*.6.*q*.2. Durandus, Gabr. Carthus. & Brulef. *quæst*.2.Caietan.Bañez, Aragon, Lorc.Torres, Pesant.& alij cum S.Thom.2.2.*quæst*.4. *art*.2. Valentia *tom*.3.*d*.1.*quæst*.4.*p*.2.Tan. *tom*.3.*d*.1.*q*.6.*dub*.1. Suarez 2.2.*d*.7.*sect*.1.Coninch 2.2.*d*.16. *dub*.1. Granadus 2.2. *controuers*.1. *tract*.12. *d*.1. Mæratius *d*.22. Petrus Hurtad. *d*.50.

Quæst. XIII. An fides Dæmonibus conueniat? Hîc S.Thom. *quæst*.3.*art*.3. Bonauent.*art*.2. *q*.3. Richard.*art*.6.*q*.3.Brulef.*q*.8. Durand. *quæst*. 9. Gab.*q*.2. Caiet.Bañez, Aragon, Lorca, Torres, Sylu. Pesant. & alij cum S.Thoma 2.2.*q*.5.*art*.2. Valent.*tom*.3.*d*.1.*q*.5. *p*.2. Tanner. *tom*.3.*d*.1.*q*.6.*dub*.4.Suar. 2.2.*d*.6.*sect*.9. Coninch *d*.17.*dub*.2. Granad. 2.2.*controu*.1.*tract*.13. *sect*.1. Mærat. *d*.24.*sect*.3. Petr.Hurtad. *d*.59.*sect*.2.

Quæst. XIV. An Hæreticus discredens vni articulo fidei possit credere, fide diuina aliis articulis fidei? Hîc Durandus *q*.9. Caiet. Bañez, Aragon, Lorca, Torres, Sylu.Pesant.& alij cum S.Thoma 2.2.*quæst*.5. *art*.3.Valent.*tom*.3.*d*.1.*quæst*.5.*p*.3. Tanner.*tom*.3.*d*.1. *quæst*.6.*dub*.4. Suarez 2.2.*disp*.6.*sect*.9.Coninch *d*.17. *dub*.3. Granadus 2.2.*controu*.1.*tract*.13.*sect*.2.Mæratius *d*.24. *sect*.4. Petrus Hurtad. *d*.59. *sect*. 5. Nos *de supernat. lib*.4.

Quæst.XV. An per assensum naturalē possimus credere quidquam ex motiuo supernaturali reuelationis diuinæ?

diuinæ? Hic Durand. *q.* 9. Gab.*q.*2. Alij relati *lib.*2. *d.*27.*q.*18.

Quæst. XVI. Quodnam sit obiectum materiale fidei? Hîc Gabriel,& Carthus. *q.*2. Caiet.Bañez,Aragon, Lorca,Pesant.Sylu.Torres, & alij cum S.Thom. 2.2. *quæst.*1.*art.*1.*&* 2. Valent. *tom.*3.*d.*1.*q.*1.*p.*1.*&* 2. Tanner. *tom.*3.*d.*1.*quæst.*1.*dub.*2.Suarez 2.2.*d.*2. Coninch 2.2.*d.*9.*dub.*1.*&* 2. Granadus 2.2. *controuers.*1. *tractat.*1. *d.*6. *& sequent.* Mærat. *d.*4. Petrus Hurtad. *d.*16.

Quæst. XVII. Quodnam sit obiectum formale? Hîc Gabr. & Carthus. *q.* 2. Bonauent. *in litt. dub.*3. Caietan.Bañez,Arag.Lorca, Pesant. Sylu. Torres, & alij cum S.Th.2.2.*q.*1.*art.*1. *&* 2.Valentia *tom.*4.*d.*1. *q.*1.*p.*1. Tanner.*tom.*3.*d.*1.*q.*1.*dub.*3. Albertin. *ex* 3. *princip.philosoph.diffic.*2. Suar. 2.2.*d.*3. Coninch 2.2. *d.*9.*dub.*3.*& seq.* Gran.2.2.*controu.*1.*tr.*1.*d.*2. *& seq.* Mærat. *d.*2. *&* 3.Petr. Hurt. *d.*5.*& seq.*

Quæst. XVIII. In quid resoluatur fides? Hîc Gabr. *q.*2. Caiet. Bañez,Arazon, Lorca,Pesant.Sylu. Torres,& alij cum S.Thoma 2. 2.*quæst.*1. *art.*1. *&* 2. Valent. *tom.*3.*d.*1.*q.*1.*p.*1. Tann. *tom.*3.*d.*1.*q.*1.*dub.*4. *& quæst.* 5. *dub.* 4. Abertin. *ex* 3. *principio philosoph. coroll.*4. Suarez 2.2. *d.*3. Coninch 2.2. *d.*9. *dub.*3. *& seq.* Granad. 2.2.*controuers.*1.*tract.*1.*d.*5.Mærat.*d.*17. Petr. Hurtad. *d.*15.

Quæst. XIX. An actus fidei possit componi cum visione intuitiua obiecti? Hîc Bonauent. *in lit. dub.*1. Alij relati *dist. seq. q.*1.

Quæst. XX. An possit componi cum scientia abstractiua? Hîc Bonauent. *in lit. dub.* 1. Alij relati *dist. seq. q.*1.

Quæst.

Quæst. XXI. An habitus fidei præcedat tempore primam infusionem charitatis & gratiæ? Hîc S. Th. *q.2.art.5*. Bonauent. *in litt.dub.6*. Caiet. Bañez, Arag. Lorca, Torres, Sylu. Pesant. & alij cum S. Thom. 2.2. *q.4. art. 7*. Item Caietan. Conrad. Medina, Zumel, Vazq. & alij cum S.Th.1.2.*q.62.art.4*. Valent. *tom.3. d.1.q.4.p.7*. Tanner. *tom.2.d.3.quæ.5.dub. 2. & 3*. Coninch 2.2.*disp.16.dub.4*. Granad. 2.2.*controu.1.tr.12. disp.5*. Mærat. *disp.25.sect.2.& 3*. Hurtadus *disputat. 57.de supernat.lib.4*.

Quæst. XXII. An actus fidei sit necessarius ad actum charitatis? Hîc S.Thom. *quæst.2.art.5*. Bonau. *in littera, dubio 6*. Alij relati *dist.26.quæst.16*.

Quæst. XXIII. An amissa charitate perseueret fides? Hîc Durandus *q. 9*. Caietan. Bañez, Aragon, Lorca, Torres, Sylu. Pesantius, & alij cum S.Th. 2.2. *q.4.art.4.& 6*. Item Caietan. Medina, Conrad. Vazq. Pesant. Zumel, & alij cum S.Th.1.2.*q.65.art.4*. Val. *tom.3.disp.1.q.4*. Tanner. *p.4.tom.3.disp.1.q.6.dub.2*. Suarez 2.2.*disp.7.sect.3*. Coninch 2.2.*disp.16.dub.4*. Granad. 2.2.*controu.1.tr.12. disp.5*. Mærat. *disput.23*. Petr. Hurtado *disp.53.de supernat.lib.4*.

Quæst. XXIV. An actus fidei superet certitudine scientias naturales? Hîc S. Th. *quæst.2.art.5*. Bonauent. *art. 1. quæst. 4*. Richard. *art. 8. quæst.1*. Brulef. *q.4*. Durandus *q.7*. Gabriel *q.2*. Caietan. Bañez, Arag. Lorca, Torres, Sylu. Pesantius, & alij cum S.Thoma 2.2.*quæst.4.art.8*. Valentia *tom. 3.disp.1.quæst.4.p. 8*. Tannerus *tom.3.disp. 1. quæst. 6. dubio 3*. Suarez 2.2. *disp.6.sect.5*. Coninch 2.2.*quæst.14.dubio 4*. Granadus 2.2.*controu.1.tract.12.disp.4*. Mæratius *disp.12*. Petrus Hurtado *disp.58*.

Quæst.

Quæst. XXV. An certò cognoſcamus fidem nobis inhærentem? Hic S. Thomas *quæſt*. 1. *art*. 2. Bonau. *in littera, dubio* 4. Scotus *quæſt*. 1. Gabriel *quæſt*. 2. *art*. 2. *concluſ*. 2. Tanner. *tom*. 3. *diſp*. 1. *quæſt*. 6. *dub*. 5. Coninch 2. 2. *diſp*. 14. *dub*. 14. Ruardus *art*. 9. & 14. Vega *lib*. 9. *in Tridentin. cap*. 3. Ayala *de tradit. parte* 2. *cap*. 1. Sotus *lib*. 3. *de natura & gratia, cap. vltimo*, Valent. *tom*. 3. *diſp*. 1. *q*. 6. *p*. 1. Bañez 2. 2. *quæſt*. 6. *art*. 1. Caietanus, Medina, & Zumel 1. 2. *q*. 112. *art*. 3. Vazquez 1. 2. *diſp*. 201. Nos *de ſupernat. lib*. 4.

Quæſt. XXVI. An dignoſcamus certò nobis inhærentem charitatem, & iuſtitiam? Hic S. Thomas *q*. 1. *art*. 2. Bonauent. *in littera, dubio* 4. Caietanus, Medina, Conradus, Peſantius, Lorca, Curiel, Vazquez, Matt. & alij cum S. Thom. 1. 2. *quæſt*. 112. *art*. 5. Tan. *tom*. 2. *diſp*. 6. *quæſt*. 4. *dub*. 5. Albertinus *coroll*. 6. *ex* 1. *princip. philoſoph*. Suarez *lib. de gratia, cap*. 3. Mæratius *de gratia, diſp*. 8. *ſect*. 2. Sotus *lib*. 3. *de gratia, cap*. 10. & *ſeq*. & *opuſcul. contra Catharin*. Ruardus *art*. 9. Vega *lib*. 9. *in Trident*. Stapleton. *lib*. 9. *de iuſtificatione*. Sander. *lib*. 3. *de iuſtificatione*, Bellarminus *lib*. 3. *de iuſtificatione, cap*. 2. & *ſeq*. Valent. *tom*. 2. *diſp*. 6. *quæſt*. 4. Cathar. *opuſc. de hac re*.

Quæſt. XXVII. An actus fidei ſupponat per ſe affectum voluntatis, & ſupernaturalem? Hîc S. Th. *quæſt*. 2. *art*. 2. & 3. Bonauent. *art*. 1. *q*. 2. Caietanus, Bañez, Aragon, Lorca, Sylu. Peſant. Torrez, & alij cum S. Th. 2. 2. *q*. 4. *art*. 2. Val. *tom*. 3. *diſp*. 1. *quæſt*. 4. *p*. 2. Tan. *tom*. 3. *diſputat*. 1. *quæſt*. 6. *dubio* 1. Albertinus *ex* 3. *princip. philoſoph. corollar*. 5. Suarez 2. 2. *diſputat*. 6. *ſect*. 6. & 7. Coninch 2. 2. *diſputat*. 13. *dubio* 4. & 5. Granadus 2. 2. *controuerſ*. 1. *tract*. 9. *diſputat*. 2. & 3.

Mærat.

Mærat. *disp.* 15. Petr. Hurtado *disputat.* 45. & 46. Nos *de supernat. disp.* 49. *sect.* 4. & 5.

Quæst. XXVIII. Quo differant credere Deum, credere Deo, & credere in Deum? Hîc Bonauent. *in littera, dub.* 3. Caietan. Bañez, Aragon, Lorca, Torres, Sylu. Pesant. & alij cum S. Thoma 2.2. *q.* 2. *art.* 2. Valentia *tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 2. *p.* 1. Tannerus *tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 7. *dub.* 1. Suar. 2.2. *d.* 6. *sect.* 3. Mærat. *de fide, d.* 9. *sect.* 1.

Quæst. XXIX. An actus fidei infusæ possit esse falsus ex natura rei? Hîc Gabriel *q.* 2. Caietan. Bañez, Aragon, Lorca, Pesant. Torres, Sylu. & alij cum S. Thoma 2.2. *q.* 1. *art.* 3. Valentia *tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 1. *p.* 3. Tanner. *tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 1. *dub.* 5. Suarez 2.2. *disp.* 3. *sect.* 13. Coninch 2.2. *disp.* 10. *dub.* 4. Granadus 2.2. *contr.* 1. *tr.* 1. *disp.* 7. & 8. Mærat. *disp.* 7. Petrus Hurtado *disp.* 19. Nos *de supernat. disp.* 58.

Quæst. XXX. An possit esse falsus potestate absoluta Dei? De quo nos fusè *de supernat. disp.* 59. & Petr. Hurtado 2.2. *disput.* 19. *sect.* 3. Videantur relati *quæst. præcedent.*

DISTINCTIO XXIV.

Quomodo intelligitur, quod scriptum est: Vt cùm factum fuerit, credatis.

PRæcedenti distinctione assertum est, fidem esse de iis, quæ non videntur. Nunc obiicitur illud Ioannis 14. dictum Apostolis à Christo: *Nunc dico vobis, priusquàm fiat, vt cùm factum fuerit, credatis*; scilicet, resurrectionem sui corporis. Nam, cùm

cùm res facta fuerit, ſcilicet, cùm Chriſti corpus reſurrexerit, videbitur. Tamen, ait Dominus, quod credetur. Reſpondetur: In eo, quod factum cernitur, aliud eſt, quod videtur; aliud, quod creditur; quia omnia, quæ in eo ſunt, non videntur. Vnde ſemper creditur, quod non videtur.

2. Itaque prima concluſio eſt: Id, quod videtur, poteſt eſſe obiectum fidei, ratione alicuius, quod in eo non videtur. Nam Thomas Apoſtolus vidit Chriſtum reſurgentem, & credidit eſſe Deum, quod non videbat; ideóque illi dictum eſt Ioan. 20. *Quia vidiſti me, Thoma, credidiſti.* Item D. Petrus vidit Chriſtum patientem. Tamen credidit eſſe Deum, quod non videbat. Rationem reddit Auguſtinus *tract.* 79. *in Ioan. initio, & enarratione in Pſalm.* 101. quia fides eſt laudabilis, & meritoria. At ſi non eſſet in obiecto aliquid obſcurum, & non viſum credenti, non eſſet laudabilis, & meritoria: laus enim, & meritum fidei conſiſtit in eo, quod aſſenſum præbeat obiecto, quod non videtur: nam aſſentiri obiecto viſo neceſſarium, & non liberum eſt, ideóque nec laudabile, nec meritorium. Petrus igitur ideò laudabilis fuit in fide paſſionis præ pagano: quia licèt vterque aſſenſum præbuit paſſioni Chriſti; ſolus tamen Petrus, & non paganus aſſenſum præbuit patientis Diuinitati, quam neuter videbat.

3 Obiicies primò, Ioannem in ſuperioribus teſtimoniis rationem credendi ſtatuere: quia obiectum viſum eſt. Secundò, Auguſtinum *lib.* 2. *quæſt. euangelic. cap.* 39. aſſerere, eſſe fidem eorum, quæ præſentia cernimus, vt cùm per ſpeciem manifeſtam contemplabimur ſapientiam Dei. Ad primum reſpondetur:

Ratio

Ratio credendi dicitur esse, quia obiectum videtur; quoniam miracula, & ea, quæ videntur, reddunt credibilia alia, quæ non videntur. Ad secundum: Augustinus ibi differit de fide latè,& impropriè sumpta pro omni notitia certa rei, quamuis euidenti, non de fide strictè, & propriè sumpta pro cognitione obscura, de qua nunc differitur.

4 Secunda conclusio: Licèt fides excludat visionem exteriorem sui obiecti: cæterùm admittit notionẽ interiorem rationis naturalis, atque adeò fides non est de incognitis, sicut de non visis. Primò, quia plura credimus, quæ ratione naturali assequimur, vt Deum esse. Secundò, quia iuxta August. serm. 18. in Psal. 118. *Alia sunt, quæ nisi intelligamus, non credimus; alia, quæ nisi credimus, non intelligimus.* Videlicet ea, quæ sunt assequibilia per rationem naturalem, non creduntur, nisi prænoscãtur; ea verò, quæ illam excedunt, non cognoscuntur, nisi credantur, quia eorum notitia aliunde venire non potest, nisi per fidem. De quibus est illud Esaiæ 7. *Nisi credideritis, non intelligetis.* Item Augustinus lib. 9. de Trinitate, cap. 1. *Certa fides, vtcunque incohoat cognitionem.* Necnon Ambrosij: *Vbi fides, non statim cognitio est: vbi cognitio est, fides præcedit.* Itaque aliquorum credibilium fidem præcedit naturalis cognitio; aliorum verò cognitionem præcedit fides, ex qua per deductionem theologicam colligitur. Cæterùm omnium credibilium cognitio in hâc vita imperfecta est, & perficietur in futura.

5 Si autem obiicias: Ergo aliqua fides est eorum, quæ ignorantur, videlicet ea, quæ præcedit cognitionem sui obiecti. Distinguitur: Est de ignoratis aliquatenus, non verò penitus ignoratis: quia etiam

ante eorum fidem præcedit aliqua apprehensio, & propositio credibilium. Nam fides ex auditu est, non quidem semper exteriori, vt docet Augustinus *lib.* 13. *de Trinitate, cap.* 2. sed vel exteriori, vel interiori.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An assensus fidei possit coniungi cum visione intuitiua Dei? Hîc S. Thomas *quæst.* 1. *art.* 2. Bonauent. *art.* 2. *quæst.* 1. Richard. *quæst.* 4. Carthusianus, & Gabriel *quæst.* 1. Bañez, Aragon, Pesantius, Lorca, Torres, Sylu. & alij cum S. Thoma 2.2. *q.* 1. *art.* 4. Valentia *tom.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 1. *part.* 4. Tannerus *tomo* 3. *disp.* 1. *quæst.* 1. *dub.* 6. Canisius *lib.* 12. *de locis, cap.* 1. Molina *p.* 4. *disput.* 3. *sect.* 7. *& seq.* Coninch 2. 2. *disput.* 11. *dub.* 1. Granadus *tom.* 3. *controuers.* 1. *tract.* 2. *disp.* 7. Mærat. *tom.* 2. *tract. de fide, disp.* 13. Petr. Hurtado *disp.* 30.

Quæst. II. An actus fidei coniungi possit cum scientia abstractiua? Hîc S. Thomas *q.* 1. *art.* 2. Bonau. *art.* 2. *q.* 3. Scotus, Carthusianus, Bacconius, Gabriel *q.* 1. Caietan. Bañez, Aragon, Lorca, Pesant. Sylu. Torres, & alij cum S. Thom. 2.2. *q.* 1. *art.* 5. Valent. *tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 1. *art.* 4. Tannerus *tom.* 3. *disput.* 1. *q.* 1. *dub.* 6. Suarez 2.2. *disp.* 3. *sect.* 7. *& seq.* Coninch 2.2. *disp.* 11. *dub.* 1. Granad. *tom.* 3. *controu.* 1. *tr.* 2. *disp.* 7. Mærat. *de fide, disp.* 13. Petr. Hurtad. 2.2. *disp.* 39.

Quæst. III. An actus fidei sit meritorius, & laudabilis? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 3. Durand. *q.* 3. Caiet. Bañez, Aragon, Lorca, Pesant. Syluius, Torres, & alij cum S. Th. 2.2. *q.* 2. *art.* 9. Valentia *tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 2. *p.* 7. Tann. *tom.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 7. *dub.* 4. Suarez 2.2. *disp.* 6. *sect.* 7.

Coninch

Coninch 2. 2. *disp.* 14. *dub.* 5. Granadus *tom.* 3. *controu.* 1. *tr.* 10. *disp.* 2. Mærat. *de fide, disp.* 18. Petr. Hurtado 2.2. *q.* 47.

Quæst. IV. An sit meritorius merito distincto à merito piæ affectionis imperantis? De quo relati *lib.* 2. *dist.* 35. *q.* 4.

Quæst. V. An possit imperari ex fine malo, eóque deturpari? Hîc Durand. *q.* 3. Alij relati *lib.* 2. *dist.* 26. *quæst.* 20.

Quæst. VI. An possit per discursum haberi? De quo Caietan. Bañez, Arag. Lorca, Pesant. Sylu. Tor. & alij cum S. Th. 2.2. *q.* 1. Valent. *tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 1. *p.* 2. Tann. *tom.* 3. *d.* 1. *q.* 1. *p.* 2. *n.* 105. *& seq.* Suar. 2.2. *disp.* 6. *sect.* 4. Coninch 2.2. *d.* 9. *dub.* 7. *&* 8. Gran. *tom.* 3. *controu.* 1. *tr.* 9. *disp.* 1. Vazq. 1. *p. disp.* 5. *cap.* 3. Mærat. *de fide, disp.* 9. Petr. Hurtado 2.2. *disp.* 39. Albertinus *tom.* 1. *ex* 3. *princip. corol.* 4. Nos *de supernat. disp.* 55. *sect.* 5. *& seq.*

Quæst. VII. Quæ apprehensiones assensus fidei præcedant? De quo relati *lib.* 2. *dist.* 26. *q.* 15.

Quæst. VIII. An, & qui affectus per se illum præcurrat? Hîc Gab. *q.* 1. Alij relati *dist. præced. q.* 27.

Quæst. IX. Quodnam sit obiectum materiale fidei? Hîc S. Thomas *q.* 1. *art.* 1. *& q.* 2. *art.* 1. Bonauent. *art.* 1. *q.* 2. *&* 3. Richard. *q.* 1. *&* 2. Dur. & Argent. *q.* 1. *art.* 1. Alij relati *dist. præced. q.* 16.

Quæst. X. Quodnam sit obiectum formale fidei? Hîc S. Thomas, Bonauent. Richard. & Argentin. relati *quæst. superiori.* Item relati *dist. præcedenti, q.* 17.

Quæst. XI. An mysteria fidei sint euidenter credibilia? Hîc Carthus. & Cabriel *q.* 1. Caietan. Bañez, Aragon, Lorca, Torres, Syluius, Pesant. & alij 2.2. *q.* 1. Valentia *tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 1. *p.* 7. Tanner. *tom.* 3. *disp.* 1.

q.2.dub.2.& 4.Suarez 2.2.*disp.4.sect.3.* Coninch 2.2. *disp.11.dub.3.* Granad.*tom.3.contr.1.tr.2.disp.1.& seq.* Mærat. *de fide,disp.16.* Petr.Hurtad. 2.2.*disp.22.*

Quæst. XII. An absque externa propositione Ecclesiæ possit esse res credibilis per fidem diuinam? Hîc Carthus.& Gabriel *q.1.* Caietan.Bañez, Aragon, Lorca,Syluius,Pesant.Torres,& alij 2.2.*q.1.* Valentia *tom.3. disp.1.q.1.* Tannerus *tom.3. disp.1.q.2. dubio 2. & seq.* Suarez 2.2.*disp.4 sect.2.* Coninch 2.2. *disp.9. dub.5.&* 6.Granad. *tom.3.controu.1.tr.2.disp.3.*Mærat. *de fide disp.16.* Petr.Hurtado 2.2.*disp.14.*

Quæst. XIII. An actus fidei possit esse falsus ex natura rei? Hîc S.Thom.*q.1.art.1.* Bonau.*art.1.q.1.* Richard.*q.4.*Durand.*q.2.*Argent.*q.1.art.2.*Alij relati *dist. praeced.q.29.*

Quæst. XIV. An possit esse falsus pdtestate absoluta Dei? De quo relati *quæst. superiori, & dist.praeced. quæst.* 30.

DISTINCTIO XXV.

De fide Antiquorum.

HOc est, quæ fides necessaria, & sufficiens fuerit antiquis ad salutem? Præmittitur primò, fidem decursu temporum magnos profectus habuisse; tum expressione eorũ, quæ semper de Deo credita sunt,tum accessione nouorum credibilium, seu articulorum; tum constantia, & deuotione credentium. Præmittitur secundò, aliquam semper fidem necessariam fuisse ad salutem, saltem existentiæ Dei, & remunerationis

tionis æternæ ab ipso faciendæ, iuxta illud Apostoli Hebr. 11. *Oportet accedentem credere, quia Deus est, & quòd remunerator est sperantium in se.* Præmittitur tertiò nobis, qui Christo posteriores sumus, prætereà esse necessariam fidem eorum, quæ ad Christi incarnationem spectant, cùm necessaria sit fides eorum, quæ in symbolo continentur. Igitur, difficultas est, an eadem fides Christi fuerit necessaria etiam antecessoribus Christi? An eis sufficeret credere, quod Deus est, & ipse remunerator est?

2 Prima conclusio: Semper etiam ante aduentum Christi necessaria fuit ad salutem fides Christi venturi. Probatur primò: quia sic testatur Augustinus epistola 155. ad Optatum: *Christi hominis, eiusdémque Dei saluberrimam fide, etiam illi iusti salui facti sunt, qui priusquàm veniret in carne, crediderunt in carne venturum. Eadem enim fides est, & illorum, & nostra.* Item de correptione, & gratia, cap. 7. *Nemo liberatur à damnatione, quæ per Adam facta est, nisi per fidem Iesu Christi.* Rursus libro secundo de nuptiis, & concupiscentia, cap. 2. *Eadem fides mediatoris, quæ nos saluat, saluos faciebat iustos antiquos, pusillos cum magnis: quia sicut credimus, Christum in carne venisse; ita illi venturum: & sicut nos mortuum; ita illi moriturum, resurrecturum, & ad iudicium viuorum, & mortuorum venturum.* Secundò, quia idem censet Gregorius homil. 17. super Ezechiel. *Et qui præibant, & qui sequebantur, clamabant dicentes: Osanna filio Dauid: quia omnes electi, qui in Iudæa esse potuerunt, siue qui nunc in Ecclesia sunt, in mediatorem Dei, & hominum crediderunt, & credunt.* Similiter alij Patres. Ergo præter fidem Dei fides etiam Christi semper necessaria fuit.

3 Obiicitur primò: Multitudo plurium hominum ſimplicium, quibus ante Chriſtum incarnatio Chriſti propoſita non fuit; & tamen aderat ſufficientia ad ſalutem. Secundò, Cornelius, qui *Act.* 10. proponitur iuſtus, antequàm mitteretur ad eum Petrus, vt nuntiaret aduentum Chriſti. Ad primum reſpondetur: Ante Chriſti aduentum omnibus propoſita fuit incarnatio credenda, aut explicitè, aut implicitè. Explicitè maioribus, & ſuperioribus, vt Abrahæ, Moyſi, & aliis; implicitè ſimplicioribus, & rudioribus, quibus proponebatur, & incumbebat credere in genere omnia, quæ credebant maiores, & doctiores. Sicut nunc etiam ruſtici homines credunt tantùm implicitè plura, quæ illis proponuntur, & non capiunt, ſcilicet credentes in genere quidquid profitetur Eccleſia. Ad ſecundum: Cornelius credebat reuelatione Dei incarnationem Chriſti; ſed ignorabat, an ea facta fuerit. Petrus igitur miſſus fuit, vt iam factam nuntiaret. Vnde quod ait Auguſtinus lib. 1. de prædeſtinatione Sanctorum, cap. 7. *Cornelio dictum eſſe per Angelum, Acceptæ ſunt eleemoſynæ tuæ, & orationes tuæ antequàm in Chriſtum crederet*, intelligendum eſt, antequàm in Chriſtum crederet iam incarnatum, non verò aliquando incarnandum: mox enim addit: *Nec tamen ſine aliqua fide donabat, & orabat. Sed ſi poſſet ſine fide Chriſti eſſe ſalus, non ad eum mitteretur architectus Eccleſiæ Petrus.* Miſſus ergo eſt, vt perficeretur fides imperfecta Chriſti præcedens.

4 Si autem inquiras, an priſcis fidelibus neceſſarium fuerit credere de Chriſto omnes articulos, quos nunc credimus; nihil certò decernitur. Nam alij arbitrantur, quatuor fuiſſe credendos, ſcilicet, Natiuitatem,

tiuitatem, Mortem, Resurrectionem, & Aduentum in iudicium: quia eorum meminit Augustinus *suprà*. Alij verò solam Natiuitatem, & Iudicium: quia de morte Christi, & descensu ad Inferos ante resurrectionem dubitasse videtur Baptista per discipulos interrogans: *Tu es, qui venturus es? an alium expectamus?* Quam interrogationem Gregorius *homil.* 1. *super Ezechiel. & homil.* 6. *super Matth.* refert in descensum Christi ad Inferos post mortem. Sed rectiùs alij censent, Baptistam non dubitasse verè; sed dubitantis personam egisse, vt humilitatis Christi admirationem ostenderet.

5 Secunda conclusio: Sic est fides necessaria ad actus conferentes in salutem, vt fidei intensionem, & perfectionem sectentur æqualiter spes, & charitas, & operationes virtutum. Sic Greg. hom. vlt. super Ezech. *Fidem, spem, charitatem, atque operationem, dum in hac vita viuimus, æquales sibi esse apud nos inuenimus.* Et probat: *Quia, quantùm credimus, tantùm amamus; & quantùm amamus, tantùm de spe præsumimus; & tantùm operamur, quantùm credimus, & amamus, & speramus.* Hæc æqualitas intelligenda est quoad intensionem, & accidentalem perfectionem actuum: nam quoad virtutes, & perfectionem essentialẽ maior est charitas, vt notat ipse Gregorius, cũ in patria sola illa permaneat, & deficientibus spe, & fide, illa nostram beatitudinem compleat. Item, quia charitas est mater, & causa omnium virtutum. Neque obest, quod ait Apostolus 1. Timoth. 1. *Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Vbi nomine bonæ conscientiæ intelligitur spes, iuxta Augustinum *lib.* 1. *de doctrina Christiana, cap. vlt.* atque adeò charitas esse

de spe bona, & fide non ficta. Nam ideò tantùm asseritur à Paulo: quia charitas esse non potest sine spe, & fide, quanuis spes, & fides possint esse sine charitate. Non verò, quia fides, & spes causalitate aliqua charitatem præcedant.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An actus fidei infusæ sit necessarius ad salutem? Hîc S.Thom.*q.*2.*ar.*1.Dur.*q.*1.Caiet.Bañez, Arag.Lorca, Syluius, Pesant.Torres, & alij cum S.Th. 2.2.*q.*2.*ar.*3.Valent.*tom.*3.*disp.*1.*q.*2.*p.*2. Suareò 2.2. *disp.*12.*sect.*1. & 2.Coninch 2.2.*disp.*14.*dub.*8. Granad.*tomo* 3.*controuers.*1.*tr.*10.*disp.*1. Pet. Hurtado 2. 2.*disp.*40.& 41.Tanner.*tomo* 3.*disp.*1.*q.*7.*dub.*2. Mærat.*de fide, disp.*19.

Quæst. II. An fides incarnationis fuerit omnibus antiquis necessaria? Hîc S.Thomas *q.*2.*art.*2. Bonau. *art.*1.*quæst.*2.Scotus, Durand.& Gab.*q.*1.Richard. *art.* 3.*q.*1.Caiet. Bañez, Aragon, Lorca, Syluius, Pesant. Torres, & alij cum S.Thom.2.2.*q.*2.*ar.*7.Valent.*tomo* 3.*disp.*1.*q.*2.*p.*4.Suarez 2.2.*disp.*12.*sect.*4. Coninch 2.2.*disp.*14.*dubio* 9.& 10.Granad.*tom.*3.*controu.*1.*tr.* 10.*disp.*2.& 3.Petr.Hurtado 2.2.*disp.*44.*sect.*1. Tanner. *tom.* 3.*disp.*2.*q.*7.*dub.*2.& 3. Mær.*de fide, disp.*19.

Quæst. III. An omnium articulorum symboli fides necessaria sit? Hîc S.Thomas *quæst.* 1. *art.* 2. Richardus *art.*2.*q.*1. Argentin. *q.*1.*art.*4. Gabriel, Bonauentura, & Carthusianus *q.* 1. Caietanus, Bañez, Aragon, Lorca, Syluius, Pesantius, Torres, & alij cum S.Thoma 2.2.*q.*2.*art.*3.& *sequent.*Dalent.*tomo* 3.*disp.* 1.*q.*2.*par.*2.Suarez 2.2.*disp.*12.& 13. Coninch 2. 2. *disp.*

disp.14.*dubio* 9.*&* 10.Granad. *tomo* 3.*controu*.1.*tr*. 10. *disp*. 2.*&*.3.Petr.Hurtado 2.2.*disp*.44. Tannerus *tomo* 3.*disp*.1.*q*.7.*dubio* 2.*&* 3.Mæratius *de fide*,*disp*.19.

Quæst.IV. An hæc fides necessaria debeat esse explicita? Hîc S. Thomas *q*.2.*art*.1.Bonauentura *art*.1. *q*.3.Richardus *art*.3.*q*.2. Brulef. *q*.2. Durandus, Carthusianus, & Gabriel *quæst*.1.Caietanus, Arag.Bañez, Lorca,Syluius,Torres,Pesantius,& alij cum B.Thom. 2.2.*quæst*.2.*art*.5.*&* *sequent*. Valent *tomo* 3.*disp*.1.*q*.2. *parte* 3, Suarez 2.2.*disp*.12.*&* 13. Coninch 2.2.*disp*. 14.*dubio* 9.*&* 10.Granadus *tomo* 3. *controuers*.1.*tr*.10. *disp*.2.*&* 3,Petr. Hurtado 2.2.*disp*.40. *&* *seq*.Tanner. *tomo* 3.*disp*.1.*q*.7.*dub*.2.*&* 3.Mærat.*de fide*,*disp*.19.

Quæst. V. An decursu Ecclesiæ creuerit numerus credendorum? Hîc S.Thomas *q*.2.*art*.2.Bonauentura *art*.2.*q*.1. Richardus *art*. 5. *quæst*. 1. Carthusianus, & Gabriel *q*.1.Caietanus, Aragon, Bañez, Lorca, Syluius, Pesantius,Torres, & alij cum S.Thoma 2.2.*q*.1. *ar*.7.Suarez 2.2.*disp*.13.*sect*.3.

Quæst. VI. An infideles, quibus non est prædicatum Euangelium,possint adipisci salutem? Hîc Gabr. *q*.1.Dur.*q*.3.Alij relati *lib*.2.*dist*.26.*q*.14.

Quæst. VII. An species impressæ credendorum necessariæ ad actum fidei sint intrinsecè naturales, an supernaturales? De quo nos fusè *de supernatural*.*disp*. 54.Granadus *tomo* 3. *controuers*.1.*tr*.12.*disp*. 7. Torres 2.2.*disp*.58.*dubio* 5.

Quæst. VIII. An habitus fidei obtineat intensionem inæqualem habitui charitatis? Hîc Bonauentura *in littera*, *dubio* 4.Petr.Hurtado 2.2.*disp*. 61. Coninch 2.2.*disp*.6. *dub*. 4. Valentia *tomo* 3. *disp*. 1.*q*.5. *p*.4.Torres 2.2.*disp*.45.*dub*.1.

Quæst. IX. An sine fide infusa possit esse aliquis actus salutaris? Hîc S. Thom. *q.2.art.1.* Alij relati *lib. 2.dist.26.quæst.13.*

DISTINCTIO XXVI.

De Spe, quid sit?

PRima conclusio: Spes est virtus, qua æterna bona sperantur futura. Quia virtus est, illam præcedit charitas, quæ mater est, & forma virtutũ. Quia per illã sperãtur æterna bona, obiectũ principale, & formale spei est beatitudo futura. Quia spes præsumptio non est, innititur in gratia Dei, & meritis præcedentibus bonum speratum, aut etiam spem; sperare enim tanta bona sine meritis, & viribus propriis, præsumptio est. Quia verò speramus futura, quæ non videmus, spes est de non visis, sicut fides. Nam, vt ait Augustinus in Enchir. cap.8. *De spe quoque dicitur: Spes, quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat.* Quanuis autem spes in hac conditione conueniat cum fide, differt ab illa in pluribus. Primò, quòd spes est tantùm bonorum; fides verò etiam malorum. Secundò, quòd spes est tantùm futurorum; fides verò etiam præteritorum, & præsentium. Tertiò, quòd spes tantùm eorum, quæ ab alio ventura sunt; fides verò etiam eorum, quæ à nobis sunt ventura.

2 Secunda conclusio: Non fuit in Christo virtus spei, aut fidei. Nam fides, & spes sunt eorum, quæ non videntur. At Christus clarissimè, & non ænigmaticè cernebat futuram suam resurrectionem, & alia

bona.

bona. Confirmatur: quia ea sola ratione in hominibus, & Angelis beatis non datur fides, aut spes, quia bona agnoscunt intuiuè, & clarè futura. Ideò quanuis Christus, & Beati dicantur credere, & sperare diem iudicij futurum, hæc fides, & spes non est intelligenda de nostra fide, & spe, quæ à scientia distinguitur, & obscura, ac ænigmatica est, soláque strictè, ac propriè fides, & spes dicitur; sed de alia, quæ cum scientia confunditur, & impropriè, ac latè dicitur fides, & spes. Vnde non obstat, antiquos Patres in Inferis detentos per veram fidem, & spem credidisse, & sperasse beatitudinem. Quia illorum cognitio erat ænigmatica, & obscura, non intuitiua, & clara, sicut Christi.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An spes sit virtus, & theologica? Hîc S.Thomas *q.2.art.1.* Bonau. *art.1.q.1.* & 3. Richard. *art. 3. quæst.1.* & 2. Argent. Baccon. Durand. Scot. Carthus. Gabr. *quæst.1.* Caiet. Bañez, Aragon, Lorca, Sylu. Pesant. Torres, & alij cum S.Thoma 2. 2. *q.* 17. *art.* 1. & 7. Val. *tom.3. d. 2. q.* 1. Suar. *tr. de spe, d.* 1. Coninch 2.2. *d.* 19. Tann. *tom.3. d.2. q.* 1. *dub.* 1. Mærat. *d.33. sect.3.* Petr. Hurtad. 2.2. *d.*98. & 101. Gran. *tom.3. controu.2. tr.1. d.5.*

Quæst. II. Quod sit obiectum formale spei? Hîc S.Thom. *quæst.2. art.1.* Bonau. *ar.2. q.* 4. Richard. *ar. 4. q.1.* Argent. *q.1. art.3.* Gabr. *q.1. dub.7.* Caiet. Bañ. Arag. Lorc. Pesant. Sylu. Torr. & alij cum S.Th. 2.2. *q.* 17. *art.2.* Val. *tom.3. d.2. q.1. p.1.* Suar. *de spe, d.1. sect.2.* & 3. Coninch 2.2. *d.19. dub.4.* Tann. *tom.3. d.2. q.1. dub.1.*

*dub.*1.Mærat.*d.*30.*& seq.*Petr.Hurtad.2.2.*d.*79.Gran. *tom.*3.*controu.*2.*tr.*1.*d.*1.

Quæſt. III. An ſpe theologica ſperemus aliis bona? Hîc Bonau.*in litt.dub.*4. Caiet. Bañ. Arag. Lorca, Peſant. Syluius, Torres, & alij cum S. Thoma 2. 2. *q.* 17.*art.*3.Val.*tom.*3.*d.*2.*q.*1.*p.*1.Coninch 2. 2. *d.* 19. *dub.*5. Tannerus *tom.*3.*disp.* 2.*q.*1. *dub.*1. Mæratius *d.* 33.*sect.*1.Petr.Hurtad.*disp.*99.

Quæſt. IV. An ſpes ſit in Beatis,& Christo? Hîc S. Thom. *q.*2.*art.*5. Bonauent *in litt.dub.*5. Caiet. Bañ. Aragon, Lorca, Sylu. Peſant. Torres,& alij cum S.Th. 2.2.*q.*18.*art.*2.Valent.*tom.*3.*d.*2.*q.*1.*p.*3.Coninch 2. 2.*d.*19.*dub.*10.*&* 11.Tann. *tom.* 3. *d.* 2. *q.* 1. *dub.* 2. Vazquez *in* 3.*p.d.*44.*c.*22.Mærat. *d.*34.Petr. Hurtad. 2.2.*d.*108.Granad.*tom.*3.*controu.*2.*tr.*2.*d.*1.

Quæſt. V. An is, cui facta eſt reuelatio damnationis, poſſit ſperare ſalutem? Hîc Palat. *q.* 2. Maior *q.*3.Caiet.Bañ. Aragon, Lorca, Peſant. Sylu. Torres, & alij cum S.Thoma *q.*18.*art.* 3. *&* 4. Coninch 2. 2. *d.* 20.*dub.*13.Petr.Hurt.2.2.*d.*119. Gran. *tom.*3.*controu.* 2.*tr.*2.*d.*4. Xal.*tom.*3. *d.*2.*q.*4.*p.*1. Azor *tom.* 1. *lib.*2. *c.*21.*q.*3.Suarez 2.2.*de spe,d.*2.*sect.*2.

Quæſt. VI. An, & qua ratione ſpes ſit certa? Hic S. Thom. *quæst.*2.*art.*4.Bonau.*ar.*1.*q.*5. Brulef. *quæst.* 4. Durand. *q.* 3. Caiet. Bañez, Aragon, Lorca, Peſant. Sylu. Torres,& alij cum S.Thom.2.2.*q.*18.*art.*4.Val. *tom.*3.*d.*2.*q.*1.*p.*4.Coninch 2.2.*d.*19. *dub.* 7. Tanner. *tom.*3.*d.*2.*q.*1,*dub.*2,Mærat.*d.*32.*sect.* 3. *ad* 2. Petrus Hurtad.2.2.*d.* 112. Granad. *tom.*3.*controuer.*2.*tract.*2. *disp.*5.

Quæſt. VII. An ſpes componatur cum præſentia, ſeu poſſeſſione boni ſperati? Hic Bonau. *in litt.* *dub.*4.

dub.4. Petr. Hurtado 2.2*distinct*.96.*sect*.6. Torres 2.2. *d*.60. *dub*.1. nec plures alij.

Quæst. VIII. An spes existat absente charitate, aut fide? Hîc Bonauent. *art*.1.*q*.4. Brulef.*q*.4. Caiet. Bañez, Arag. Lorca, Pesant. Sylu. Torres, & alij cum S. Th. 2.2 *quæst*.17.*art*.7.& 8. Valent.*tom*.3.*d*.2.*q*.1.*p*.2. Suarez *de spe*,*d*.1.*sect*.8. Coninch 2.2.*d*.19.*dub*.8.& 12. Petrus Hurtad. 2.2.*d*.111.

DISTINCTIO XXVII.

De charitate, qua diligitur Deus, & proximus, quæ in Christo, & in nobis est.

PRima conclusio: In Christo est charitas, quamuis in eo non sit fides, neque spes. Nam maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Christus autem illam posuit pro amicis, & pro inimicis.

2 Secunda conclusio: Charitas est dilectio, qua diligitur Deus propter se, & proximus propter Deum. Itaque finis intrinsecus, & obiectum formale charitatis vnus est Deus; obiecta diligenda verò sunt duo, scilicet Deus, & proximus. Quia obiectum formale vnum est, vna etiam, & eadem charitas est, & dilectio, qua Deus, proximúsque diligitur. Nam, vt ait August. lib.8. de Trin. cap.8. *Ex vna, eadémque charitate Deum, proximúmque diligimus. Sed Deum propter se, nos verò, & proximum propter Deum.* Scilicet, charitas est vna: quia vnus est Deus, propter quem duo diliguntur. Item est vna, quia non solùm charitas, qua Deus; sed etiam

etiam qua proximus diligitur, eſt Spiritus ſanctus. At Spiritus ſanctus vnus, & idem eſt. Sumitur etiam ex Auguſtino ſuprà: *Si fratrem, quem videt humano viſu, ſpirituali charitate diligeret, videret Deum, qui eſt ipſa charitas.* Scilicet, viſu interiori ipſam charitatem cognoſcendo. Tamen, quia obiecta diligenda ſunt duo, præcepta charitatis duo ſunt, eáque habentur Deuteronom. 6. Primum eſt: *Diliges Deum tuum ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima.* Secundum: *Diliges proximum, ſicut teipſum.* Propterea ait Paulus 1. Timoth. 1. *In his duobus mandatis tota lex pendet, & Propheta.* Ergo, quamuis obiectum formale charitatis ſit vnum; præcepta tamen ſunt duo.

3 Sed obiicitur primò: Dilectio Dei, & proximi eſt vna, & eadem. Ergo etiam præceptum diligendi Deum, & proximum eſt vnum, & idem. Secundò: Apoſtolus *Roman.* 13. ait, omne mandatum legis inſtaurari, ſeu contineri in hoc verbo: *Diliges proximum ſicut teipſum.* Vbi vnum tantùm mandatum proponitur. Item Chriſtus vnum tantùm propoſuit, Ioan. 13. *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos.* Ergo mandata charitatis non ſunt duo. Ad primum reſpondetur: Quamuis dilectio ſit vna, mandata ſunt duo: quia vna dilectione præcipiuntur duo diligi, ex quorum geminatione etiam interdum dilectio gemina dicitur. Item licèt dilectio ſit vna quoad finem intrinſecum, non eſt vna quoad motus, ſeu actus, quibus tendimus in eum finem, quia alio motu poſſumus Deum ſolùm propter ſe, & alio proximum diligere propter Deum. Ad ſecundum: Quamuis mandata ſunt duo, vnum

vnum interdum asseritur propter connexionem vnius cum alio, seu quia vnum continetur in alio. Qui enim proximum diligit propter Deum, non potest non diligere Deum propter se; & qui Deum diligit propter se, etiam diligit proximum propter Deum.

4 Tertia conclusio: Ad charitatem pertinet non solùm diligere, sed etiam modus diligendi proximum, & Deum. Nam *Deuter*.6. proximum iubemur diligere, sicut nos ipsos, Deum verò ex toto corde, ex tota mente, & tota anima. Vbi non solùm dilectio, sed modus etiam dilectionis præcipitur. Proximum ergo iuberis diligere, sicut teipsum, scilicet in salutem,& bonum, non in perniciem, & malum, vt Augustinus exponit. Nam teipsum diligere debes per charitatem,vel quia amicus Dei es, vel vt Dei amicus sis. Qui ergo amat homines, ait Augustinus lib.8.de Trinit. cap.6. *vel quia iusti sunt, vel vt iusti sint, amare debet: hoc est, in Deo, vel propter Deum. Hic enim & seipsum amare debet.* Item *lib*.14. *cap*. 14. cùm teipsum diligis in peccatum, magis te odio,quàm amore prosequeris, cùm maius tibi velis malum, quàm bonum. Ergo, cùm proximum iuberis diligere sicut teipsum, iuberis diligere in bonum salutis, ne aliter eum magis odio, quàm amore prosequaris. Deum autem iubemur diligere ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima; scilicet, omnes affectus, cogitationes, operationes, & vitam conferens in Deum, qui omnia contulit nobis.

5 Sed objicies: Præceptum diligendi Deum hoc modo non potest impleri in hac vita, in qua, sicut ex parte tantùm cognoscimus Deum; ita ex parte,& non

ex

ex toto diligimus: nam, vt ait Augustinus lib. de perfectione humanæ iustitiæ, ad 16. rationem Cœlestij: *Cum adhuc est aliquid carnalis concupiscentiæ, non omni modo ex tota anima diligitur Deus.* Ergo is non est modus diligendi præceptus. Nam præcipi non potest modus nobis impossibilis. Respondetur: Verum est, hoc præceptum omninò, & adæquatè non posse impleri in hac vita, sed in futura. Nihilominùs in hac vita præceptum proponitur, vt quoad possit homo in eam dilectionis perfectionem contendat, finémque videat, in quem cursum dirigat. Sicut igitur præceptum implet, qui currit in finem sibi præceptum, quamuis nondum in eum non perueniat; sic & nos diligendo, quoad possumus Deum, præceptum implemus; quamuis nondum ad omnem dilectionis modum, & finem præscriptum perueniamus.

6 Quarta conclusio: Obiecta materialia per charitatem diligenda tantùm sunt ea, quæ in Deum referri possunt. Nam obiecta materialia alicuius virtutis sunt ea, quæ possunt referri in finem, & obiectum formale ipsius. Deus autem est finis, & obiectum formale charitatis. Ergo ea tantùm, quæ in Deum referri possunt, erunt obiecta materialia. Vnde alius homo, Angelus, nostrum corpus, & alia etiam bona, quæ in Deum amorem ferunt, poterunt diligi per charitatem.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An charitas sit virtus creata nobis inhærens? Hîc S. Thom. *quæst*. 2. *art*. 2. Bonau. & Scot. *q*. 1. Alij relati *lib*. 1. *dist*. 14. *q*. 5.

Quæst.

Quæst. II. An sit distincta ab habitu gratiæ? Hîc Bonau. *art*.1.*q*.3. Scot. Durand. & Gabr. *q*.1. Richard. *art*.9.*q*.2. Alij relati *lib*.2.*dist*.16. *q*.2.

Quæst. III. An charitas distincta à gratia sit iustificans? Hîc Bonau. *art*.1.*q*.4. Richard. *art*.9. *quæst*.2. Brulef. *q*.4. Alij relati *lib*.1.*dist*.17.*q*.5.

Quæst. IV. An, & quomodo sit forma cæterarum virtutum? Hîc Bonau. *art*.2. *q*.1. S.Thom. *q*.2. *art*.4. Richard. *art*.9.*q*.1. Carthus. & Gabr. *q*.1. Alij relati *dist*.23. Item *lib*.2.*dist*.38.*q*.3.5. *&* 6.

Quæst. V. An sint possibiles plures species charitatis? Hîc S.Thom. *q*.2. *art*.4. Bonauent. *art*. 1. *q*.2. Richard. *art*.6. *q*.1. Alij relati *lib*.2.*dist*.27.*q*.16.

Quæst. VI. Quodnam sit obiectum formale charitatis? Hîc S.Thomas *quæst*.3. *art*.1. Carthus. & Gabriel *quæst*. 1. Caiet. Bañez, Aragon, Lorca, Torres, Sylu. Pesant. & alij cum S. Thoma 2. 2. *q*.23. *&* 25. *art*.1. Suar. *de charitate*, *disp*.1. Val. *tom*.3.*d*.3. *quæst*.1. *p*.1.§.2. Coninch 2.2.*d*.21. *dub*.2. Tanner. *tom*.3.*d*.2. *q*.2.*dub*.1. Gran. *tom*.3.*controu*.3. *tr*.5.*d*.1. *& sequenti*. Mærat. *de charit*. *d*. 36. *&* 38. Petr. Hurtad. 2. 2. *d*. 128.

Quæst. VII. An amor, qui mouetur ex bonitate naturali Dei, possit esse charitatis infusæ? De quo relati *lib*.2. *dist*.27. *q*.18.

Quæst. VIII. An amor Dei, vt authoris supernaturalis, possit esse intrinsecè naturalis, & non à charitate infusa? De quo relati *lib*. 2. *distinct*. 27. *quæst*. 18.

Quæst. IX. An in natura eleuata possit Deus diligi efficaciter super omnia dilectione naturali? Hîc Gabr. *q*.1. Alij relati *lib*.2. *dist*.28. *q*.5.

Quæſt. X. An charitate theologica diligamus proximum propter ſe, quà iuſtum, & charum Deo? Hîc Bonauent. *art.* 2. *q.* 2. Richard. *art.* 7. *q.* 1. Suar. *de charit. d.* 2. *ſect.* 2. Val. *tom.* 3. *d.* 3. *q.* 1. *p.* 1. *& quæſt.* 3. *p.* 1. Coninch 2. 2. *d.* 24. *dub.* 1. Tanner. *tom.* 3. *d.* 2. *q.* 2. *à n.* 57. Arag. 2. 2. *q.* 25. *art.* 1. Caiet. Bañez, Lorca, Torres, Sylu. Peſant. & alij *ibidem, & q.* 23. *art.* 5. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. c.* 38. *dub.* 2. Gran. *tom.* 3. *controuerſ.* 3. *tr.* 1. *diſp.* 3. *ſect.* 4. *&* 5. *& diſput.* 5. *ſect.* 4. Mæratius *de charitate, d.* 38. Petr. Hurtad. 2. 2. *q.* 131.

Quæſt. XI. An actus charitatis viæ poſſit eſſe æqualis charitati patriæ? Hîc S. Thom. *q.* 3. *art.* 4. Durand. *q.* 3. Caiet. Bañ. Arugon, Lorca, Torres, Sylu. Peſant. & alij cum S. Thom. 2. 2. *q.* 24. *ar.* 8. Suar. *de charitate, cap.* 3. *ſect.* 4. Val. *tom.* 3. *diſp.* 3. *q.* 2. *p.* 2. Coninch 2. 2. *diſp.* 22. *dub.* 6. *& diſp.* 23. *dub.* 3. *&* 4. Tann. *tom.* 3. *diſput.* 2. *q.* 1. *dub.* 3. Gran. *tom.* 3. *controu.* 3. *tr.* 3. *d.* 4. Petrus Hurtad. 2. 2. *d.* 150.

Quæſt. XII. An Deus ſit diligendus ſine modo? Hîc S. Thomas *q.* 3. *art.* 3. Bonau. *art.* 2. *q.* 5. Richard. *art.* 8. *q.* 1. Durand. *q.* 2. Caiet. Bañez, Arag. Lorca, Torres, Syluius, Peſant. & alij cum S. Thom. 2. 2. *q.* 27. *art.* 6. Tanner. *tom.* 3. *d.* 2. *q.* 4. *n.* 13.

Quæſt. XIII. An actus charitatis poſſit eo modo fieri, vt inficiatur malitia? Hîc Gabr. *q.* 1. Ali- relati *lib.* 2. *diſt.* 26. *q.* 20.

Quæſt. XIV. An ſine relatione charitatis ſint meritorij actus aliarum virtutum? Hîc S. Thomas *q.* 2. *art.* 4. Bonau. *art.* 2. *quæſt.* 1. Richardus *art.* 9. *q.* 1. Carthuſ. & Gabr. *q.* 1. Alij relati *lib.* 2. *diſtinct.* 38. *quæſt.* 2.

DISTIN

DISTINCTIO XXVIII.

Si illo præcepto iubemur diligere totum proximum, & nos totos?

PRima conclusio: Præcepto dilectionis proximi iubemur diligere nos totos, & proximum totum, hoc est, secundùm corpus, & animam, volendo illi, & nobis bona corporis, & animæ. Hîc August. lib. 1. de doctrina Christiana c. 26. *Si te totum diligas, id est, animam, & corpus, & proximum tuum, id est, animam, & corpus eius (homo enim ex anima constat, & corpore) nullum rerum diligendarum genus in his præceptis prætermissum est.* Colligitur ex Augustino ratio. Homo constat ex anima, & corpore. At iubemur diligere proximum hominem, sicut nos, atque adeò etiam nos iubemur diligere. Ergo iubemur diligere non solùm animam, sed etiam corpus, tam proximi, quàm nostrum.

2 Obiicies, Augustinum *suprà, cap.* 23. & 24. docere, nulla esse danda præcepta de diligendo nos, & corpus nostrum: quia nemo vnquam carnem suam odio habuit; ideóque viros iustos corpus suum cruciantes; non corpus, sed vitia, & grauamen corporis odisse. Respondetur: Augustinus tantùm voluit, non esse danda præcepta de diligendo nos, & corpus nostrum, specialia, & diuisa à præcepto dilectionis proximi: quia vbi præcipimur diligere proximum, sicut nos ipsos, simul præcipimur diligere nos, & corpus nostrum. Itaque, non præceptum

diligendi nos,ſed expreſſionem, & diuiſionem à præcepto diligendi proximum, Auguſtinus negauit.

3 Secunda concluſio : Vbi iubemur diligere proximum, non tantùm hominem, ſed etiam Angelum iubemur diligere. Nomine proximi, omnem hominẽ intelligi manifeſtum eſt. Nam in parabola hominis ſemiuiui relicti, vocatur proximus is, qui miſericordiam exhibuit,& qui illam expertus eſt ; nam alter non poteſt eſſe proximus ſine altero, cùm nomen proximi ſit relatiuum ad alium nobis proximum. At omnis homo iubetur eſſe miſericors erga alterum, cùm etiam inimicis benè facere iubeamur. Vnde etiã Angeli comprehenduntur nomine proximi : quia plura nobis ab eis impenduntur beneficia. Ergo præcepto dilectionis proximi homo,& Angelus continetur. Quanuis autem Deus, quà nobis beneficus eſt, etiam proximus dici queat,iuxta Pſal. 34. *Quaſi proximum,& quaſi fratrem noſtrum ſic complacebam.* Tamen, quia Deum ex toto corde, & ſupra nos ipſos ſpeciali præcepto iubemur diligere, ideò ſub præcepto dilectionis proximi non comprehenditur. Comprehenditur verò Chriſtus, quà homo,quamuis pluſquàm nos ipſos eius humanitatem diligere debeamus : quia eum diligere non debemus tanta dilectione, quanta Deum.

4 Vnde non vno modo proximus dicitur. Eſt enim proximus primò conditione primæ natiuitatis, vt omnis homo à primo homine deſcendens. Secundò, ſpe conuerſionis, vt omnis infidelis,& peccator. Tertiò, propinquitate cognationis, vt conſanguinei. Quartò, ratione beneficij exhibiti, vt Angelus, & Chriſtus.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An charitas sit amicitia cum Deo? Hîc S. Thom. *quæst*. 1. *art*. 1. & 2. Durand. & Gabriel *q*. 1. Caiet. Bañez, Sylu. Pesant. Aragon, Lorca, Torres, & alij cum S. Thoma 2. 2. *q*. 23. *art*. 1. Suar. *de charitate disp*. 3. *sect*. 2. Valentia *tom*. 3. *d*. 3. *quæst*. 1. *part*. 1. Coninch 2. 2. *d*. 21. *dub*. 3. Tannerus *tom*. 3. *d*. 2. *q*. 2. *dub*. 1. Granadus *tom*. 3. *controuers*. 3. *tract*. 1. *d*. 3. Mærat. *de charitat*. *d*. 36. Petr. Hurt. 2. 2. *d*. 120. *& seq*. Ruiz *de volunt*. *d*. 52. *sect*. 6.

Quæst. II. An ipsa charitas possit diligi ex charitate propter se? Hîc S. Thom. *q*. 1. *art*. 1. Bonau. *art*. 1. *q*. 5. Caietan. Bañez, Aragon, Lorca, Torres, Sylu. Pesant. & alij cum S. Thom. 2. 2. *q*. 25. *art*. 2. Alij relati *lib*. 1. *dist*. 17. *quæst*. 12.

Quæst. III. An creaturæ irrationales sint ex charitate diligendæ? Hîc S. Thom. *quæst*. 1. *art*. 2. Bonauent. *art*. 1. *q*. 1. Richard. *q*. 4. Argent. Carthus. Gabr. & Dur. *q*. 1. Caiet. Bañez, Aragon, Lorca, Pesant. Sylu. Torres, & alij cum S. Thom. 2. 2. *q*. 25. *art*. 3. Suarez *de charit*. *d*. 1. *sect*. 1. Valent. *tom*. 3. *d*. 3. *quæst*. 3. *p*. 1. Tann. *tom*. 3. *d*. 2. *q*. 3. *dub*. 1. Gran. *tom*. 3. *controu*. 3. *tract*. 6. *d*. 4. Petr. Hurt. 2. 2. *d*. 153. *sect*. 2.

Quæst. IV. An peccatores sint diligendi ex charitate? Hîc S. Th. *q*. 1. *art*. 4. Richard. *q*. 3. Bonau. *art*. 1. *q*. 3. Argent. *q*. 1. *art*. 4. Gabr. Dur. & Carthus. *q*. 1. Caiet. Bañ. Arag. Lorca, Sylu. Pesant. Torres, & alij cum S. Thom. 2. 2. *q*. 25. *art*. 6. Suar. *de charit*. *d*. 1. *sect*. 1. Val. *tom*. 3. *d*. 3. *q*. 3. *p*. 2. Tann. *tom*. 3. *d*. 2. *q*. 3. *dub*. 1. Gran. *tom*. 3. *controu*. 3. *tr*. 6. *d*. 4. Petr. Hurt. 2. 2. *d*. 153. *sect*. 2.

qui iuxta nos est: quartò corpus, ordine enumerationis ordinem dilectionis insinuans. Ergo quædam priùs, quædam posteriùs diligenda sunt.

2 Secunda conclusio: Probabilius est, omnes homines non esse æqualiter diligendos, sed aliquos aliis præferendos; non solùm quoad affectum externum, seu exhibitionem bonorum; sed etiam quoad affectum internum, seu amorem. Sunt enim, qui volunt, omnibus parem deberi affectum internum, quamuis non omnibus paria debeantur officia externa. Probant aliqui conclusionem: quia parentes præcipimur honorare præ aliis. Sed non benè, quia hoc tantùm probat imparitatem obsequij externi, non verò affectus interni. Meliùs probatur ex Ambrosio, qui exponens illud Cant. 2. *Ordinauit in me charitatem*, sic ait: *Multorum charitas inordinata est: quod in primo est, ponunt tertium, vel quartum. Primò, Deus diligendus est, secundò parentes, inde filij, post domestici, qui si boni sunt, malis filiis præponendi sunt.* Vbi loquitur de affectu dilectionis, quo parentes præfert filiis, & filios domesticis. Quod vlteriùs confirmat: quia Deus præcipitur diligi ex toto corde. Proximus non ex toto corde, sed sicut ipse diligens; inimicus verò simpliciter solùm, & non sicut ipse diligens. Scilicet, quia Deus magis quàm proximus, & proximus, & nos ipsi, magis quàm inimici, dilectionem ferre debent.

3 Obiiciunt aduersarij Augustinum. Primò, quia *libro* 1. *cap*. 28. ait: *Omnes homines æquè diligendi sunt.* Secundò, in expositione Epistolæ ad Galatas 6. *Omnibus pari dilectione vita æterna optanda est, etsi non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia.* Tertiò, libro 8. de Trinitate, cap. 8.
Incom

Incomparabiliter plus charitatis Deo, quàm fratri debemus impendere : fratri verò quantum nobis. En Augustino docente, omnes homines æquè pari dilectione, & tantùm, quantùm nos ipsi, diligendi sunt. Respondetur : Augustinus ait, omnes homines æquè, pariter, & tantùm, quantùm nos esse diligendos : quia omnibus æquale, par, & tantùm, quantùm nobis bonum diligendum est : omnibus enim in hac vita par gratia, & sanctitas, & in alia par beatitudo est optanda ; sed non omnibus pari, & æquali affectu. Item, quamuis omnibus par sit affectus, non est intelligenda paritas affectus quoad eius quantitatem, sed similitudinem.

4 Si autem inquiras, an mali parentes, vel filij, vel fratres posthabendi sint aliis iustis, ac bonis : plenè quæstio non decernitur. Tamen posthabendos esse, indicat Ambrosius *suprà*, asserens, domesticos bonos præferendos filiis malis. Item Beda *Matth.* 12. ad illa verba : *Mater mea, & fratres mei sunt, qui verbum Dei faciunt* : rationem reddens, *quia religiosiores sunt copulæ mentium, quàm corporum* ; hoc est, præferendi sunt, qui vinculo animorum sunt coniunctiores, quàm corporum.

5 Tertia conclusio : Varij sunt charitatis gradus. Nam charitas primò dicitur incipiens, quæ cauet peccata ; deinde proficiens, quæ incumbit in virtutum officia. Deinde perfecta, quæ cupit dissolui, & esse cum Deo. Deinde perfectior, quæ fruitur bonitate Dei possessa. Denique perfectissima, quæ in eam bonitatem possessam altissima, & intentissima omnium dilectione exardescit, qualis est charitas Christi. Sic etiam Augustinus *tract. 5. in epist. Ioan.* docet,

charitatem primò nasci: deinde nutriri, rursus roborari, ac denique perfici.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An, & quis sit ordo dilectionis in charitate? Hîc S. Thomas *quæst*.1. *art*.1. Bonauent. *art*. 1. *quæst*.1. Richard. Argentina, Durandus, Carthusianus, & Gabriel *quæst*. 1. Caietannus, Bañez, Aragon, Lorca, Torres, Sylu. Pesantius, & alij cum S. Thoma 2.2. *quæst*.26. *art*.1. Suar. *de charitate*, *disp*.1. *sect*.4. *&* 5. Valent. *tom*.3. *disp*.3. *q*.4. *p*.1. Coninch 2. 2. *disp*.25. *dub*.1. Tanner. *tom*.3. *disp*.2. *quæst*.3. *dub*.2. Granad. *tom*.3. *controuers*.3. *tract*.7. *disp*.1.

Quæst. II. An Deus sit plus diligendus, quàm nos, & proximi? Hîc S. Thomas *quæst*.1. *art*.3. Bonau. *art*.1. *quæst*.2. Richard. Durandus, & Brulef. *quæst*.2. Argentinas, Carthusianus, & Gabriel *quæst*.1. Caietan. Bañez, Aragon, Lorca, Torres, Sylu. Pesantius, & alij cum S. Thoma 2.2. *quæst*.26. *art*.3. Suar. *de charitate*, *disp*.1. *sect*.4. *&* 5. Valent. *tom*.3. *disp*.3. *quæst*.4. *p*.2. Coninch 2. 2. *disp*.25. *dub*.1. *&* 2. Tannerus *tom*.3. *d*.2. *quæst*.3. *dub*.2. *&* 3. Granadus *tom*.3. *controuers*.3. *tract*.7. *disp*.2. Petr. Hurtado 2.2. *disp*.154. *sect*.1.

Quæst. III. An nos plus, quàm proximi? Hîc S. Thomas *art*.5. Bonauentura *art*.1. *quæst*.3. Richardus, & Brulef. *quæst*.2. Carthusianus, & Gabriel *quæst*.1. Caietan. Bañez, Aragon, Lorca, Torres, Sylu. Pesant. & alij cum S. Thoma 2.2. *quæst*.26. *art*.4. Suarez *de charitate*, *disp*.1. *sect*.4. *&* *disp*.9. *sect*.1. *&* 2. Valentia *tom*.3. *disp*.3. *quæst*.4. *part*.3. Coninch 2.2. *d*.25. *dub*.4. *&* *sequent*. Tanner. *tom*.3. *disp*.2. *quæst*.3. *d*.4.

Granad.

Granad. *tom.3 controuers.3.tract.7. disp.3. & sequent.* Petr.Hurtado 2.2.*disp.154.sect.2.& seq.*

Quæst. IV. An omnes proximi pari affectu sint diligendi? Hîc S. Thom. *art.2.* Bonauent. *quæst.6.* Brulef. *quæst.5.* Guillielmus, Gabriel, & Carthusianus *quæst.1.* Caietanus, Bañez, Aragon, Lorca, Torres, Sylu. Pesantius, & alij cum S.Thom.2.2. *quæst.26. art.6.* Suar. *de charitate, disp.1.sect.4.& disp.9 sect.4.* Valent. *tom.3.disp.3.q.4.p.4.* Coninch 2.2. *disp.24. dub.4. & disp.25. dub.8.* Tanner. *tom.3. disp.2. q.3. dub.5.* Granad. *tom.3. controuers. 3. tract.7. disp.7.* Petrus Hurtado 2.2.*disp.154.sect.5.*

Quæst. V. An iusti extranei sint plus diligendi, quàm propinqui peccatores? Hîc S. Thomas *art.6.* Richard.*q.6.*Brulef.*q.5.*Guillelm.Carthusian.& Gabr. *q.1.* Durandus *quæst.4.* Caietan. Bañez, Aragon, Lorc. Torres, Sylu. Pesant. & alij cum S.Thoma 2.2.*q.26. art.13.* Suarez *de charitate, disp.9.sect.4.* Valent.*tom.3. disp.3. q.4.p.5.* Couinch 2.2. *disp.25. dub.9.* Tann. *tom.3.disp.2.q.3.dub.5.* Granadus *tom.3.controu.3.tr.7. disp.7.* Petrus Hurtado 2.2.*disp.154.sect.5.*

Quæst. VI. An beati inæqualiter diligant inæqualiter Beatos, & Sanctos? Hîc Gabr. *q.1.* Caietanus, Bañez, Aragon. Lorca, Torres, Sylu. Pesant. & alij cum S.Thom.2.2.*q.6.26.art.13.*Suarez *de charitate, disp.9. sect.4.* Valentia *tom.3. disp.3.q.4.p.6.*Tannerus *tom.3. disp.2. q.3. dub.2.& 5.* Granadus *tom.3. controuers.7. tract.7. disp.8.* Alij relati *dist.31. quæst.9.*

Quæst. VII. An charitas viæ sit inæqualis charitati patriæ? De quo relati *dist.27. quæst.11.*

Quæst. VIII. An charitas incipiens possit efficaciter detestari vnum peccatum, quin omnia efficaciter sub eodem

eodem motiuo detestetur? Hîc S. Thomas *art.* 8. Suarez *tom.* 4. *in* 3. *p. disp.* 4. *sect.* 8. Tann. *tom.* 4. *disp.* 6. *quæst.* 6. *num.* 37. & 38. Corduba *lib.* 1. *quæst.* 15. Medina *tract.* 1. *de pœnit. quæst.* 3. & 12. Coninch *in* 3. *p. de pœnit. disp.* 1. *dub.* 5. Granad. *tom.* 5. *controuers.* 7. *tract.* 3. *disp.* 7. *num.* 2. & *seq.*

DISTINCTIO XXX.

Si melius est diligere amicos, quàm inimicos?

CErtum est, melius, & magis meritorium esse diligere amicos, & inimicos simul, quàm diligere solos amicos: nam prior dilectio habet totam bonitatem, & meritum posterioris ex amore amicorum vtrique communi, & insuper addit perfectionem, & meritum ex amore inimicorum sibi peculiari. Ergo quæstio est, an amor solius amici collatus cum amore solius inimici, si ab eo diuiduus est, sit potior, & remuneratione dignior.

2 Conclusio est: Melior, ac dignior est præmio amor amici, quàm solius inimici. Quia semper ille est feruentior, & intensior, quàm iste: siquidem amor inimici retardatur, & remittitur ex difficultate, qua animus fertur in inimicum; amor amici verò facilitate, & propensione animi semper intenditur.

3 Obiicitur Augustinus *in Enchir. cap.* 73. dicens, dilectionem inimicorum esse paucorum, & eorum tantùm, qui magnos in charitate profectus fecerunt, dilectionem amicorum verò esse multorum: licèt enim

enim plerique amicos diligant, & inimicis etiam iniurias condonent, vt sibi à Deo condonentur peccata, à pluribus namque ex corde dicitur: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*; rari tamen sunt, qui benefaciunt, & orant pro persequentibus se; aliud enim est odium deponere, aliud amorem beneficum exhibere. Respondetur: Augustinus confert eos, qui diligunt amicos, & inimicos simul, cum eis, qui tantùm amicos diligunt, & eos sanctiores, & perfectiores esse, indubitatum est. At verò conclusio posita confert dilectionem solius inimici cum dilectione solius amici; de quo Augustinus non agit: quia vix sola inimici dilectio absque amicorum dilectione, ac per consequens absque maiori sanctitate, & perfectione reperitur.

4 Vrgebis: Ergo potest inueniri, qui charitatem habeat solùm diligens amicos, & non habens odio inimicos; quin tamen inimicos diligat: nam iuxta Augustinum, perfectorum tantùm est diligere inimicos; plurium verò iustorum, amicos diligere, & inimicos non odisse, vt ipsi non habeantur odio à Deo, & in eius charitate permaneant. Plerique id concedunt, arbitrantes, omnibus hominibus solùm esse præceptum, non odisse inimicos; eos verò diligere imperfectis esse sub consilio, perfectis verò sub præcepto. Sed non benè: quia omnibus præceptum est diligere proximum, sicut seipsum. Inimici autem proximi sunt. Ergo omnibus est præceptum, non solùm non odisse, verùm etiam diligere inimicos. Rectiùs dicitur, Augustinum ibi non quamcumque dilectionem inimicorum solis perfectis adscribere; sed dilectionem perfectam, qua inimicis non sola bene-

ficia

ficia necessaria, quæ sunt sub præcepto, sicut aliis proximis; sed plura alia, sicut amicis larga beneuolentia exhibentur.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An teneamur diligere inimicum, quantùm ad affectum? Hîc S.Thomas *quæst.*1.*art.*1. Bonauentura *artic.*1.*quæst.*4. Scotus, Richardus, Durandus, Argentin. Carthusianus, & Gabriel *quæst.*1. Caietanus, Bañez, Aragon, Lorca, Sylu. Pesantius, Torres, & alij cum S.Thoma 2.2.*quæst.*25.*art.*8. Valentia *tom.*3. *disput.* 3.*quæst.*3. *parte* 2. Suarez *de charitate, disputat.*5.*sect.*5. Coninch 2.2. *disput.* 24. *dub.*5. *& sequent.* Tannerus *tom.* 3. *disputat.* 2. *quæst.* 3. *dub.* 1. Granad. *tom.*3. *controu.*3. *tract.*6. *disp.* 5. *&* 6. Petrus Hurtado 2.2. *disp.*153. *sect.*3.

Quæst. II. An teneamur diligere inimicum, quantùm ad effectum, & qualem? Hîc S.Thom. *q.*1. *art.*2. Richardus, Durandus, Carthusianus, & Gabriel *q.*1. Bonauentura *quæst.*5. Caietanus, Bañez, Aragon, Lorca, Sylu. Pesantius, Torres, & alij cum S. Thoma 2.2.*q.*25. *artic.*9. Valentia *tom.* 3. *disput.*3. *q.*3.*p.*2. Suarez *de charitate, disput.*5.*sect.*5. Coninch 2.2.*disp.*24. *dub.*5. *& sequent.* Tannerus *tom.*3. *disp.*2. *q.*3. *dub.*1. Granadus *tom.*3. *controuers.*3. *tract.*6. *disp.*5. *&* 6. Petrus Hurtado 2.2.*disp.*153.*sect.*3.

Quæst. III. An possit quis diligere Deum dilectione efficaciter remouente voluntatem ab aliis peccatis, & non ab odio inimici? Hîc Bonauentura *artic.*1.*q.*1. Richard. *q.*3. Brulef. & Guillelmus *quæst.*1. Alij relati *dist.præcedent.* *q.*8.

Quæst.

Quæst. IV. An pura depositio odij inimicorum absque vlla dilectione, & actu sit meritoria? De quo relati *lib.2.dist.24.q.9.*

Quæst. V. An cæteris paribus diligere amicum sit ex se magis meritorium, quàm diligere inimicum? Hîc S.Thomas *art.3.* Bonauentura *q.6.* Richard. *q.3.* Guillelmus, & Gabriel *.q.1.* Durandus *q.2.* Caietanus Bañez, Aragon, Lorca, Sylu. Pesantius, Torres, & alij cum S.Thoma 2.2.*q.27.artic.* 7. Valent. *tom.* 3. *disp.3.q.5.p.3.* Suarez *de charitate disput.2.sect.3.* Coninch 2.2.*disp.24.dub.8.*

Quæst. VI. An possit esse meritum alicuius dilectionis absque dilectione Dei? Hîc S.Thomas *ar.5.* Carthusian. *q.3.* Gab. *q.1.* Alij relati *lib.2.d.38.q.3.*

Quæst. VII. An sit habitus amicitiæ supernaturalis distinctus à charitate? De quo relati *d.* 27.*q.*10.

Quæst. VIII. An affectus amicitiæ supernaturalis possit moueri ex honestate, aut bonitate naturali donorum amici? De quo relati *lib.2.dist.27.q.18.*

Quæst. IX. An cæteris paribus crescat meritum ex maiori cremento gratiæ habitualis? Hîc Gab. *q.*1. Alij relati *dist.18.q.4.*

Quæst. X. An meritum alicuius actus charitatis possit æquari, & excedi merito virtutis ignobilioris, ratione intensionis actus, aut obiecti materialis, aut alterius circunstantiæ? Hîc Gabriel *q.1.* Durandus *q.2.* necnon S.Thomas *art.4.* Tannerus *tom.2. disputat.* 4. *q.3.dub.2.* Valentia *tom.* 2.*disp.3.q.2.p.2.* Azor *lib.* 4. *cap.* 19. *q.* 4. Medina, Conradus, Lorca, Vazquez, Zumel, & alij 1.2.*q.73.art.3.& 5.* Salas *tom.2.in* 1.2. *tract.13.disp.5.sect.2.* Suarez 3.*p.tom.3.disp.66.sect.2.* Herrera 2.*disp.32.q.3.*

DIS

DISTINCTIO XXXI.

Si charitas semel habita amittatur.

PRima conclusio: Charitas semel acquisita plerunque deperditur. Primò, quia plures fuerunt iusti, qui posteà sunt peccatores. At cum peccato deperditur charitas. Secundò, quia Lucæ 10. dicitur, plurium nomina scripta esse in libro vitæ, qui posteà abierunt retrò; scilicet, qui secundùm præsentem iustitiam, & charitatem pertinebant ad librum vitæ, posteà deserentes illam, rei mortis facti sunt. Quare Ambrosius tom. 4. in cap. 9. ad Roman. ait: *Quibusdam gratia data est in vsum, vt Sauli, & Iudæ. Frequenter enim antè sunt mali, qui futuri sunt boni, & aliquoties priùs sunt boni, qui futuri sunt, & permansuri mali, secundùm quod dicuntur scribi in libro vitæ, & deleri.*

2 Sunt tamen, qui charitatem inamissibilem esse tuentur, ac per consequens illam nunquam reprobis donari. Primò ex illo Pauli: *Charitas nunquam excidit.* Secundò ex Augustino in conc. 1. ad Psalm. 103. *Charitas, quæ deseri potest, nunquam vera fuit.* Item: *Charitas est fons bonorum, cui non communicat alienus,* id est, vt ipse exponit, damnandus. Rursus tract. 9. in epistol. Ioan. *Charitas ardente Sole crescere non potest.* Tertiò ex Beda in cap. 1. Ioannis: *In Sanctis, quandiu mortale corpus gestauerint, semper manere Spiritum Domini, vt possint habere virtutes.* Quartò ex Gregorio lib. 1. homilia 5. super Ezechielem, & lib. 2. Moral. cap. 41. & 42. *In sanctorum cordibus secundùm quasdam*

dam virtutes semper manere spiritum. Ergo charitas semel habita nunquam euanescit.

3 Ad primum respondetur: Paulus nunquam excidere charitatem dicit, vt ostendat eius dignitatem præ fide, & spe, quæ in patria non retinentur: charitas verò perpetuò durat. Ad secundum: Charitas, quæ deseritur, negatur ab Augustino vera, non quoad essentiam charitatis, sed quoad effectum constituendi hominem beatum, & merentem efficaciter beatitudinis. Item, charitati non communicare, alienum, seu reprobum dicitur, quia in extremo vitæ reprobis cum iustis charitas non est communis. Item, ad omnia obiecta respondetur. Cùm charitas semper permanens in Sanctis prædicatur à Patribus, intelligenda est charitas altissimè perfecta, non verò qualiscunque; interdum enim charitas ad eam altitudinem perfectionis peruenit, in qua moraliter sit inamissibilis per peccatum, atque ita semper re ipsa permaneat, quamuis physicè amissibilis sit, & possit deficere per peccatum. Semper tamen ex suppositione, quòd existit, repugnat peccato: quia cum illo componi non potest, vt Augustinus ait.

4 Secunda conclusio Charitas non euanescit in patria, sicut in via. Nam Apostolus ait: *Charitas nunquam excidit.* Quod, vt superiùs diximus, in solo statu patriæ verum est. Sic supponit Hesychius *super Leuit. lib.* 1. c. 12. quærens: *Cùm omne, quod ex parte est, euacuetur; cur charitas excipitur, quæ dicitur, nunquam excidere?* Quippe obiicitur fides, quæ in patria euanescere dicitur: quia nunc ex parte est: nunc enim ex parte solùm cognoscimus Deum; in patria verò ex toto, ac perfectè. At etiam ex parte nunc solùm diligimus, & nõ ex toto. Ergo charitas etiam euanescit in patria, vbi ex

toto, & perfectè diligimus. Ad quod respondetur: Etiam charitas euanescit in patria, quatenus ex parte est, scilicet, quoad imperfectionem, qua nunc diligimus Deum. Tamen perseuerat absolutè: quia ea imperfectio tollitur, quin absolutè charitas destruatur: nam ea imperfectio consistit in remissione, qua Deus nunc diligitur. At hæc remissio tollitur per augmentum, & intensionem dilectionis, perseuerante charitate viæ. At verò fides ita est ex parte, & imperfecta, vt eius imperfectio non consistat in remissione graduali cognitionis; sed essentiali, scilicet, in obscuritate, qua Deum cognoscit, quæ per augmentum graduale non adimitur: atque adeò ipsa quoad entitatem destruitur. Vnde etiam perseuerat scientia supernaturalis, quæ augmento charitatis, & cognitionis potest perfici in patria.

5 Tertia conclusio: Charitas in patria seruat ordinem diligendi præcepto præscriptum, & ideò Christus, quà homo, eum ordinem diligendi seruauit. Nam, qui sunt in patria Beati, adeò sunt diuinæ voluntati addicti, vt solùm velint, quod Deo libitum est; scilicet, vt prædestinati salutem efficaciter consequantur; reprobi verò sufficienter tantùm. Quo solos prædestinatos, sicut se ipsos diligunt, non verò reprobos. Vnde etiam Christus, quà homo, qui erat Beatus, solos prædestinatos, qui re ipsa saluarentur, diligit, sicut se ipsum; non verò reprobos, quibus salutem solùm sufficienter disponi exoptat. Atque ita voluntas Christi semper expletur. Ergo in Beatis, & Christo ordo diligendi seruatur. Siquidem magis alij, quàm alij diliguntur.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An charitas semel habita deperdatur per peccatum? S. Thom. *art.* 1. Bonau. Richard. Argent. Gab. Dur. *q.* 1. Caiet. Bañez, Arag Lorc. Tor. Syluius, Pesant. & alij cum S. Thom. 2 2. *q.* 24. *art.* 11. Val. *tom.* 3. *disp.* 3. *q.* 2. *p.* 4. Coninch 2. 2. *disp.* 23. *dub.* 9. Tanner. *tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 2. *dub.* 6. Gran. *tom.* 3. *contr.* 3. *tr.* 4. *disp.* 1.

Quæst. II. An charitas sit iustificans, & repugnans peccato habituali? Hîc S. Thomas *art.* 1. Bonau. *in litt. dub.* 1. Alij relati *dist.* 17. *q.* 5.

Quæst. III. An possit esse actus efficax charitatis adeò imperfectus, vt repugnet vni peccato actuali, & non omnibus? Hîc S. Thom. *art.* 1. Bonau. *in lit. dub.* 1. Alij relati *dist.* 29. *q.* 10.

Quæst. IV. An charitas, amissa reuiuiscat per iustificationem sequentem, cum æquali intensione? Hîc S. Thomas *art.* 4. Bonauent. & Dur. *quæst.* 1. Carthus. & Gab. *q.* 1. Caiet Cabeçud. Vazq. Torres, Coninch, & alij cum S. Thoma 3 *p. q.* 89. *art.* 1. & 2. Suar. *opusc. de reuiuiscent. d.* 2. Vazq. 1. 2. *d.* 201. Tann. *tom.* 4. *d.* 6. *q.* 5. *dub.* 1. Val. *q.* 6. *p.* 1. Henric. *lib.* 4. *c.* 34. Palac. *in* 4. *dist.* 14. *disp.* 5. Bañez 2. 2. *q.* 24. *art.* 6. *dub.* 6. Sot. *in* 4. *dist.* 16. *q.* 2. Ledes. 1. *p.* 4. *q.* 30. *art.* 2. & 5. Gran. *tom.* 5. *cont.* 7. *tr.* 6. *d.* 1. & *seq.*

Quæst. V. An charitas habitualis sit in patria inamissibilis per peccatum: Hîc S. Thomas *art.* 1. Bonau. *q.* 1. Alij relati *lib.* 2. *dist.* 7. *q.* 1.

Quæst. VI. An charitas viæ possit æquari charitati patriæ, quoad perfectionem intensionis, aut speciei?

Hîc S.Thom. *q.2.art.2.*Gabr.*q.1.*Carthuſ.*q.6.* Alij relati *diſt.27.q.11.*

Quæſt.VII. An ſpes maneat in Beatis? Hîc S.Th. *quaſt.2.art.1.*Gabr.& Carthuſ.*q.1.*Bonau.*art.2.q.2.* Richard. *art.3.q.2.*Argent.*q.1.art.2.*Alij relati *diſt.26.quaſt.4.*

Quæſt. VIII. An fides cum viſione patriæ cohæreat? Hîc S.Th.*q.2.art.1.*Bonau.*art.2.q.1.*Richard. *art.3.q.1.* Argent.*q.1.art.3.*Gabr.*q.1.* Durand.*q.3.* & 4. Alij relati *diſt.24.q.1.*

Quæſt.IX. An ordo charitatis ſeruetur in patria? Hîc S.Thom.*q.2.art.3.*Bonau.& Richard.*art.3.q.3.* Gabr.*q.1.*Argent.*art.3.* Alij relati *diſt.29.q.6.*

DISTINCTIO XXXII.

De charitate Dei.

AGitur nunc de charitate, qua Deus diligit nos: quia præcedentibus egimus de charitate, qua nos diligimus Deum. Vtraque autem charitas vna & eadem eſt, vt explicatum eſt *lib.1.diſt.17.*ſcilicet, Spiritus ſanctus, aut ipſe Deus. Ergo conſequenter ad præcedentia nunc aſſertio eſt; etiam Deum habere ordinem diligendi, & non omnia æqualiter, ſed alia magis, alia minùs diligere. Probatur ex Auguſtino *hom.110. ſuper Ioan.* Nam, licèt immutabilis ſit dilectio Dei; alia odio habet, ſcilicet, peccata, quæ nos facimus; alia amore proſequitur, ſcilicet, cuncta, quæ ipſe fecit, iuxta illud Sap.11. *Nihil odiſti eorum, quæ feciſti.* Rurſus, inter ea, quæ fecit, magis diligit

hu manitatem

humanitatem vnigeniti sui, quam ad consortium Diuinitatis euexit, quàm omnes creaturas rationales. Item, rationales, quæ sunt membra Christi, magis quàm irrationales; & inter rationales magis prædestinatos, quàm reprobos. Ergo ordine quodam magis diligit alia, quàm alia; quamuis in omnia à se creata dilectione feratur.

2 Obiicies: Dilectio Dei est immutabilis; & intensionis, & remissionis expers. Ergo, si omnia diligit, non est maior dilectio vnius, quàm alterius. Respondetur: Deus omnia à se creata diligit, quatenus sunt opera Dei: quia omnia sunt in se bona, & placentia eius voluntati, iuxta illud Gen. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Alia tamen plùs diligere dicitur, quàm alia: quia diligere, est velle alicui bonum, & plura bona vult Deus aliis, quàm aliis; prædestinatis enim maiora auxilia, & beneficia disponit, quàm reprobis. Quod sic explicatur: Dilectio Dei potest considerari, vel quoad essentiam, vel quoad efficientiam: quamuis dilectio vnius non sit maior, quàm alterius, quoad essentiam: quia vtraque identificatur essentiæ infinitæ Dei, vt Deus est. Cæterùm maior est vna, quàm alia quoad efficientiam: quia maiora bona operatur vna, quàm alia.

3 Hinc explicatur primò, quare Deus dicatur incipere amare eum, qui de nouo iustificatur. Tunc enim incipere dicitur, non, quia amor incipiat quoad essentiam, nam quoad essentiam is amor ab æterno fuit; sed, quia incipit quoad efficientiam, nam tunc incipit operari nouum beneficium iustificationis, quod ab æterno disposuit. Sic exponit Augustin. *lib. 5. de Trinit. cap. 16.* Secundò explicatur, quomodo Deus eun-

dem hominem magis diligit pro vno tempore, quàm pro alio : ſcilicet quoad efficientiam, non verò quoad eſſentiam : nam, licet dilectio hominis quoad eſſentiam omni tempore exiſtat in Deo, tamen omni tempore non operatur æqualiter in homine, ſed modò illi maiora, modò minora beneficia largitur. Tertiò explicatur, quare prædeſtinati dicantur ſimpliciter ab æterno dilecti: reprobi verò non dicantur ſimpliciter ab æterno dilecti, ſed ſecundùm quid, & cum addito, quatenus opera Dei ſunt? Scilicet, quia prædeſtinatis ab æterno ſunt efficaciter volita ea, quæ ſunt ſimpliciter bona, nempe, dona efficacia gratiæ, & gloriæ; reprobis verò ea bona non ſunt efficaciter volita, ſed mala pœnæ ſuis peccatis debita; ideóque eoſdem odiſſe potiùs, quam dilexiſſe dicitur; iuxta illud Roman. 9. *Iacob dilexi, Eſau odio habui.*

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An, & quomodo Deus inæqualiter diligat creaturas exiſtentes? Hîc S. Thom. *art.* 4. Bonau. *q.* 3. Scot. Dur. Argent. Carthuſ. & Gab. *q.* 1. Caiet. Bañez, Zumel, Gonçalez, Nazar. Ripa, Peſant. Molina Vazq. Arrub. Faſſol. Præpoſit. & alij cum S. Th. 1. *p. q.* 20. *art.* 3, Ruiz *tomo de voluntat. Dei, d.* 53. Granad. *tom.* 1. *de vol. tr.* 6. *d.* 1. *ſect.* 4.

Quæſt. II. An Deus diligat creaturas poſſibiles? Hîc S. Thom. *art.* 2. Gabr. *q.* 1. Alij relati *lib.* 1. *diſt.* 45. *quæſt.* 1.

Quæſt. III. An Deus diligat creaturas propter bonitatem creatam, tanquam propter obiectum formale? De quo relati *lib.* 1. *diſt.* 1. *q.* 9.

Quæſt.

Quæst. IV. An dilectio libera creaturarum existentium sit adæquatè identificata Deo, & quid illa sit? De quo relati *lib.* 1. *dist.* 45. *q.* 3.

Quæst. V. An dilectio creaturarum possit incipere in tempore? Hîc S. Thomas *art.* 3. Bonauent. Argent. Guillelm. Gabriel, & Carthus. *q.* 1. Caiet. Bañez, Zum. Nazar. Gonçalez, Vazq. Arrub. Fassol. Ruiz, Pesant. Ripa, Molina, & alij cum S. Thoma 1. *p.* *q.* 19. *art* 7. Alij relati *lib.* 1. *distinct.* 39. *q.* 2.

Quæst. VI. An Deus diligat prædestinatos præ reprobis ante ipsorum merita? De quo relati *lib.* 1. *distinct.* 40. *quæst.* 3.

Quæst. VII. An Deus odio æterno antecedente peccata prosequatur reprobos? De quo relati *lib.* 1. *distinct.* 40. *q.* 7.

Quæst. VIII. An Deus efficaciter prædefiniat peccata quoad eorum entitatem? Hîc S. Th. *art.* 2. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 46. *q.* 6.

Quæst. IX. An Deus magis diligat humanitatem Christi, quàm totum genus humanum? Hîc S. Th. *art.* 5. Bonau. *q.* 5. Richard. *art.* 2. *q.* 4. Guillelm. & Gab. *q.* 1. Ruiz *de vol. d.* 53. *sect.* 5. *& seq.* Caiet. Bañ. Gonçalez, Mol. Vazq. Arrub. Fassol. & alij 1. *p.* *q.* 20. *art.* 4. Granad. *tom.* 1. *de vol. tr.* 6. *d.* 1. *sect.* 4.

DISTINCTIO XXXIIII.

De quatuor virtutibus principalibus.

POst theologicas virtutes in explicationem adducuntur cardinales, & quæritur, an fuerint in Christo? Hæ sunt Iustitia, Fortitudo, Prudentia, Temperantia, quarum mentio fit Sapien. 8

Sobrietatem, & Prudentiam docet, Iustitiam, & Virtutem. Vbi sobrietas vocatur temperantia, & virtus fortitudo. Eas descripsit Augustinus lib. 14. de Trinit. c. 9. *Iustitia est in subueniendo miseris, Prudentia in praecauendis insidiis, Fortitudo in perferendis molestiis, Temperantia in coërcendis delectationibus prauis.* Vbi tamen non actus adæquati, sed inadæquati harum virtutum describuntur, vt mox constabit. Dicuntur *cardinales*, teste Augustino *lib. 12. de Trinit. c. 14.* quia eis potissimùm in hac mortalitate bene viuitur: eisdemque postea ad æternam felicitatem peruenitur.

2 Conclusio est: Fuerunt in Christo cardinales virtutes. Primò, quia fuerunt in Christo earum actus. Secundò, quia, docente Augustino *lib. 14. de Trinitate, c. 9.* hæ virtutes inueniuntur in Beatis, non quoad vsus, quibus deseruiunt in via; (ibi enim nullum est periculum erroris, quod præcaueat prudentia; nulla molestia, quam perferat fortitudo; nulla libido, quam temperantia coërceat:) sed quoad alios vsus, patriæ felicitate dignos. Iustitiæ enim ibi est, Deo regenti subesse; prudentiæ, obsequia Dei omnibus aliis bonis præponere; fortitudinis, Deo firmissimè cohærere; temperantiæ verò, innoxiis, & honestis tantùm delectari. Eiusdem sententiæ est Beda *Exod. 26.* exponens, columnas, ante quas expansum est velum, esse potestates cœli, his quatuor virtutibus præclaras, *quæ aliter in cœlis seruantur ab Angelis, & animabus sanctis, quàm hic à fidelibus.* Ergo beatorum animæ his virtutibus præditæ sunt; ac per consequens etiam Christus Dominus, cui solo beatitudinis titulo negari poterant; aut saltem eodem modo vnioni hypostaticæ, quo visioni beatæ concedi.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An præter virtutes theologicas dentur virtutes morales infusæ? Hîc S. Thomas *art.* 2. Bonau. *quæst.* 5. Richard. *quæst.* 2. Guillelm. & Gabr. *quæst.* 1. Brulef. *quæst.* 5. Durand. *quæst.* 6. Carthus. *quæst.* 1. Alij relati *lib.* 2. *dist.* 27. *q.* 1.

Quæst. II. An virtutes infusæ efficiantur ab actibus ipsarum? De quo relati *lib.* 2. *dist.* 27. *q.* 17.

Quæst. III. An virtutes morales infusæ respiciant obiectum formale naturale commune virtutibus naturalibus, & virtutes naturales obiectum formale supernaturale commune virtutibus infusis? De quo relati *lib.* 2. *dist.* 27. *q.* 18.

Quæst. IV. An virtutes morales infusæ sint tota ratio agendi actus supernaturales, an causa partialis tantùm? De quo relati *lib.* 2. *dist.* 25. *q.* 9.

Quæst. V. An sint ad suos actus adeò necessariæ, vt non possint suppleri per auxilium extrinsecum? De quo relati *lib.* 1. *dist.* 17. *q.* 3.

Quæst. VI. An virtutes supernaturales morales resideant etiam in parte sensitiua animæ? Hîc S. Th. *quæst.* 2. *art.* 4. Bonauent. *quæst.* 3. Scot. Richard. Dur. Argent. Gabr. & Carthus. *quæst.* 1. Maior *q.* 2. Baccon. *quæst.* 3. Caietanus, Conrad. Zum. Medina, Pesantius, Lorca, Vazq. & alij cum S. Th. 1. 2. *q.* 56. *art.* 4. *&* 5. Tanner. *tom.* 2. *disp.* 3. *q.* 3. *dub.* 1. Granad. *tom.* 2. *contr.* 5. *tom.* 1. *disp.* 3. *&* *controu.* 8. *tract.* 3. Almain. *Moral. tr.* 3. *c.* 6. Fonseca 9. *Metaph. c.* 5. *q.* 3. *sect.* 3. Salas *tom.* 2. *in* 1. 2. *tract.* 11. *d.* 2. *sect.* 3. *&* *d.* 6. *sect.* 4. Nos *de supernat. d.* 44. *sect.* 9. Valent. *tom.* 2. *d.* 5. *q.* 2. *p.* 2.

Quæſt. VII. An virtutes cardinales ſint quatuor & quibus obiectis diſtinguantur? Hîc S. Thomas *q.* 2.*art.* 1. Bonau.*q.* 4. Brulef. *q.* 4. Guillelm. Carthuſ. & Gabr.*q.* 1. Caiet. Med. Zum. Lorca, Vazq. & alij cum S. Thom. 1.2.*q.* 61.*art.* 2. Salas *tom.* 2.*in* 1.2.*tr.* 11.*d.* 4. *ſect.* 1. Granad. *tom.* 2.*contr.* 5.*tr.* 1.*d.* 4.*&* 5.

Quæſt. VII. An dictamen actuale prudentiæ præcedat neceſſariò omnes actus virtutum? De quo relati *lib.* 2.*diſt.* 25.*q.* 16.

Quæſt. IX. An vna virtus prudentiæ regulet omnes virtutes? De quo Caiet. Aragon, Sylu. Peſant & alij cum S. Thoma 2.2.*q.* 47.*&* 48. Valent. *tom.* 3. *d.* 4.*q.* 2.*&* 3. Tann. *tom.* 2.*d.* 3.*q.* 4.*n.* 7.*& tom.* 3.*d.* 3. *q.* 1.*dub.* 2. Leſſius *lib.* 1.*c.* 2.*dub.* 2. Almain. *tract.* 3. *Moral. cap.* 7. Vazq. 1.2.*d.* 85.*c.* 2. Salas *tom.* 2.*in* 1.2. *tr.* 11.*d.* 3.*ſect.* 4. Granad. *tom.* 2.*contr.* 5.*tr.* 1.*d.* 11.*ſect.* 4.

DISTINCTIO XXXIV.

De ſeptem donis Spiritus ſancti.

DOna Spiritus ſancti enumerat Eſaias capit. 11. *Spiritus ſapientiæ, & intellectus, Spiritus conſilij, & fortitudinis, Spiritus ſcientiæ, & pietatis, & Spiritus timoris Domini.* Hæc dona ſupponuntur, Sanctis in hac vita præberi. Quæritur nunc primò, an virtutes ſint? Secundò, an perſeuerent in patria? Tertiò, an in Christo fuerint.

2 Prima concluſio: Hæc dona virtutes ſunt, & perſeuerant in patria. Duo ſimul decernimus, quia vnica probatione ſimul vtrumque ſuademus nempe, autho

authoritate Ambrosij, qui *lib.1.de Spiritu sancto, c.20.* ait: *Spiritus sanctus ex fonte vitæ procedens, cuius nos breui satiamur haustu, in illis cælestibus Spiritibus redũdantiùs videtur affluere, pleno septem virtutum spiritualium, feruens meatu.* En septem dona septem virtutes dicuntur, & abundantiùs effusæ cœlestibus Spiribus, quàm nobis. Continuò repetit: *Spiritus sanctus omnem supereminens creaturam, cùm nostræ mentis arua, tanquam inferiora perstringat, cælestem illam Angelorum naturam effusione quadam sanctificationem vbertate lætificat.* Quas sanctificationes exponens subdit: *His autem sanctificationibus significatur plenitudo septem spiritualium virtutum, quas enumerat Esaias dicens: Spiritus sapientiæ, & intellectus,* &c. Ergo apud Amb. duo explorata sunt; tum septem dona Spiritus sancti esse septem spirituales virtutes; tum beatam, & cœlestem illam Angelor. naturam vberrimè lætificare.

3 Secunda conclusio: Fuerunt, & sunt in Christo hæc dona. Primò, quia, vt vidimus ex Ambrosio, ea sunt in Angelis beatis propter abundantiam, qua Spiritus sanctus in illos effunditur. Abundantiùs autem in Christum Spiritus sanctus effusus est. Secũdò, quia sic docet Esaias c.21. *Egredietur virga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ, & intellectus; Spiritus consilij, & fortitudinis; Spiritus scientiæ, & pietatis; & replebit eum Spiritus timoris Domini.*

4 Obiicitur contra vtramque conclusionem, non esse in Beatis spiritum timoris, ac per consequens neque in Christo. Primò, quia Beda ad illud Prouerb. 1, *Timor Domini, principium sapientiæ.* distinguens duplicem timorem, seruilem, & amicabilem, ait: *Vterque*

Vterque in futuro cessabit. Secundò, quia Augustinus ad illud Psalm. 5. *Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo:* sic habet: *Timor Domini est magnum præsidium proficientibus ad salutem; sed peruenientibus foras mittitur.* Ergo omnia dona non sunt in Beatis, & Christo, Respondetur: Hi Patres tantùm volunt, spiritum timoris non esse in Beatis, & Christo, quoad omnia officia, quæ gerunt in nobis; secùs verò quoad aliqua, eorum felicitate digna. Etenim timor filialis in via primò vereri facit, ne offendamus Deum. Secundò, ne diuidamur à Deo. Tertiò, reuereri Deum. Quamuis in patria vereri non possimus offensam Dei, & diuisionem ab eo; tamen possumus reuereri Deum timore reuerentiali, quem Christo adscribit Paulus Heb. 5. cùm de Christo ait: *Qui exauditus est pro sua reuerentia.* Vnde est

5 Tertia conclusio: Ex dono timoris solus timor filialis, castus, seu amicabilis Christo adscribendus est, & non alius. Quidam enim quadruplicem distinguunt timorem. Primus est mundanus, qui metuit damna temporalia, quin vereatur æterna. Secundus est seruilis, qui adeò pœnas à Deo infligendas formidat, vt ipsam Dei Iudicis præsentiam metuat, ideóque amori illam exoptandi locum non præstat. Tertius est initialis, qui pœnas sic metuit, vt amoris initia componat. Quartus est amicabilis, seu castus, qui timet, ne sponsus offendatur, ne discedat, eiúsque reuerentia se comprimit. Primus est malus, & à Christo prohibitus: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus*, &c. Alij sunt boni; sed secundus imperfectior, quàm tertius; & tertius, quàm quartus. Augustinus verò, & Beda duos tantùm amores distinguunt, seruilem, scilicet, & castum.

ſtum. Quippe non timorem in genere, ſed bonum tantùm exponunt, & ſub ſeruili initialem comprehendunt. Quo duplici timore cohærent duo teſtimonia ſacra, quæ fronte videntur diſſonantia. Aliud eſt Ioan. Epiſt. 1. cap. 4. *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Aliud Dauid Pſalm. 18. *Timor Domini ſanctus permanens in ſæculum ſæculi.* Nam, ſi timor permanet in patria, vbi charitas eſt perfecta. Ergo perfecta charitas non mittit foras timorem, Sed timor, qui pellitur charitate perfecta, eſt ſeruilis, vt Auguſtinus exponit *tract. 9. in eam Epiſtolam Ioannis.* Timor verò cum charitate perfecta permanens, eſt amicabilis, & caſtus. Vnde etiam de timore ſeruili dicitur, initium eſſe ſapientiæ: nam purè ſeruilis locum præparat charitati, quæ ſapientia dicitur; licèt eius ingreſſu pellatur, ſicut ſeta introducit linum, & foras depellitur; initialis verò ſub ſeruili comprehenſus inchoat charitatem, cum qua coniungitur. Igitur Chriſtus Dominus habuit timorem amicabilem, & caſtum; tum, quia habuit aliquem eius vſum, ſcilicet, reuerentiam Dei, quamuis non omnem, ſcilicet, formidinem offenſæ, & abſentiam delicti, vt *ſuperiùs* dicebamus; tum, quia is timor permanet cum perfecta charitate in ſæculum ſæculi. At non fuit in eo timor ſeruilis; tum, quia nullam pœnam veritus eſt; tum, quia cum perfecta charitate non componitur.

6 Sed obiicitur; quia Chriſtus metuit mortem, & paſſionem. Reſpondetur: Timor mortis, & paſſionis non fuit ſeruilis, quia ardentiſſimam charitatem admiſit: nec mortem, & paſſionem, tanquam ſupplicium, ac peccati pœnam timuit; ſed fuit timor naturalis, & humanus omnibus hominibus congeni-

tus,

tus qui *horror*, propriè dicitur, mala nobis imminentia refugiens.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An dona Spiritus sancti sint habitus infusi? Hîc S. Thom. *quæst*. 1. *art*. 1 Bonauent. Scot. Richard. Durand. Gabr. Argent. Baccon. Carthus. *quæst*. 1. Caiet. Conrad. Medina, Zumel, Pesant. Vazq. Lorc. & alij cum S. Thoma 1. 2. *quæst*. 68. *art*. 3. Granadus *tom*. 2. *controu*. 5. *tract*. 2. *disp*. 1. Almain. *tr*. 3. *Moral*. *cap*. 13. Valentia *tom*. 2. *d*. 5. *quæst*. 8. *p*. 1. Tan. *tom*. 2. *d*. 3. *q*. 6. *dub*. 1. Salas 1. 2. *tract*. 12. *d*. 1. *sect*. 1. Azor *lib*. 3. *cap*. 30.

Quæst. II. An sint habitus distincti à virtutibus? Hîc S. Thom. *quæst*. 1. *art*. 1. Bonauent. *art*. 1. *quæst*. 1. Scot. Richard. Dur. Baccon. Gabr. Argent. Carthus. *quæst*. 1. Caietan. Conrad. Medina, Zum. Vazq. Lorca, Pesant. & alij cum S. Th. 1. 2. *q*. 68. *art*. 1. Gran. *tom*. 2. *contr*. 5. *tract*. 2. *d*. 1. Almain. *tract*. 3. *Moral*. *cap*. 13. Valent. *tom*. 2. *d*. 5. *q*. 8. *p*. 1. Tannerus *tom*. 2. *d*. 3. *q* 6. *dub*. 2. Sal. 1. 2. *tr*. 12. *d*. 1. *sect*. 1. Azor *lib*. 3. *cap*. 30.

Quæst. III. An sectentur semper gratiam iustificantem? Hîc S. Thom. *art*. 1. Bonau. Richard. & Brulef. *q*. 1. Caiet. Conrad. Med. Zum. Vazq. Lorca, Pesant. & alij cum S. Thom. 1. 2. *q*. 68. *art*. 5. Granad. *tom*. 2. *controu*. 5. *tr*. 2. *d*. 4. Val. *tom*. 2. *d*. 5. *q*. 8. Salas 1. 2. *tr*. 12. *d*. 1. *sect*. 6.

Quæst. IV. Differentia, & numerus donorum? Hîc S. Thom. *art*. 2. Bonau. *art*. 2. *q*. 4. Brulef. *quæst*. 4. Guillelm. & Gab *q*. 1. Caiet. Conr. Med. Zum. Vazq. Lorc. Pesant. & alij cum S. Th. 1. 2. *q*. 68. *art*. 4. Gran. *tom*.

tom.2.contr.5.tract.2.d.2.& 3.Tann. *tom.2.d.3.q.6.d.*1.Val.*tom.2.d.5.q.8.p.2.*Salas 1.2.*tr.12.d.1.sect.2.*

Quæst. V. An dona omnia sint in Christo, & Beatis? Hîc S.Thomas *art.3.*Richard.*quæst.*4. Gabr.*q.1. art.3.dub.2.* Caietan.Conrad.Med. Zum. Vazquez, Lorca, Pesant. & alij cum S.Th.1.2.*quæst.*68.*art.*6. Item, Caiet.Medina, Vazq.Suar. Aluar. Pesant. Præposit.Sylu.Cabrera, Nazar.Ragusa, & alij cum S.Th. 3.*p.quæst.7.art.5.* Gran. *tom.2. controuers.5. tract.2. d.*4. Salas 1.2.*tract.12.d.1.sect.*8. Valent. *tom.2.d.5. quæst.*8.

Quæst. VI. Quis sit timor filialis, & seruilis; & an vterque fuerit in Christo? Hîc S.Thom.*q.2.art.3.*Bonauent.*p.2.art.2.q.1.*Dur.Guillelm& Gab.*q.*1.Rich. *art.2.q.*4. Alij relati *dist.15.q.6.*

DISTINCTIO XXXV.

Quomodo differant sapientia, & scientia?

PRima conclusio: Dona sapientiæ, & scientiæ differunt inter se. Primò authoritate Apost. 1. Cor. 11. *Alij datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ.* Secundò, authoritate August. *lib.*14.*de Trin.c.*1. dicentis, licet philosophicè non distinguatur sapientia à scientia, quia vtriusque cognitio apud Philosophos indiscriminatim sapientiæ, & scientiæ nomine potest comprehendi: cæterùm theologicè, provt sunt dona Spiritus sancti, iuxta sacros Scriptores distingui. Tertiò à priori. Tum, quia differunt ex obiecto: nam sapientia, propriè rerum diuinarum notitia dicitur; scientia

ſcientia verò notitia rerum humanarum, provt connectuntur cum fide, in cuius lucem, & defenſionem intendit. Tum ex effectu apud Auguſtinum *in Enchirid. cap. 2.* nam ſapientiæ eſt colere, & diligere Deum; quare Latinè *pietas*, & Græcè θεοσέβεια dicitur: ſcientiæ verò abſtinere à malis, & in medio nationis prauæ prudenter conuerſari. Tum ex modo tendendi in obiectum apud Auguſtinum *lib. 12. de Trinitate, cap. 14.* Nam ſapientia ſpeculatiuè, ſcientia verò practicè tendit: quare ſapientiæ, æternorum contemplatio; ſcientiæ verò recta temporalium actio, ſeu adminiſtratio adſcribitur. Ex quibus deprehenditur, Chriſtum cognoſci à nobis per ſapientiam, & ſcientiam; ſcilicet, per ſapientiam, prout diuina; per ſcientiam verò, prout humana complectitur.

2 Secunda concluſio: Donum intellectus differt à donis ſapientiæ, & ſcientiæ. Differt à ſapientia ex obiecto: nam intellectus verſatur circa Deum, & inuiſibiles creaturas, veritates æternas, & temporales ſub ratione vtriſque communi. Sapientia verò circa Deum tantùm ſub ratione propria Dei. Item, ex effectu: nam ſapientia effectum habet ſaporem, ſeu experientiam delectationis, & ſuauitatis dilectionis diuinæ, quem effectum non habet intellectus. Differt intellectus à ſcientia ex obiecto: quia hæc ſolis viſibilibus creatis inſiſtit; ille verò inuiſibilibus, creatis, & diuinis. Item, ex modo: quia hæc practicè, ille verò tantùm ſpeculatiuè ſua obiecta conſiderat: vnde ſcientiæ, adminiſtratio recta temporalium, bonáque inter malos conuerſatio; intellectui verò ſpeculatio Dei, & creaturarum inuiſibilium tribuitur.

3 Tertia concluſio: Dona ſapientiæ, ſcientiæ, & intellectus

intellectus à sapientia, scientia, & intellectu naturalibus differunt. Nam hæc Spiritus sancti dona sunt virtutes infusæ & supernaturales, sectantes gratiam iustificantem; habitus verò naturales intra ordinem naturæ continentur, & inter naturæ beneficia computantur, peccatoribus etiam communia; Quare, sicut virtutes naturales supernaturalibus adiuuantur, & eleuantur: sic naturalis sapientia, scientia, & intellectus, quæ peccato infirmatæ, & obtenebratæ erant, supernaturalibus donis reformantur, & iuuantur. Vnde sapientia spiritualis, cùm infusa, & intrinseca sit animo, non est sapientia increata, qua Deus sapiens est; sed quæ nos sapientes facit: sicut iustitia nos iustificans non est iustitia increata Dei, qua Deus iustus est; sed creata nobis inhærens, quæ nos iustos facit.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An dentur sapientia, scientia, & aliæ virtutes intellectuales infusæ à fide differentes? Hìc Bonauentura *in littera, d.* 2. Alij relati *dist. præced. q.* 1. *&* 2.

Quæst. II. An scientia, & sapientia infusæ differant obiectis formalibus ab acquisitis, & naturalibus. De quo relati *lib.* 2. *dist.* 27. *q.* 18.

Quæst. III. An earum actus possint fieri absque actu fidei, atque adeò elicere supernaturalem dilectionem Dei, quin præcurrat actus fidei? De quo relati *lib.* 2. *dist.* 26. *q.* 13. *&* 14.

Quæst. IV. An actus horum donorum possint fieri à peccatore absque ipsis donis per auxilium extrinsecum Dei? De quo relati *lib.* 1. *disput.* 17. *q.* 3. *&* *lib.* 3. *dist.* 13. *q.* 4.

Quæſt.V. An hæc dona ſint neceſſaria ad ſalutem, ſicut fides? De quo Caiet. Conrad. Medina, Zumel, Lorca, Vazq. Pelantius, & alij cum S.Th. 1.2. q.68. *art.* 2. Gran. *tom.* 2. *controu.* 5. *tract.* 2. *diſp.* 4. Val. *tom.* 2. *diſp.* 5. *q.* 8. *p.* 3. Sal. 1.2. *tr.* 12. *diſp.* 1. *ſect.* 7.

Quæſt. VI. An actus ſupernaturales ſcientiæ, ſapientiæ, & intellectus, poſſint eſſe falſi ex natura rei, aut de potentia abſoluta? De quo relati *diſt.* 24. *q.* 29. *&* 30.

Quæſt.VII. An actus horum donorum in via ſint obſcuri, an euidentes? Hæc difficultas eſt examine digna: lucem, quam Scriptores non tradunt, collige ex iis, quæ docent *ad quæſtionem* 5. *diſt. præced.*

Quæſt. VIII. An præter fidem detur in iuſto aliquis habitus ſupernaturalis obſcurus reſpiciens motiuum creatum? De quo nos ex profeſſo *d.* 61. *de ſupernat.* & non alij.

DISTINCTIO XXXVI.

De connexione virtutum.

PRima concluſio: Omnes virtutes infuſæ adeò connexæ ſunt, vt vna ab aliis, quoad exiſtentiam, ſeiungi nequeat. Primò auctoritate Hieronymi tomo 5. in cap. 36. Eſaiæ: *Omnes virtutes ſibi hærent, vt qui vna caruerit, omnibus careat.* Secundò, Auguſtini tractatu de laudibus charitatis: *Vbi charitas eſt, quid eſt, quod poſſit deeſſe? Vbi autem non eſt, quid eſt, quod poſſit prodeſſe?* Igitur, ſi charitas adeſt, omnes virtutes adſunt: ſi verò illa abeſt, cæteræ quoque abſunt.

Tertiò,

Tertiò, ratione: quia charitas est mater omnium virtutum. Matrem autem sectantur filij, vt occupent, aut deserant animam, quam mater charitas occupauerit, aut deseruerit.

2 Secunda conclusio: Omnes virtutes infusæ quoad intensionem sunt æquales, vt vna cæteris intensior, aut remissior non sit. Primò, quia omnes virtutes sunt connexæ cum charitate quoad intensionem, sicut quoad existentiam, ideóque omnes pariter eius intensionem, & remissionem sectantur. Secundò, quia Augustinus *lib. 6. de Trinitate, cap. 4.* sic docet: *Virtutes nullo modo separantur ab inuicem, vt quicunque fuerint æquales, v.g. in fortitudine, æquales sint, & prudentia, & iustitia, & temperantia: atque ita de cæteris virtutibus inuenies.*

3 Obiiciunt quidam oppositum sentientes. Primò, quia Sancti prædicantur virtutibus inæquales, vt Abraham fide, Iob patientia alius continentia, alius misericordia præ aliis virtutibus claruerit. Secundò, quia peccata, & vitia sunt inæqualia. Ergo etiam virtutes illis oppositæ. Ad primum respondetur cum Augustino *epist. 29. ad Hieronym.* Imparitas virtutum intelligenda est in eodem Sancto quoad actus, & exercitia earum: aliæ enim frequentiùs, & intensiùs exercentur, quàm aliæ; non verò quoad earum habitus; aut facta comparatione plurium Sanctorum inter se; non verò virtutum in eodem subiecto. Ad secundum: Peccata, & vitia sunt imparia, quæ inæqualiter opponuntur cum charitate: virtutes verò habituales sunt pares, quia æqualiter charitatem sectantur.

4 Tertia conclusio: Omnia præcepta virtutum ad duo charitatis præcepta reuocantur, ideóque in

charitate omnium virtutum perfectio continetur. Primò, quia Veritas ait: *In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & Propheta*. Hoc est, quidquid perfectionis à lege, & Prophetis præscribitur, in dilectione Dei, & proximi continetur. Secundò, Augustinus tract. de laudibus charitatis: *Totam magnitudinem, & amplitudinem diuinorum eloquiorum possidet charitas, qua Deum, proximúmque diligimus, qua radix est omnium bonorũ.* Nihil igitur perfectionis diuina eloquia præcipiunt, aut consulunt, quod charitas non adimpleat Tertiò, ratione: quia omnia præcepta, & consilia cæterarum virtutum possunt referri in dilectionem Dei, aut proximi propter Deum. Ergo dilectio charitatis est radix continens adimpletionem, & perfectionem omnium. Neque obstat, præcepta cæremonialia veteris legis iam cessasse, atque adeò nunc eorum perfectionem in charitate non contineri. Tum, quia ea non cessarunt quoad spiritum, & veritatem, sed quoad litteram, & vmbram; manent enim in perfectione præceptorum, & Sacramentorum legis nouæ. Tum, quia omnia illa cæremonialia reuocabantur ad decem præcepta Decalogi. At hæc nunc reuocantur in duo charitatis præcepta.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An cum gratia iustificante existant perpetuo omnes virtutes infusæ? Hîc S.Th. *art.* 2. Bonau. Richard. Argent. Gabr. Carthus. *q.* 1. Caiet. Conrad. Medina. Zumel, Vazq. Lorca, Pesantius, & alij cum S.Thoma 1.2.*q.*65.*art.*2.& 3. Val. *tom.*2.*disp.*5.*q.*7. *p.*2. Tanner. *tom.*2.*disp.*3.*q.*5.*dub.*2. Granad. *tom.*2.

controuer

*controu.5.tr.1.disp.11.*Salas *1.2.tr.11.disp.6.sect.2.* Azor *lib.3.cap.29.*

Quæst. II. An abeunte gratiâ abeant quoque omnes virtutes infusæ? De quo Interpretes Magistri, & S.Thomæ,& reliqui relati *q.praeced.*

Quæst.III. An virtutes infusæ fluant physicè in genere causæ efficientis à gratia? Hîc Bonau. *in littera, dub.1. & 3.* Alij relati *dist.4. q.4.* Item, Zumel, Conrad.Medina, & alij cum S.Th.1.2. *q.110.art.4. ad primum.* Gran.1.2.*controu.8.disp.5.*

Quæst. IV. An,& quomodo charitas possit imperare, aut referre actus aliarum virtutum in suum finem? Hîc Bonauent. *quæst.6.* Richardus *art.5.q.1.* Guillelmus *quæst.1.* Alij relati *lib.2.dist.38.quæst.5. & 6.*

Quæst. V. An actus charitatis adeò contineat defectionem aliarum virtutum, vt sit iustificans? pro quo relati *lib.1.dist.17.q.5.*

Quæst.VI.An,& quomodo charitas sit forma virtutum? Hîc Bonau.*q.6.*Richard.*art.5.q.1.* Guillelm. *q.1.* Brulef.*q.6.*Alij relati *dist.23.* Item, relati *lib.2. dist.38.q.3.5.& 6.*

Quæst. VII. An omnes virtutes intendantur æqualiter cum charitate? Hîc S.Thomas *art.4.* Bonauentura,Richardus,& Brulef.*q.5.*Gabriël *q.1.*Val. *tom.3.disp.1.q.5.p.4.& disp.3.q.2.p.3.*Zumel 1.2.*q.114.art.8.disp.3.* Tanner. *tom.2.disput.6.q.6.num.207.& 208.*Granad.*tom.2.controu.5.tr.1.disp.10.& tom.3.controu.3.tr.3.disp.12.*Caiet.Conrad.Medina, Vazq.Pesantius,& alij cum S.Thoma 1.2.*q.66. art.2.& sequent.*

Quæst.VIII.An omnia peccata sint æqualia? Hîc

Bonauentura, & Richard.*q*.4.S.Thom.*art*.6. Gabr. *q*.1. Caietanus, Conradus, Medina, Zumel, Curiel, Montesinus, Pesant, Vazq, Lorca,& alij cum S.Th. 1.2,*q*.73,*art*,2. Valent.*tom*,2.*disp*.7.*q*,3.*p*.2,Tanner. *tom*,2.*disp*.4.*q*.3,*dubio* 1,Salas1,2.*tr*.13,*disp*.5.*sect*.1. Bellarminus *lib*.1,*de statu peccat.cap*,4, Anton. Perez *certam*.8.*expos*,*à cap*.23, Granadus *tom*,2. *controu*.6, *tr*.3.*disp*.1.

Quæst.IX. An virtutes inferiores possint imperare charitatem ? De quo relati *lib*.2.*dist*.38.*q*.7.

Quæst. X. An vitia sint mutuò connexa ? Hîc S.Thomas *art*.6.Richardus, & Bonauentura *quæst*.4. Argentina *quæst*. 1. *artic*. 4. Gabriël *quæst*.1, Brulef. *quæst*, 4. Caietanus , Conrad, Curiel , Medina, Montesinus , Lorca , Vazquez , Pesantius, & alij cum S.Thoma 1.2.*q*,73.*artic*,2.Tann.*tom*,2.*disp*.4, *q*.3.*dub*,1.Gran.*tom*.2,*controu*.6.*comment*. *in art*.1.*q*. 73. Valentia *tom*,2,*disp*,7,*quæst*.3.*p*.1, Salas 1.2.*tr*, 13.*disp*.4,

DISTINCTIO. XXXVII.

De decem præceptis, quomodo contineantur in duobus mandatis charitatis.

CONclusio est : Decem præcepta Decalogi ad duo præcepta charitatis reuocantur. Nam tria priora Moysi delata in prima tabula , spectant ad honorem , & amorem Dei : septem posteriora verò scripta in secunda tabula, ad amorem proximi , & honorem.

honorem. Ergo in amorem Dei, & proximi omnia referuntur. Antecedens inductione, & explicatione præceptorum ostenditur.

2 Ergo primum primæ tabulæ præceptum est: *Non habebis Deos alienos, & non facies sculptile, neque omnem similitudinen.* Vbi Origenes voluit contineri duplex præceptum; alterum, quo sculptile, seu idolum; alterum, quo similitudo prohibetur. Nam, aliud est idolum, aliud similitudo: quippe idolum est, quod repræsentat rem absque similitudine cum alia verè existenti, vt si formes animal, cuius caput sit humanum, & manus equinæ: ideóque dixit Apostolus 1. Corinth. 8. *Idolum non est in mundo.* Similitudo verò, quæ refert speciem rei verè existentis, vt serpens aureus, canis argenteus. At rectiùs Augustinus negat duplicitatem præcepti: quia posteriora verba sunt explicatio priorum: *Non habebis Deos alienos.* in quibus illa continentur; ideóque etiam non probat differentiam similitudinis, & idoli. Ad illud verò Pauli, quod idolum non est in mundo, cùm similitudines plures sint; respondetur: Voluit Paulus, non esse in mundo idolum quoad formalem repræsentionem Diuinitatis, sed quoad materiale: nam quoad formale solùm est in peruersitate hominum, quæ sola, & non Deus, causa fuit illius, cùm vera non sit, sed ficta. Sicut Deus non est causa peccati quoad formale, sed quoad materiale: quia quoad formale nihil est.

3 Secundum præceptum est: *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* Hoc est, non iurabis, seu non adduces in testimonium pro nihilo nomen Dei. Allegoricè verò præcipitur, ne arbitreris, Christum

Dominum esse puram creaturam: quia omnis creatura vanitati subiecta est. Tertium præceptum est: *Memento, vt diem Sabbathi sanctifices.* Hoc est, vt Festa Dei & Sanctorum obserues. Allegoricè verò, vt hîc à vitiis vaces, & in futuro requiem expectes. Hæc tria præcepta adscribuntur toti Trinitati: primum Patri, qui est primum totius Trinitatis principium: secundum Filio, qui est coæqualis Patri: tertium Spiritui sancto, qui est nexus vtriusque, & omnis sanctificationis, & remissionis peccatorum operatur: quia Spiritui sancto tribuitur adoptionis Spiritus, qui cum sanctificatione, & remissione peccatorum confertur.

4 In secunda tabula primum præceptum est: *Honora patrem tuum, & matrem tuam.* Hoc est, parentibus reuerentiam exhibe, & necessaria ministra. Secundum est: *Non occides.* Vbi, iuxta literam legis, actus occidendi: iuxta spiritum Euangelij verò, etiam voluntas occidendi prohibetur. Tertium est: *Non mœchaberis.* Hoc est: nulli fœminæ misceearis, nisi matrimonio coniunctæ: vbi omnis concubitus illicitus, & omnis membrorum inordinatus vsus vetatur. Quartum est: *Non furtum facies.* Hoc est, non vsurpabis rem alienam: vbi etiam rapina, & sacrilegium interdicitur. Sub rapina, docente Hieronymo *in cap.* 28. *Ezechielis*, comprehenditur vsura, quæ tunc committitur, cùm aliquid pretio æstimabile, siue pecunia sit, siue res alia, supra mutuum exigitur. Sub sacrilegio triplex peccatum continetur: primò, ablatio rei sacræ de sacro: secundò, rei non sacræ de sacro: tertiò: rei sacræ de non sacro. Res autem sacra dicitur,

dicitur, quæ diuino cultui mãcipatur. Si nunc quæras, an filij Israël furtum commiserint, cùm, iubente Domino, pretiosa Ægyptiorum secum asportauerunt; Respondetur: Ea asportatio furtum non fuit, vt Augustinus docet: quia non est facta contra voluntatem Domini, scilicet, Dei, qui iis rebus vti poterat pro suo libito. Sicut occidere hominem, tanquam minister Iudicis iubentis occisionem, non est homicidium. Secùs esset, si propria auctoritate, aut voluntate occidisset, aut pretiosa alterius asportasset, quamuis aliàs à Iudice esset occidendus homo, aut à Domino sibi committenda pretiosa. Neque obest lex naturalis: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Quia ea intelligenda est, *ne feceris iniustè*, seu absque iure. Iubente autem Deo ius adest. Quintum præceptum est: *Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium.* Vbi duo crimina continentur, mendacium, scilicet, & periurium: de quibus vberiùs agendum est. Ac primò dubitatur, an omne mendacium sit prohibitum; Siquidem his præceptis tantùm prohibentur ea, quæ sunt contra dilectionem proximi. Plura autem sunt mendacia, quæ nulli proximo nocent. De quo seorsim *distinctione sequenti* decernitur.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An primo præcepto Decalogi teneamur ad dilectionem formalem Dei, & an naturalem tantùm, an etiam supernaturalem? De quo Caietanus, Bañez, Aragon, Lorca, Pesantius, Torres, Sylu. & alij cum S. Thoma 2. 2. *quæst.* 44. *artic.* 1. Valent. *tom.* 3. *disputat.* 3. *quæst.* 19. *parte* 1. Sanchez *lib.* 2. *sum.*

cap. 35. Coninch. 2. 2. *disputat.* 24. *dub.* 2. Petrus Hurtado 2. 2. *disputat.* 174. Suarez *de charitate, disput.* 5. *sect.* 1. Almain. *tract. de charitate, cap.* 9. Granad. *tom.* 3. *contron.* 3. *tract.* 7. *disputat.* 1. Ledesma *tom.* 2. *sum. tract.* 3. *cap.* 5.

Quæst. II. An ad eam dilectionem teneamur in primo instanti vsus rationis, & quando in decursu vitæ? De quo Bañez 2. 2. *quæst.* 44. *art.* 1. *dub.* 1. Manuel *tom.* 1. *summa, cap.* 11. Scot. *lib.* 2. *de iustitia, quæst.* 3. *art.* 10. Victoria *relect. de hac re.* Valent. 1. 2. *disputat.* 6. *q.* 19. *part.* 3. Azor *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 10. Suarez *tom.* 4. *in* 3. *p. disp.* 11. *sect.* 2. *num.* 14. & 15. & 2. 2. *de charitate, disp.* 5. *sect.* 3. Coninch 2. 2. *disput.* 24. *dub.* 3. Sanchez *lib.* 2. *summa, cap.* 35. Salas 1. 2. *tract.* 13. *disp.* 18. Caietanus, Conradus, Medina, Zumel, Pesantius, Vazq. & alij 1. 2. *quæst.* 89. *art.* 6. Tannerus *tom.* 2. *disput.* 4. *quæst.* 5. *dub.* 4.

Quæst. III. An, & quando primo præcepto teneamur ad actum fidei, & spei? De quo Caietanus, Bañez, Aragon, Lorca, Torres, Sylu. Pesantius, & alij cum S. Thoma 2. 2. *quæst.* 16. *art.* 1. & *quæst.* 22. *art.* 1. Sanchez *lib.* 2. *summa, cap.* 1. & 33. Azor *lib.* 8. *cap.* 7. & *lib.* 9. *cap.* 2. Valentia 2. 2. *disp.* 1. *q.* 2. *part.* 5. & *disp.* 2. *quæst.* 4. *p.* 1. Suarez *de fide, disp.* 13. & 14. & *de spe, disp.* 2. *sect.* 1. Coninch 2. 2. *disp.* 14. *dub.* 1. & *disp.* 15. *dub.* 1. & *disp.* 19. *dub.* 9.

Quæst. IV. Quæ sint peccata opposita fidei? De quo Caietan. Bañez, Arag. Lorca, Pesant. Torres, Sylu. & alij cum S. Thom. 2. 2. *q.* 10. & 11. Suarez *de fide, disp.* 5. & *seq.* Sanchez *lib.* 2. *sum. cap.* 3. & *seq.* Granad. *tom.* 3. *contron.* 1. *tr.* 15. *disp.* 1. & *seq.*

Quæst. V. Quæ sint opposita spei? De quo Caiet. Bañez,

Bañez, Aragon, Lorca, Torres, Sylu. Pesantius, & alij cum S.Thom. 2.2.*quæst*.22. Suarez *de spe, disputat*.2. *sect*.2.& 3. Granadus *tom*.3, *controuers*.2.*tract*.4. Sanchez *lib*.2.*sum.cap*.33.

Quæst. VI. An præcepta negatiua obseruentur per puram omissionem meritoriam? De quo relati *lib*.2.*dist*.24.*q*.9.

Quæst. VII. Quid prohibeatur secundo præcepto Decalogi? Hîc Bonauent. *in litt.dub*.2. Sanchez *lib*.3.*summ*, *à cap*.1. Azor. *lib*.11. *à cap*.1. Ledesma *tom*.2, *summ.tract*.11. Suar.*tom*.2.*de Relig.lib*.1. *à c*.1. Sayr. *in claui regia, lib*.5.*à cap*.1. Caiet. Bañez, Arag. Valentia, Pesantius, Sylu. & alij cum S.Thoma 2.2. *quæst*.89.

Quæst. VIII. Quid prohibeatur & præcipiatur reliquis præceptis vsque ad octauum? Hîc Bonauent. *in dub. litteral*. Videantur integri tractatus Bonacinæ, Azor. Sayri, Toleti, Henriquez, & aliorum *de præceptis Decalogi*.

DISTINCTIO XXXVIII.

De triplici genere mendacij.

ERgo quæritur, an omne mendacium sit peccatum? Est enim triplex mendacium. Primò, nulli nociuum, sed commodum, vt si pro salute, aut commodo alterius mentiaris, vt mentitæ sunt obstetrices Pharaoni, & Rahab exploratoribus Israël. Secundò, iocosum, quod non animo fallendi, sed iocandi dicitur. Tertiò, ex maligno, & duplici corde

pro

profectum. Ad qua reuocantur octo genera mendaciorum, quæ in textu recensentur.

2 Conclusio est: Omne mendacium peccatum est, siue graue, siue leue. Primò, quia Augustinus *lib. contra mendacium*, *cap.* 15. sic docet. Vbi probat, non adimi malitiam, quòd alteri salutare sit; quia etiam furtum, & adulterium possunt esse commoda, & salutaria alteri; tamen peccata semper sunt. Secundo à priori: nam, qui mentitur, intendit fallere eum, cui loquitur. Fallere autem proximum, peccatum est contra proximum. Item, qui mentitur, abutitur verbis contra finem conuenientem naturæ rationali, in quem instituta sunt; scilicet, ad pandendum veros animi sensus, qui aliis ignoti sunt. At hic abusus verborum contra finem conuenientem naturæ rationali prauus, & turpis est. Assumptum probatur ex definitione mendacij. Est enim mendacium, definiente Augustino lib. contra mendacium, cap. 22. *Falsa significatio vocis cum intentione fallendi.* Vnde mentientis est, aliud habere in corde, aliud in ore: est enim mentiri, contra mentem ire. Ergo, qui mentitur, intendit fallere, & verbis abutitur. Ex quibus deprehendes, posse aliquem mentiri, dicendo verum. Item, non mentiri, dicendo falsum. Nam, qui loquitur verum, putans esse falsum, mentitur: quia loquitur contra suam mentem. Item, qui loquitur falsum, putans esse verum, non mentitur, quia iuxta suam mentem loquitur. Atque adeò potest Iudæus mentiri suadens alicui, Christum esse Deum contra suam existimationem, quamuis non dicat mendacium, neque falsum. Sic Augustinus *in Enchirid. cap.* 18. Vbi explicare est, an Iacob mentitus sit, dicens patri, se esse primogenitum

genitum Esaü? Augustinus ergo *lib. contra mendacium, cap.* 10. ait, *illud non fuisse mendacium, sed mysterium.* Quia loquutus fuit iuxta mentem matris, quæ responsionem præscripserat, & spirituali sensu, quem ipsa nouerat, veram.

3 Alia conclusio: Mendacium ex genere suo non est peccatum graue. Tum, quia mendacium iocosum non est graue: quanquam viris perfectis, si frequens sit, damnabile est. Tum, quia Augustinus *lib. contra mendacium, cap.* 15. *& lib.* 4. *super Leuiticum. quæst.* 68. docet, mendacium aliis salutare, vt obstetricum, & Rahab, *veniale fuisse peccatum.* Cæterùm monet in Enchiridio, cap. 18. *Mihi videtur omne mendacium esse peccatum: sed multum interest, quo animo, & de quibus rebus quisque mentiatur.* Scilicet, quia ea potest esse intentio, eáque materia mentientis, vt mendacium sit leue; & ea etiam, vt sit graue. Nam mentiri animo grauiter infamandi, & nocendi; item mentiri in rebus, quæ pertinent ad Religionem, graue peccatum est. At mentiri animo consulendi saluti alterius, & in rebus parui momenti, leue est. Vnde illud Psalm. 5. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* item, illud Sapient. 1. *Os, quod mentitur, occidit animam.* accipienda non sunt de quocunque mendacio, sed tantùm de graui. At annotare est, viris perfectis potiùs eligendam mortem, quàm mendacium, etiam leue, & aliis salutare; cùm nullum peccatum, etiam leue, pro tuenda alicuius vita licitum sit. Tamen possunt occultare verum, & æquiuocis verbis dissimulare, quin mentiantur, quando non adest obligatio pandendi verum; & occultatio alicui prodesse potest.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An omne mendacium sit peccatum, & quale? Hîc S.Thomas *q.*1.*art.*3.Richardus,& Bonauentura *q.*2. Argentin. & Guillelm. *q.*2. Caietanus cum S.Thoma 2.2.*q.*100.*art.*3. Tolet. *c.*54. Laym. *lib.*4.*tract.*2.*c.*13.Filliuc.*tract.*40.*c.*2.*q.*3.Clauis reg. *lib.*12.*c.*2.Azor 3.*p.lib.*13.*c.*1.Lessius *lib.*2.*cap.*47. Bonacina *tom.*2.*d.*10.*q.*1.*p.*2.

Quæst. II. An sint licita verba æquiuoca contra mentem interrogantis? Hîc S.Th.*q.*1.& reliqui relati *q.præced.*Item,alij relati *dist.seq.q.*3.

DISTINCTIO XXXIX.

De periurio.

ALiud crimen prohibitum quinto præcepto secundæ tabulæ est periurium, de quo plures dubitationes mouentur. Prima est, an possit esse periurium sine mendacio? Quidam affirmant, quia Hieronymus *commentario ad cap.*4. *Hieremiæ,* docet, ad periurium sufficere defectum veritatis. At potest quis iuramento deficere à vero, quin mentiatur, si illud cogitet esse verum. Sed rectiùs alij negant. Quia Augustinus *de verbis Apostoli*, *serm.* 28. distinguit triplex periurium. Primum, quo quis iurat falsum, animo fallendi, sciens esse falsum. Secundum, quo temerè iurat falsum, putans esse verum. Tertium, quo iurat verum, putans esse falsum, atque adeò animo

mo fallendi. Quæ omnia docet esse prohibita, quanquam grauius sit periurium ex animo fallendi profectum. Cæterùm, iurare falsum, quia prudenter putatur esse verum, propriè periurium non est; quia in eo nullum est peccatum. Nam peccatum non est, vbi mens, & voluntas non est rea. At in eo, qui iurat falsum, putans esse verum, potest voluntas, & mens non esse rea: nam absque culpa potest falli. Ergo, qui sic iurat, non est periurus. Requiritur igitur ad periurium mendacium, scilicet, vt contra mentem iuretur, siue illud re ipsa sit verum, siue falsum. Vnde, qui iuramento promittit aliquid, quod posteà non adimplet, si animo adimplendi promisit, non peierauit: quia licèt iurauit falsum, tamen non iurauit contra animum, & mentem suam. At verò cùm animum mutat, reus est periurij, quia transgreditur obligationem iuramenti.

2 Secunda conclusio: Iurare ex se non est malum. Nam iurare ex se ad asserendam innocentiam alicuius, vel fœdera pacis confirmanda, prohibitum non est. Quare Augustinus *lib. 1. de sermone Domini in monte, post medium*, approbat iuramentum necessitate factum: quia interdum homines duri sunt ad credendum, quod sibi, vel aliis vtile est. Et tunc vsus iuramenti est licitus. Quod confirmat exemplo Apostoli Rom. 1. iurantis: *Testis est mihi Deus*. Ergo ex se iuramentum non est prohibitum. Vnde illud Christi Matthæi 5. *Ego dico vobis, non iurare omninò*. exponit intelligendum esse de assiduitate iurandi, quæ licita non est. Quia necessitas honestans iuramentum, rara est; & assiduitate iurandi potest homo in periurium labi.

3 Tertia

3 Tertia conclusio: Licitum est iurare per creaturam. Nam Ioseph *Genesis* 42. iurauit per salutem Pharaonis. Neque obest, *Deuteronom.* 6. præcipi iuramenta Deo reddi, & *Matthæi* 5. prohiberi iuramenta per cœlum, per terram, per Ierosolymam, & per caput tuum. Quoniam aliud est, si iures per creaturas, putans eis aliquid Diuinitatis inesse; aliud iurare per creaturas absque fide Diuinitatis illarum: Primum tantùm prohibuit Deus Iudæis, qui tanquam infirmi poterant iuramento creaturis aliquid Diuinitatis tribuere. Non prohibuit secundum, quod viris perfectis assuetum fuit, vt diximus de Ioseph.

4 Quarta conclusio: Magis obligat iuramentum per Deum, quàm per creaturas. Ita Chrysostomus *in Opere imperfecto super Matth. ad cap.* 23. asserens, grauius esse iurare per Deum, quàm per Euangelia. Ratio est: quia sanctius est nomen Dei, quàm creaturæ, maiórque ei reuerentia debita. At violare maiorem reuerentiam debitam nomini Dei, grauius peccatum est.

5 Quinta conclusio: Iurare non est aliud, quàm Deum testem, & iudicem veritatis aduocare. Primò, quia sic iurauit Apostolus Rom. 1. *Testis est mihi Deus.* ac si dixisset: Per Deum ita est, vt Augustinus exponit *serm.* 28. *de verbis Apostoli.* Secundò, quia iurare per Deum est, ius, seu iudicium veritatis Deo dare. Hoc autem est, Deum in testem, seu Iudicem adducere. Vnde etiam cùm iuratur per lapidem, aut cœlum, Deus in testimonium adducitur: nam creatura illa non potest confirmare veritatem rei, quam minimè nouit. Ergo Creator in eius confirmationem aduocatur.

6 Sexta

6 Sexta conclusio: Non solùm iuramentum assertorium, sed etiam execratorium, graue peccatum est; vt si dicam: Mors mihi, aut filiis contingat, si non est ita res. Nam id obligat Deo, aut oppignoratur. Quod in testimonium mendacij grauis iniuria est. Sic Augustinus *sup.* Quare iurare per vitam, aut per salutem meam, & per filios meos, est genus execrationis, & illicitum, cùm in testimonium mendax profertur.

7 Septima conclusio: Admittendum est iuramentum præstitum per falsos Deos, quamuis tale iuramentum peccatum est. Nam, teste Augustino *epist.* 154. *ad Publicolam*, bis peccat, qui fidem iuratam per falsos Deos non seruat. Tum, quia creaturis Diuinitatem tribuit. Tum, quia contra pollicitam fidem fecit. Is enim animo se obligauit ad rem; & hanc tantùm obligationem, qui vtitur eius fide, accepit. Vnde vtens fide illius non fuit socius criminis, sed pacti tantùm, & obligationis ipsius acceptor, ad quod sibi ius erat.

8 Octaua conclusio: Iuramentum promissorium rei iniustæ non obligat ad sui obseruantiam. Nam, si res promissa iniusta est, maius peccatum est, illam exequi, quàm omittere. Promittens enim & exequens iniustum, bis peccat: promittens verò, & non exequens, semel tantùm peccauit. At nullus potest obligari sub peccato exequi peccatum. Quod Patres pluribus confirmant. Ambrosius *lib.* 1. *de offic. capite vlt.* exemplo Herodis peccantis in occisione Baptistæ, quam iurauit. Isidorus *lib.* 2. *de summo bono, cap.* 31. exemplo eius, qui adulteræ perpetuam fidem cum ea conuiuendi pollicetur. Augustinus *serm. de Baptista,* 22. *quæst.* 4. exemplo Dauid pietate non effundentis sanguinem Nabal, quem impiè iura-

uit effundere. Nam autem is,qui iuramentum rei illicitæ retractat, periurus dicendus sit? Affirmant Beda, & Apocrisadius: quanquam reus criminis non asseritur.

9 Nona conclusio: Iurare cum dolo verbis iuranti significantibus aliud,quàm ab audiente percipi intenditur,illicitum est. Tum,quia proximus fallitur. Tum, quia Deo,qui testis est veritatis,mentitur.

10 Decima conclusio: Prouocare alium ad iurandum potest esse licitum, & illicitum. Nam prouocare ad iurandum eum, quem scis iuraturum verum, licitum est. Eum verò prouocare, quem scis iuraturum cum mendacio,illicitum est,& maius peccatum,quàm homicidium: nam homicida occidit corpus; is verò occidit animam. Sic Augustinus *serm.* 28. *de verbis Apostoli.*

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An obliget iuramentum,seu votum de re illicitâ? Hîc Gabriël,& S.Thom.*q.*1. Sanchez *lib.*4. *sum.cap.*6. Suar.*lib.*2.*de voto, c.*5. Filliucius *tract.*26. *cap.*2. Lessius *lib.*2. *c.*42. *dub.*4. Clauis regia *lib.*5. *cap.*7. Azor *tom.*1. *lib.* 11. *cap.* 5. *quæst.* 1. Bonac. *tom.*2.*d.*4.*quæst.*2.*p.*4. Sot.*lib.*7.*q.*1.*art.*3. Nauar.*c.*12. *sum.*Caiet. Salon. Valentia, & alij cum S.Thom. 2.2. *q.*88.*art.*2.

Quæst. II. An liceat petere & acceptare iuramentum per Deos falsos? Hîc Bonauentura *art.* 2.*quæst.*3. Richard.*quæst.* 3. Gabriel *quæst.* 1.*art.*3. Suarez *lib.*3. *de iurament. cap.*13. Sanchez *lib.*3.*summ. cap.*8. Filliucius *tract.*25. *cap.*11.*quæst.*8.& 9. Reginald. *lib.* 18. *num.*

18:*num*. 20. Salon. 2.2.*q*.87.*art*.4. *controu*.2. Bonac. *tom*.2. *d*.4.*quæst*.1.*p*.11.

Quæst.III. An sit licitum, & obliget iuramentum factum contra mentem interrogantis? Hîc S. Thomas *articul*.3. Bonauentura *articul*. 3. *quæst*.1. Richard. *artic*.2.*quæst*.1.Sanchez *lib*.3.*cap*.6. Valentia *tom*.3.*d*.6.*quæst*.7.*part*.4.Clauis regia *lib*.4.*cap*.5. & *lib*.12.*cap*.17. Laym. *lib*.4.*tract*.3.*capite* 13. Suarez *de iuram.lib*.3.*c*.11.Filliucius *tract*.25.*cap*.11.Lessius *lib*.2.*cap*.42.*dub*.9. Bonac.*tom*.2.*d*.4.*q*.1.*p*.12. Nauar.*c*.12.*sum*.

Quæst.IV. An obliget iuramentum coactum? Hîc S.Th. *q*.1.*art*.3. Bonau. *art*.3.*q*.1.Rich. *art*.2. *q*.2. Gab.*q*.1.*art*.3.Sanch. *lib*.3.*c*.9.& 11. Suar. *lib*.2.*de iur*.*c*.9.Les.*lib*.2.*c*.42.*dub*.6.Filliuc. *tr*.25.*cap*.6.*q*.7. Laym.*lib*.4.*tr*.3.*c*.7.Bonac.*tom*.2.*d*.4.*q*.1.*p*.9.

Quæst. V. An obliget iuramentum de re indifferenti? De quo Sanchez *lib*.3.*sum*.*c*.9.*n*.11.& 12. & *lib*.4.*c*.7.Clauis regia *lib*.5.*c*.7.Azor.*tom*.1.*lib*.11.*c*.5.*q*.1.Petr.Ledesma *tom*.2.*sum*.*tr*.11.*c*.3.*dub*.2.Suar. *lib*.2.*de iuram*.*c*.17.Rebel.*p*.2.*de instit*.*lib*.1.*q*.9.Lessius *lib*.2.*c*.42.*dub*.4.Bonac.*tom*.2.*d*.4.*q*.1.*p*.4.Laym. *lib*.4.*tr*.3.*c*.6.

Quæst. VI. An iuramentum factum contra legem ciuilem obliget? De quo Sanch.*lib*.3.*summ*.*c*.9.Bonac. *tom*.2. *præcept*.2.*d*.4.*q*.1.*p*.5.Azor *tom*.1. *inst*.*moral*. *lib*.11.*c*.7.*q*.1.Lessius *lib*.2.*de iust*.*c*.17.*dubio* 7. Suarez *tomo* 2.*de relig*.*tract*.*de iuram*.*lib*.2.*cap*.20.& 26. Rebel. *de instit*.*p*.2.*lib*.5.*q*.7.*sect*.3.

Quæst.VII. An obliget iuramentũ errore præstitũ? De quo Sanch.*lib*.3.*summ*.*c*.11.*à n*.38.Bonac.*tom*.2. *præcept*.2.*d*.4.*q*.1.*p*.8.*prop*.1.& 2.Suar.*de iuram*.*lib*.2.

*cap.*11. Filliucius *tract.*25.*cap.*6. *quaest.*5. Nauarr.*in sum. cap.*12. Azor 1.*p. lib.*11. *cap.*7. Syluester *verbo, iuramentum*, 4.*quaest.*8.*& vers.*5.*quaest.*12. Gutierrez *de iuramentis*, 1.*p.cap.*37.Lessius *lib.*2.*de iust.cap.*47.*dub.*7.

Quaest. VIII. An iuramentum exteriùs factum absque animo iurandi obliget? De quo Sanchez *lib.*3.*sum.c.*10.*n.*11.*& sequenti.* Lessius *lib.*2.*de iust.cap.*42.*dub.*8. Suar.*tom.*2. *de relig.lib.*2.*c.*7.Azor *lib.*11.*cap.*4.*q.*2. Valentia *tom.*3.*d.*6.*q.*7.*punct.*4. Filliucius *tract.*25.*c.*6.*q.*1. Ledesma *tom.*2.*sum.tr.*11.*c.*3.*dub.*5.*dicto* 2.

Quaest. IX. An obliget iuramentum factum absque animo se obligandi; cum animo tamen iurandi? De quo Sanchez *lib.*3.*summ. cap.*10. Valentia *tom.*3.*disp.*6.*quaest.*7.*punct.*4.Azor 1.*p.lib.*11.*c.*4.*quaest.*2. Syluester *verbo, iuramentum*, 4.*quaest.*7. Sotus *lib.*8.*quaest.*8.*art.*7. Aragonius 2.2.*quaest.*89.*art.*7.*concl.*4. Clauis regia *lib.*3.*cap.*6. Filliucius *tract.*25. *cap.*6.*quaest.*2.*num.*144.*& seq.*Lessius *lib.*2. *de iust.cap.*42.*dub.*8. Bonacina *tom.*2. *praecept.*2. *disput.*4. *quaest.*1.*punct.*7.

Quaest. X. An iurans ex consuetudine peccet moraliter? De quo Sanchez *lib.*3.*summ.cap.*5. Valentia *tomo* 3. *disp.*6. *quaest.*7. *puncto* 3. Petrus Ledesma *tomo* 2.*summ. tract.*11. *cap.*5. *dub.*3. Suarez *tom.*2. *de relig. lib.*3.*cap.*7. Filliucius *tract.*15.*cap.*10. *quaest.*9. Clauis regia *lib.*5. *cap.*5. Bonacina *tomo* 2.*praecept.*2.*disput.*4. *quaest.*1.*punct.*13. Reginaldus *lib.*18.*n.*87.*& seq.*

DISTIN

DISTINCTIO XL.

De ſexto, & ſeptimo præcepto ſecundæ tabulæ.

COnclusio eſt: Veteri Decalogi lege etiā prohibebantur affectus merè interni. Nam ſextum præceptum ſecundæ tabulæ eſt: *Non deſiderabis vxorem proximi tui.* Septimum autem, & poſtremum: *Non concupiſces domum proximi tui, non ſeruum, non ancillam.* &c. At his præceptis affectus merè interni prohibentur. Nam opera externa, ſeu affectus efficaces operibus externis coniuncti interdicuntur tertio præcepto: *Non mœchaberis.* & quarto: *Non furtum facies.* Quo ſextum, & ſeptimum à tertio, & quarto diſtinguuntur. Quippe obiecta interdicta differunt: nam illis opera externa, & affectus omninò efficaces operibus adiuncti; his verò affectus merè interni vetantur.

2 At obiicies; Communiter dicitur *Lex comprimere manum, non animam*: Euāgelium verò *comprimere tam manum, quàm animum.* Quod ideò dictum eſt, quia lex ſola opera externa, & non affectus merè internos, ſicut Euangelium comprimebat. Reſpondetur primò: Illud proloquium comparat Euangelium cùm lege veteri quoad ſola præcepta cæremonialia, quæ ſolas actiones externas præſcribebant: non verò quoad præcepta moralia, quæ etiam effectus internos dirigebant. Secundò, quoad præcepta moralia lex antiqua non prohibebat omnes affectus merè internos; ſed eos, quos exprimunt ſextum, & ſeptimum præceptum. Euangelium verò omnes affectus internos rei

illicitæ interdicit, Tertiò, lex dicitur comprimere tantùm manum, & non animum, sicut Euangelium: quia lex occidere animum, Euangelium verò viuificare dicebatur iuxta illud 2, Corinthiorum 3. *Littera occidit, Spiritus autem viuificat.* Sub littera enim etiã præcepta moralia veteris legis comprehenduntur. Porrò hæc littera occidere animum dicitur, non quia mala erat; sed quia erat occasio peccandi potiùs, quàm Euangelium, Quoniam notitiam tantùm præstabat, & non gratiam vberem, quam Euangelium cum notitia præstabat, In Euangelio enim vberior, & ex se efficacior gratia est, Tum ratione meritorum Christi Domini, quæ Euangelio magis fauent, Tum ratione Sacramentorum, quæ in veteri lege solùm significabant gratiam, in Euangelio verò illam conferunt, Tum ratione præmiorum, quæ adimplenti legem, & Euangelium promittuntur. Legis enim adimpletioni bona tantùm temporalia, Euangelij verò obseruantiæ Deus pollicitus est æterna.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An opus externum superaddat malitiam affectui interno? Hic Estius §. 1. Alij relati *lib. 2. dist. 35. quæst. 3.*

Quæst. II. An delectatio de re illicita sit peccatum prohibitum nono: & decimo præcepto Decalogi? Hîc Estius §. 2. Alij relati *lib. 2. dist. 25. q. 13.*

Quæst. III. An opera legis naturæ indigeant gratia auxiliante, qua egent opera legis gratiæ? De quo relati *lib. 2. dist. 28. q. 1. & seq.*

Quæst. IV. Quodnam sit discrimen inter Sacramenta

menta legis veteris & nouæ? De quo *lib.seq.dist.1.*

Quæst. V. An auxilia gratiæ professoribus vtriusque legis prouisa sint intrinsecè supernaturalia? De quo relati *lib.2.dist.16.q.6.*


Quæst. VI. An omnia eiusmodi auxilia fuerint prouisa ex meritis Christi. De quo relati *lib.1.dist.41. q.9.& lib.3.dist.13.q.9.*


Quæst. VII. An ea auxilia fuerint ex se efficacia, an ex consensu voluntatis? De quo relati *lib.2.dist.24. quæst.5.*

Quæst. VIII. An vberiora nobis quàm antiquis auxilia prouideantur.

Quæst. IX. An opera legis naturæ sint meritoria de congruo bonorum supernaturalium? De quo *lib.1. dist.41.q.4.*

Quæst. X. An opera naturalia legis possent disponere ex se ad suscipiendam gratiam? De quo relati *lib.1.dist.41.q.5.& 6.*





LIBER QVARTVS.

De Sacramentis, & signis sacramentalibus.

Magister *lib.*1. *dist.*1. distribuit vniuersa obiecta Theologiæ in res; & in signa. Tribus præcedentibus libris disseruit de rebus: nunc tractationem instituit de sacramentalibus signis, quæ annexa sunt operibus nostræ redemptionis, de qua libro præcedenti dissertum est.

DISTINCTIO I.



SACRAMENTA sunt remedia, quæ Christus instituit ad medelam vulnerum peccati originalis, & actualis; præfiguratáque sunt *Luc* 10. in eis, quæ Samaritanus, vulneribus sauciatò misericorditer exhibuit. De quibus in hac distinctione quæritur quatuor. Primò, quidditas Sacramenti. Secundò, partes, ex

ex quibus conficitur. Tertiò, causæ, propter quas instituitur. Quartò, differentia, quà à veteribus Sacramentis, præsertim Circuncisione distinguitur.

2 Prima conclusio: Sacramentum, de quo disputatio instituitur, est signum visibile gratiæ inuisibilis, eiusdem imaginem gerens, & causa existens. Nam Sacramentum apud sacros Scriptores interdum significat secretum, & latens mysterium; interdum signum sensibile tale mysterium, aut aliud quidpiam insensibile significans: in qua significatione nunc Sacramentum accipitur. Signum autem est, quod prȩter speciem, quam ingerit sensibus, facit nos in alterius notionẽ venire. Signum aliud est naturale, quod suapte natura significat, vt fumus ignem. Aliud ex institutione, quod ex libito Dei, aut hominum significat. Rursus signum ex institutione, aliud præsefert similitudinem eius, quod refert, vt ablutio exterior ablutionem interiorem: aliud, quod eiusmodi similitudinem non gerit, vt ramus pendens significans vinum. Præterea signum imaginem rei significatæ gerens aliud est speculatiuum, rem tantùm significans, sed non causans, vt legalia vetera, quæ in solam significationem, & non in iustificationem instituta fuerunt, cùm non conferrent gratiam iustificantem; quamuis in fide, & charitate fierẽt. Aliud practicum rem significans, & causans. Sacramentum igitur nouæ legis de quo nunc est sermo, hoc postremo sensu signum est, & superiori definitione comprehenditur.

3 Secunda conclusio: Quamuis potuit Christus salutem animæ hominibus absque Sacramentis prouidere, triplici de causa Sacramenta instituit. Primò, ad humiliationem hominis, vt rebus corporeis homine

inferioribus ſubiectus, ſalutem animæ conſequatur. Secundò, ad ipſius eruditionem, vt diuina, quæ ante peccatum ſine medio ſenſibili nota ipſi erant, & poſt peccatum ignota, mediis hiſce ſignis aſſequatur, & noſcat. Tertiò, ad eius exercitationem vtilem, & honeſtam, qua otium, & vanam occupationem declinet: ex triplici enim occupationum genere, alio ad bonum corporis, alio ad bonum animæ, alio ad vtriuſque detrimentum pertinente; Sacramentorum vſus ad ſalutem animæ dirigitur.

4 Tertia concluſio: Sacramentum ex duobus conficitur, verbis, ſcilicet, & rebus. Nam, vt progreſſu videbimus, omnis materia, & forma Sacramentorum verbis, & rebus conſtituitur, vt Baptiſmus inuocatione Trinitatis, & aquæ; & ſic facta inductione per alia.

5 Quarta concluſio: Sacramenta noua à veteribus longè diſcrepant. Nam, vt ait Auguſtinus *tomo* 8. *ad tit. Pſalm.* 73. vetera tantùm promittebant, & ſignificabant ſalutem futuram in lege gratiæ, Noua verò illam ſignificant præſentem, & conferunt. Neque obſtat, circuncisionem fuiſſe remedium conferens remiſſionem peccati, ſicut Baptiſmum, vt ſentiunt Auguſtinus *tomo* 7. *lib.* 2. *de nupt. cap.* 11. *&* Beda *Luc.* 2. Nam duobus diſtabat circunciſio à noſtro Baptiſmo. Primò, quia circumciſio non erat communis viris, & fœminis, ſicut Baptiſmus. Secundò, quia circunciſio ſolùm præſtabat Iudæis peccatoribus remiſſionem peccati; non verò iuſtificatis auxiliantem gratiam, virtutúmque, ac gratiæ iuſtificantis argumentum; ſicut præſtat Baptiſmus, qui ceu aqua reficiens, & regenerans, & aridos animos fœcundat; & fœcundos ampliori vbertate donat. Vnde iuſtus ad Baptiſmum

mum accedens vberiori interiùs renouatur gratia. Qua tamen vberius renouatus non fuit Abrahamus, cùm primùm mandato Dei fuit circuncisus: quia iam erat per fidem, & charitatem iustificatus.

6 Ad hæc dubitabis primò: Quo remedio delebatur peccatum originale ante circuncisionem omnibus hominibus,& post circuncisionem fœminis? Secundò,quibus de causis instituta fuit circuncisio Hebræis?Tertiò,quo ritu circuncisio iniūcta fuit? Quartò,an paruuli Hebræorum,qui incircuncisi ante diem octauum decedebant, salutem consequebantur?

7 Ad primam dubitationem respondetur: Quidam volunt ante circuncisionem omnibus hominibus,& post circuncisionē fœminis ablatum fuisse peccatum originale per oblationem, & sacrificia. Sed rectiùs Gregorius *lib. 4. Moralium, cap. 2.* ante circuncisionem deleri peccatum originale paruulis per fidem parentum;parentibus verò virtute sacrificiorum, quæ fide iustificationis offerebant Deo:post circuncisionem autem deleri fœminis infantibus per fidem,& opera bona parentum; fœminis verò adultis per suam fidem,& opera.Ad secundam: Primò,circuncisio iniuncta fuit in meritum obedientiæ. Secundò, in signum magnæ fidei Abrahæ. Tertiò, in separationem populi Hebræi ab aliis Gentilium nationibus. Ad tertiam: Circuncisio iniuucta fuit in carne præputij, in remedium concupiscentiæ contractæ per peccatum origlnale,quæ in ea parte magis dominatur. Item, conficiebatur petrino cultro, vt per petram Christum omnis nobis abscindi corruptio crederetur. Rursus fiebat octauo die; vt præsignaretur

resurrectio

resurrectio communis octauo die futura, ad imaginē resurrectionis Christi octauo die futuræ. Ad quartam Rectè docet Beda *ad c. 2. Lucæ*, paruulos ante circuncisionem defunctos non assequi salutem, sicut nunc non assequuntur illam defuncti ante Baptismum. Fortè tamen tunc ingruente periculo mortis licebat Hebræis, ante octauam diem pueros circuncidere, sicut modò in Ecclesia eosdem baptizare.

Annotationes.

IN hac distinctione quatuor propositiones à Parisiensibus notantur. Prima est, legalia vetera non conferre iustificationem, etiamsi in fide, & charitate fierent. Secunda, hominem ante peccatum sine medio Deum, diuináque videre. Tertia, per circuncisionem conferri remissionē peccati absque infusione gratiæ, Quarta, licitum fuisse Hebræis, instante mortis periculo, anteuertere octauum circuncisionis diem.

Cæterùm hæ propositiones, prout à Magistro traduntur, sanum, & probabilē sensum habere possunt. Prima, si accipiatur de iustificatione ex opere operato, de qua ibi Magister differit, & quam legalia vetera non conferebant, quamuis ea fideles per fidem, & charitatem dispositi conficerent. Loquitur enim Magister de iustificatione propria Sacramentorum nouæ legis, vt ea à veteribus discernat. At iustificatio Sacramentorum propria, & noua Sacramenta à veteribus discernens, non est, quæ ex opere operantis, sed quæ ex opere operato contingit. Secunda à nota liberari potest, si ponamus cum pluribus Theologis, Adamum ante peccatum præditum fuisse scientia infusa,

fusa, qua supernaturalia cognoscere posset absque ministerio sensuum. Magister ergo noluit, Adamum ante peccatum potuisse intuitiuè, & sine vllo medio videre Deum; sed potuisse contemplari Diuinitatis arcana absque medio sensibili, quo indiget post peccatum. Nam *lib. 2. distinct. 3.* expressè negat Angelis in via visionem intuitiuam Dei: & *distinct. 20. & 23.* Adamo solùm concedit notionem abstractiuam in creaturis. Neque ad scopum Magistri opus erat, omne medium cognitionis ante peccatum excludere, sed medium tantùm sensibile, quale est Sacramentum, quod ad hominis eruditionem proposuit dispositum.

Tertia verò integra erit, si animaduertatur Magistri mentem non fuisse, circuncisionem à Baptismo diuidere quoad effectum conferendi peccatoribus primam gratiam remissiuam peccati, quam credo nomine remissionis comprehendisse; sed quoad effectum conferendi iustificatis augmentum gratiæ, quod Baptismus confert. Iustificatis autem non contulisse circuncisionem augmentum gratiæ, improbanda doctrina non est, cùm plerique tueantur, neque primam gratiam iustificantem contulisse. Coniicio mentem Magistri: quia assumptum proposuit, Baptismum præ circuncisione esse *pleniori gratia accumulatum.* Ergo aliquam gratiam iustificantem, scilicet, primam remittentem peccata concessit circuncisioni. Item, id probat: quia in circuncisione, *virtutum augmentum non præstabatur, sicut, in Baptismo, vbi virtutes augentur, & non solum aridi fœcundantur, sed etiam fructificantes ampliori vbertate donantur.* Quod rursus confirmat: *Quicunque per charitatem*

ante

ante habitam iustus ad Baptismum accedit, vberiorem ibi recipit gratiam: sed non ita in circuncisione: nam Abrahæ iam iustificato signaculum tantùm fuit, & nihil ei intus contulit. Ergo non primam gratiam remittentem peccatum; sed solam augentem illius collatam circuncisione negat. Denique, quarta propositio non est à Magistro absolutè asserta, sed cum cautione illa, *fortè*: ac si diceret, quamuis oppositum verius sit; tamen non esse omninò certum, non potuisse octauum circuncisionis diem instante mortis periculo absque peccato præueniri. At cum hac moderatione assertum Magistri temerarium non est, cùm vix scribat Theologus, id esse explorata fide certum.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Quænam sit essentia, & definitio Sacramenti? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 1. Bonau. *art.* 1. *q.* 2. Scot. Tarant. Gabr. & Carthus. *q.* 1. Durand. *quæst.* 2. Richard. *quæst.* 3. & 4. Sot. *q.* 1. Caiet. Gabeçud, Suar. Coninch, Præposit. Pesant. Sylui. & alij cum S. Thoma 3. *p.q.* 10. *art.* 1. & *seq.* Valent. *tom.* 4. *d.* 3. *quæst.* 1. Tannet. *tom.* 4. *d.* 3. *q.* 1. *dub.* 1. Mærat. *tom.* 3. *tract. de Sacram. d.* 1.

Quæst. II. An Sacramenta fuerint necessaria? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 2. Bonau. *art.* 1. *q.* 1. Argent. Durand. Marsil. & Gabr. *q.* 2. Scot. *q.* 3. Richard. *art.* 2. *q.* 1. Sot. *q.* 2. Caiet. Cabeçud, Suar. Præpos. Coninch. Pesant. Sylui. & alij cum S. Thoma 3. *p.q.* 61. *art.* 1. Val. *tom.* 4. *d.* 3. *q.* 2. Tann. *tom.* 4. *d.* 3. *q.* 2. *dub.* 1. Mærat. *tom.* 3. *tr. de Sacram. d.* 1.

Quæst. III. An constent verbis, & rebus? Hîc Bon. *in litt.*

in litt.dub. 11.S.Th.*q.*1.*art.*3.Dur.*q.*3.Gab. *q.*2.Caiet.Cabeçud,Suarez,Præpos.Coninch, Sylui. Pesant. & alij cum S. Thoma 3.*p.q.*60. *art.*5. *&* 6. Valent. *tom.*4.*d.*3.*q.*1.*p.*2.Tann.*tom.*4.*disp.*3.*q.*1.*dub.*2.Mærat.*tom.*3.*tr.de Sacram.d.*2.

Quæst. IV. An Sacramenta nouæ legis sint causa physica gratiæ? Hîc S.Thom.*q.*1.*art.*4. Bonau. *p.*1. *art.*2.*q.*4.Richard.*art.*4.*q.*2. Scot.*q.*4. Durand. *q.*5. Gabr.*q.*1.Tarant.*q.*6.Sot.*q.*3. Caiet. Cabeçud, Suar. Coninch,Præpos.Pesant.Sylu. & alij cum S.Th.3.*p.q.*62.*art.*1.Alij relati *lib.*1.*dist.*44.*q.*9.

Quæst. V. Qua virtute sint causa physica gratiæ? De quo Interpretes Magistri,& S.Thomæ, & alij relati *q.præced.*

Quæst. VI. An Sacramenta veteris legis fuerint causa gratiæ? Hîc S.Thom. *q.*1.*art.*5. Bonauent.*p.*1. *art.*1.*q.*5. Richard.*art.*3.*q.*4. Argent.*q.*2.*art.*4. Tarant. *q.*8. Gabr.*q.*3. Caiet.Cabeçud,Suar.Coninch, Pesant.Sylui.Præpos.& alij cum S.Thoma 3.*p.q.*62. *art.*6. Valentia *tom.*4.*d.*3.*q.*3.*p.*3. Tann. *tom.*4.*d.*3. *q.*3.*dub.*1.Mæratius *tom.*3.*tr.de Sacram.disp.*5.

Quæst. VII. An, & quomodo circuncisio fuerit causa necessaria gratiæ delentis maculam peccati originalis? Hîc S.Thomas *q.*2.*&* 3. Bonau. *p.*2.*art.*2. *q.*1.*& sequenti.* Richard.*art.*6.*quæst.*3. Tarant. *q.*21. Caiet.Cabeçud,Suar.Præpos. Coninch,Sylui.Pesant. & alij cum S.Thoma 3.*p.q.*70.*art.*4.Valent.*tom.*4.*d.*4.*q.*5.Tann.*tom.*4.*d.*4.*q.*3.*dub.*5.Mærat. *tom.*3.*tract. de Sacram.disp.*5.

DISTIN

DISTINCTIO II.

De Sacramentis nouæ legis.

PRima conclusio : Sacramenta nouæ legis sunt septem, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia , Extrema vnctio , Matrimonium, & Ordo. Quorum differentia ex diuersitate effectuum , in quos sunt instituta , deprehenditur. Alia enim gratiam remittentem peccatum , & auxiliantem conferunt , vt Baptismus, & Pœnitentia; alia remedium tantùm, vt Matrimonium ; alia augmentum gratiæ , & virtutis operandi, vt Eucharistia, & Ordo. Quorum effectuum distantiam progressu exponemus.

2 Secunda conclusio : Hæc Sacramenta non sunt instituta continuò post peccatum. Quia eorum efficacia ortum habuit ex institutione Christi , & applicatione meritorum ipsius facta per ipsum. Hæc autem ante Christum fieri non potuit. At Christus continuò post peccatum non venit, quia expediebat, vt homo priùs experimento disceret remediis naturæ , & legis scriptæ absque gratia speciali Christi non potuisse satis peccato prouideri. Neque obstat , ante peccatum præcessisse Matrimonium. Quia in statu innocentiæ verum Sacramentum non fuit , neque in remedium concupiscentiæ , quæ tunc non dominabatur, prouisum , sicut prouisum fuit post peccatum. Tunc igitur coniugium institutum fuit, tum ad officium, & propagationem naturæ humanæ , tum ad mysterium vnionis Christi cum Ecclesia præfigurandum.

3 Tertia

3 Tertia conclusio: Baptismus Christi primum Sacramentum est, à quo differens fuit baptismus Ioannis. Nam Baptismus Ioannis antecedens Baptismum Christi primò distabat à Baptismo Christi, tanquam figura ab eo, quod repræsentat, & tanquam dispositio præparans ab eo, ad quod disponit. Secundò, quia ille non conferebat internam renouationem animæ, & remissionem culpæ, quam confert Baptismus Christi. Propterea ille dicebatur dari in aqua tantùm; iste verò in Spiritu sancto: quia solùm abluebat corpus, & non spiritum. Hinc etiam ille non erat strictè Sacramentum, sicut iste, quippe conferens gratiam; quanquam posset latè Sacramentis veteribus, tantùm significantibus salutem venturam, aggregari. Eam etiam ob rem *Baptismus Ioannis* dicebatur, & non Christi, aut Dei: quia licet Deo concurrente exhiberetur, nihil tamen interiùs à solo Deo, sed exteriùs tantùm, tanquam à Principe operatore agebatur à Ioanne. Denique Baptismi forma erat diuersa. Quippe Ioannes baptizabat *in nomine venturi*, scilicet, Christi; Christus verò in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Vnde est.

4 Quarta conclusio: Quidam eorum, qui baptizabantur Baptismo Ioannis, non sunt rebaptizati Baptismo Christi. Nam quidam eorum credebant, salutem non esse futuram virtute Ioannis; sed virtute Spiritus sancti, & Christi. At hi non rebaptizati sunt Baptismo Christi. Cæterùm plerique eorum, qui Baptismo Ioannis abluti fuerunt rebaptizati sunt Baptismo Christi, vt refertur *Act.* 19. quia salutem animæ non in Spiritum sanctum, sed in solùm venturum retulerunt, vt ex-

ponunt Hieron. *tom.6. super Ioëlem, c.2. & tom.2. epist. ad Oceanum*, & Ambrosius *lib.1. de Spiritu sancto.*

Annotationes.

DVo hîc prolata communiter cum Parisiensibus reiiciuntur. Primum est, Sacramentum Matrimonij institutum fuisse in remedium tantùm: quia eo negatur institutum ad conferendam gratiam. Secundum est, aliquos eorum, qui susceperunt Baptismum Ioannis, non fuisse rebaptizatos Baptismo Christi: quia eo sancitur, sufficientem fuisse Baptismum Ioannis.

Quamuis hæc doctrina in eo sensu, quo communiter accipitur, proba non sit; alium tamen sensum accipere potest, in quo non sit improba. Equidem credo, primo prolato neutiquam negauisse Magistrum, Sacramentum Matrimonij institutum fuisse ad conferendam gratiam iustificantem: nam *dist. præcedenti* perspicuè docuit, omnia Sacramenta nouæ legis ex genere suo discrepare à Sacramentis veteris legis, in eo, quòd sunt causæ conferendæ gratiæ. Solùm igitur voluit, Matrimonium ex differentia essentiali, qua ab aliis nouæ legis Sacramentis distat, in remedium tantùm concupiscentiæ fuisse institutum; cum quo rectè cohæret, Matrimonium ex genere suo omnibus Sacramentis communi virtutum ferre collatiuam gratiæ. Qua ratione hæc doctrina damnari non potest.

Secundum prolatum mihi persuadeo, non fuisse traditum à Magistro de iure, sed de facto; hoc est

non

non sentire, baptizatos Baptismo Ioannis, quamuis credentes in Spiritum sanctum, non debuisse baptizari Baptismo Christi, eúmque non fuisse illis necessarium ad iustificationem, & remissionem peccati originalis. Nam *præcedentibus* disertè fatetur, Baptismum Ioannis non fuisse sufficientem ad iustificationem, & remissionem peccatorum. Sed tantùm asserere, eos, qui credentes in Spiritum sanctum, Baptizati sunt à Ioanne, re ipsa non fuisse rebaptizatos ab Apostolis Baptismo Christi, sicut alios, qui in Spiritum sanctum non crediderunt: quia *Act.* 19. id non scribitur factum: quod nullam continet improbandam sanctionem. Neque Magister verbum profert, quod neget ius; sed tantùm factum: neque quæstionem mouit de iure; sed tantùm de facto; vt legenti palam constabit.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An omnia Sacramenta nouæ legis fuerint immediatè instituta à Christo? Hîc Bonauent. *in litt. dub.* 2. S. Thomas *quæst.* 1. *art.* 4. Durand. & Gabr. *quæst.* 1. Caiet. Cabeçud, Suares, Coninch, Præpos. Pesant. Sylui. & alij cum S. Thoma 3. *part. quæst.* 64. *art.* 2. & 3. Valent. *tom.* 4. *dist.* 3. *quæst.* 5. Tann. *tom.* 4. *dist.* 3. *quæst.* 2. *dub.* 2. Mæratius *tom.* 3. *tract. de Sacrament. disp.* 7.

Quæst. II. An ea sint septem? Hîc S. Thom. *art.* 2. Bonau. *quæst.* 3. Richard. *q.* 4. Tarant. *q.* 2. Maiton. & Gabr. *q.* 1. Argent. *q.* 1. *art.* 4. Caiet. Cabeçud, Suares, Coninch, Præpos. Sylui. Pesant. & alij cum S. Th. 3. *p. q.* 65. *art.* 1. Val. *tom.* 4. *d.* 3. *q.* 6. [illegible] 2. Tann. *tom.* 4. *d.* 3.

*q.2.dub.3.*Mærat.*tom.3.tract.de Sacram.d.*10.

Quæſt. III. An ea omnia ſint cauſa gratiæ? Hîc Bonauent. *in litt.dub.*1.Gabr.*quæſt.*1. Alij relati *diſt. præced.q.*4.

Quæſt. IV. Qua virtute ſint cauſa gratiæ? De quo relati *diſt.præced.q.*5.

Quæſt. V. Quænam ſit eſſentia, & forma Baptiſmi Chriſti, qua à Baptiſmo Ioannis ſit diuerſa? De quo relati *diſt.ſeq.q.*1.

Quæſt. VI. An Baptiſmus Ioannis fuerit Sacramentum, & collatiuum gratiæ; & quibus partibus conſtans? Hîc S.Thom. *q.2.art.*1.Bonau. *art.2.q.*2. Richard.*art.2.q.*3. Tarant.*q.*8.Sot.*q.*2. Caiet. Suar. Præpoſit.Coninch, Peſant.Sylui.& alij cum S.Th.*3. p.q.*38.*art.*2. Val.*tom.*4.*d.*4.*q.*4.*p.*1. Granad. *tom.*5. *contr.*4.*tr.*1.*d.*9. Tann.*tom.*4.*diſp.*4.*q.*3.*dub.*3.

DISTINCTIO III.

Quid ſit Baptiſmus.

QVæritur *in hac diſtinctione*, primò, quidditas Baptiſmi; ſecundò, forma; tertiò, materia; quartò, inſtitutionis tempus; quintò, cauſa finalis, ſeu effectus.

1 Prima concluſio: Baptiſmus eſt ablutio exterior corporis, facta ſub forma verborum à Chriſto præſcripta. Itaque duo eſſentialiter Baptiſmum conſtituunt, ſcilicet, elementum, & verbum: & alterutro detracto, nullum eſt Sacramentum Baptiſmi; & vtroque exiſtente, quamuis alia detrahantur, verus Baptiſmus conficitur. Hinc Auguſt. *tomo*

tomo 9.tr.80.in Ioannem, ait: *Accedit verbum ad elementum,& fit Sacramentum.* Vnde alia, quæ iuxta ritum Ecclesiæ Baptismum comitantur, vt sal, chrisma, & huiusmodi, non ad essentiam, sed ad solemnitatem spectant.

2 Secunda conclusio: Forma Baptismi est inuocatio Trinitatis, vt, *Ego te Baptizo in nomine patris,& Filij,& Spiritus sancti.* Primò, quia Christus *Matth. vlt.* iussit discipulis: *Docere omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris,& Filij,& Spiritus sancti.* Secundò, quia, vt habetur *de consecratione, dist.4.c.In Synodo* Zacharias Papa ait: *Perfectus Christianus non est, nisi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti baptizatus.* Vnde si non dicatur *in nomine*; aut dicatur *in nominibus*, non erit verum Sacramentum Baptismi.

3 Sed obiicitur, Apostolos *Act.2.10.& 19.* baptizasse tantùm in nomine Christi. Respondet Ambr. *lib.1.de Spiritu sancto,c.3.* in nomine Christi intelligi totam Trinitatem,& Patrem, à quo vnctus est,& Filium, qui vnctus est,& Spiritum sanctum, per quem vnctus est. Quare *de consec. dist.4.c. A quodam.* Nicolaüs Papa hac de re consultus respondit: *Profecto si in nomine sanctæ Trinitatis, vel in nomine Christi, sicut in Actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt; vnum enim, idemque est, vt exponit Ambrosius; rebaptizari non debent.*

4 Vrgetur: Ergo etiam erit validus Baptismus in nomine Patris tantùm, vel in nomine Spiritus sancti tantùm, sicut in nomine Christi tantùm. Admittit consequentiam Ambrosius *suprà*, si prolatâ ore vnâ tantùm personâ, credatur tota Trinitas corde; secùs verò si negetur. Rationémque reddit: *Nam, qui*

vnum dixerit, Trinitatem signauit. Si Patrem dicas, Filiũ eius, & Spiritum oris eius pariter indicas; si tamen id etiam corde comprehendas. Et si Spiritum sanctum dicas, & Deum Patrem, à quo procedit, & Filium eius, cuius est Spiritus, nuncupasti. Tutius tamen est, Baptismã tradere cum inuocatione totius Trinitatis, in nomine scilicet, Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

5 Tertia conclusio: Materia Baptismi est sola aqua naturalis, & liquida, in qua ablutio, seu immersio fiat. Sic Christus Ioan. 3. *N si quis renatus fuerit ex aqua*, &c. Ideóque aqua manans ex latere Christi Baptismum præsignauit. Liquida autem esse debet: quia aliter ablutio, aut immersio fieri non potest. Tamen ad eius essentiam non requiritur trina immersio, qua vtitur Ecclesia: sed sufficit vnica tantùm. Nam, vt tradit Gregorius *lib. 1. regist. epist. 41.* & habetur *de consecr. dist. 4.* de trina immersione, vnica tantùm immersio potuit ab Ecclesia præscribi absque detrimento baptizati: nam, sicut trina immersio, quæ nunc Ecclesiæ in more est, refert Trinitatem personarum, aut triduanam sepulturam Christi: sic vnica tantùm potest vnitatem Trinitatis referre. Cæterùm reprehensibilis est, qui trinam prætermittit contra Ecclesiæ consuetudinem, vt docet Haymo *ad cap. 14. Rom.* dicens, Cyprianum semel tantum mergentem baptizatos, vbi admonitus fuit de Ecclesiæ more, trina mersione vsum fuisse. Porrò Christus Baptismum in aqua elementari instituit, tùm, vt ablutio corporis exterior interiorem animæ munditiem indicaret; tum, vt neminem inopia, aut raritas excusaret suscipiendi tam salubre Sacramentum, cùm aqua vbique abs-

que

absque pretio omnibus prompta, ac paratissima sit.

6 Quarta conclusio: Baptismus institutus fuit, cùm Christus fuit à Ioanne Baptizatus. Neque enim institutus fuit, vt volunt plerique Ioan. 3. cùm dixit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto*, &c. Nam tunc solam Baptismi necessitatem expressit. Neque, vt alij volunt, post resurrectionem, cùm *Matth. vlt.* iussit Apostolis, docere omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quia ante passionem *Ioan.* 3. *&* 4. referuntur Apostoli, in Iudea baptizasse. Vtique sub forma, & inuocatione Trinitatis, qua posteà præcepto Domini gentes baptizarunt. Rectiùs igitur dicitur, institutum fuisse Baptismum, cùm Christus à Ioanne in Iordane fuit ablutus. Tunc enim Christus non indigebat mundari peccato; sed contractu suo voluit vim mundandi, & regenerandi homines communicare, quando facto ipso apparuit tota Trinitas, in cuius nomine erat præscribenda forma Baptismi. Neque propterea credendum est, ab eo tempore euanuisse Circuncisionem, cùm legalia durauerint vsque ad mortem Redemptoris, ac iuxta eorum ritum ipse Christus ante passionem vetus Pascha cum Discipulis manducauerit. Igitur ab eo tempore tantùm institutus fuit Baptismus; non autem præceptus, vsque dum post Resurrectionem Discipulos misit gentes baptizare, atque docere.

7 Quinta conclusio: Causa finalis, & effectus Baptismi fuit hominis iustificatio, quæ in depositione peccati, & interiori infusione gratiæ atque virtutum consistit. Nam hæc est res, seu effectus interior, quem operatur Baptismus. Neque præterea, Baptismo

adſcribenda eſt apertio cœlorum, cùm poſt inſtitutionem Baptiſmi clauſa manſerit cœlorum ianua, donec morte Chriſti reſerata eſt. Soli igitur morti Redemptoris cœlorum aditus erat annexus.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. Quænam ſit forma Baptiſmi? Hîc S. Th. *q.* 1. *&* 2. *art.* 2. Bonau. *p.* 1. *art.* 2. Richard. *art.* 2. *q.* 3. Argent. Sot. & Gabr. *q.* 1. Tarant. & Marſil. *q.* 3. Caiet. Cabeç. Suar. Coninc, Præpoſ. Peſant. Sylu. & alij cum S. Th. *3. p. q. 66. art.* 5. *&* 6. Val. *tom.* 4. *d.* 4. *q.* 1. *p.* 3. Gran. *tom.* 5. *contr.* 4. *tr.* 1. *d.* 5. *& ſeq.* Tann. *tom.* 4. *d.* 4. *q.* 1. *dub.* 3. Mærat. *tom.* 3. *tr.* 2. *d.* 3.

Quæſt. II. Quænam ſit eius materia? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 1. Bonau. *p.* 1. *art.* 1. *q.* 1. Scot. Sot. Gabr. Ric. & Tarant. *q.* 1. Marſil. *q.* 3. Caiet. Cabeçud, Suar. Coninch, Præpoſit. Sylu. Peſant. & alij cum S. Thoma 3. *p. q.* 66. *art.* 3. *&* 4. Val. *tom.* 4. *d.* 4. *q.* 1. *p.* 2. Granadus *tom.* 5. *contr.* 4. *tr.* 1 *d.* 3. *&* 4. Tan. *tom.* 4. *d.* 4. *q.* 1. *dub.* 2. Mæratius *tom.* 3. *tr.* 2. *diſp.* 2.

Quæſt. III. Quanta eius neceſſitas? Hîc Bonau. *p.* 2. *art.* 3. *q.* 1. Richard. *art,* 6. *q.* 4. Caiet. Cabeç. Suar. Coninch, Præpoſ. Peſant. Sylu. & alij cum S. Thoma 3. *p. q.* 68. *art.* 2. Val. *tom.* 4. *d.* 4. *q.* 3. *p.* 4. Gran. *tom.* 5. *contr.* 4. *tr.* 3. *d.* 1. Tann. *tom.* 4. *d.* 4. *q.* 3. *dub.* 1. Mærat. *tom.* 3. *tr.* 2. *d.* 7. *&* 8.

Quæſt. IV. Quæ efficacia ipſius, an phyſica, an moralis? De quo relati *diſt.* 1. *q.* 4. *&* 5.

Quæſt. V. Quinam eius effectus? Vbi an habeat tollere omnem pœnam etiam temporalem? Hîc Bonauent. *in lit. dub.* 3. Alij relati *diſt. ſequenti, quæſt.* 2.

Quæſt.

Quæst. VI. Quando fuerit institutus? Hîc. S. Th. *q*.1.*art*.5.Bonau.*in litt.p*.2.*dub*.1.*art*.2.*q*.2. Scot.*q*.4. Tarant.*q.vltima*, Sot.*quæst*.1.*art*.2. Caiet. Cabeçud, Suar.Coninch, Præposit.Pesant.Sylu. & alij cum S. Thoma *q*.66.*art*.2. Val. *tom*.4.*d*.4.*q*.1.*p*.4. Granad. *tom*.5. *contr*.4.*tr*.1.*d*.2. Tann. *tom*.4.*d*.4.*q*.1.*dub*.1. Mæratius *tom*.3.*tr*.2.*d*.1.

DISTINCTIO IV.

Quòd alij suscipiunt Sacramentum, & rem; alij Sacramentum, & non rem; alij rem, & non Sacramentum.

AD intelligentiam huius distinctionis præmitte, à Theologis in Sacramento Baptismi tria considerari; primò, Sacramentum tantùm, quod significat & non significatur, vt ablutio exterior; secundò, rem Sacramenti tantùm, quæ significatur, & non significat, vt interior sanctificatio; tertiò, rem, & Sacramentum simul, quod significatur, & significat, vt character spiritualis, qui ablutione externa significatur, & significat sanctitatem internam.

2 Prima igitur conclusio est: Plures suscipiunt Sacramentum Baptismi, & rem. Nam plures ritè baptizantur ablutione externa aquæ cum præscripta forma verborum, & interiùs iustificantur, vt paruuli, & ij adulti, qui cum recta dispositiooe ad Baptismum accedunt. Hæc Augustinus *in Enchiridio, cap*. 43. addés, paruulis solùm peccatum originale deleri; maioribus

verò, *etiam omnia, quæ malè viuendo addiderunt ad illud.* Nec obest Augustinus *lib. 2. de Baptismo, cap. 27.* dicens: *Sacramenta in solis electis efficere, quod figurant.* Quoniam loquitur solùm de effectu salutis æternæ, quam soli electi consequuntur; non verò de effectu remissionis peccati, & sanctificationis internæ, quam etiam consequuntur reprobi. Plures igitur etiam reproborum rem, & Sacramentum Baptismi suscipiunt.

3 Secunda conclusio: Plures suscipiunt Sacramentum, & non rem. Nam plures accedunt fictè ad Sacramentum Baptismi, aut sine fide, aut sine pœnitentia suorum peccatorum. At hi non consequuntur rem Sacramenti, scilicet, sanctificationem internam, quamvis verum Sacramentum suscipiant, vt docent Hieron. *in c. 16. Ezechielis,* Augustinus *enarratione in Psalm. 72. & lib. de pœnitentia medicina.*

4 Obiicies primò Augustinum *tom. 7. lib. 1. de Baptismo contra Donatistas, c. 12.* dicentem, etiam fictè accedenti cum odio fraterno condonari per Baptismum peccata, quamuis post Baptismum illicò redeant. Secundò Paulum Gal. 3. *Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Quod indicat omnes baptizatos obtinere gratiam, per quam Christum induant. Ad primum respondetur: Augustinus id non è sua, sed aliorum opinione asseruit. Nam ibidem ait: *Tunc valere incipit ad salutem Baptismus, cùm illa fictio veraci confessione recesserit, quæ corde in malitia perseuerante peccatorum ablutionem non sinebat fieri.* Ergo non censet, fictè accedenti peccata dimitti. Ad secundum: Paulus non ait absolutè, quotquot baptizantur induere Christum, sed cum addito, scilicet, quotquot *in Christo* baptizantur,

baptizantur, hoc est, cum dispositione eos conformante cum Christo, qualem non habent accedentes cum fictione. Prætereà, vt docet Augustinus sup. cap. 24. *Induunt homines Christum aliquando vsque ad Sacramenti perceptionem, aliquando vsque ad vitæ sanctificationem, atque illud primum bonis, & malis potest esse commune; hoc autem est proprium bonorum & piorum.* Ergo possunt baptizati aliquando induere Christum absque sanctificatione: quia non adæquatè, sed inadæquatè sola externa professione induunt.

5 Tertia conclusio: Plerique suscipiunt rem Sacramenti, absque Sacramento Baptismi. Nam plerique interiùs sanctificantur non suscepto Baptismo. Primò quidem Martyres, qui ante susceptum Baptismum pro fide Christi sanguinem fundunt: secundò, verè pœnitentes, & contriti, quibus impossibilis est susceptio Baptismi, vt probat sanctificatio latronis in Cruce, & arguit Augustinus *lib. 4. de Baptis. contra Donatistas, cap. 22.* Vnde Theologi distinguunt triplicem Baptismum, scilicet, aquæ, sanguinis, & flaminis, seu contritionis ardentis: quippe sanguis effusus pro Christo, & contritio cordis supplent virtutem Baptismi. Nam, vt docet Augustinus, si paruulis non valentibus credere sufficit Baptismus, multò magis sufficit fides coniuncta charitati adultis volentibus, sed non valentibus baptizari.

6 Obiicitur primò illud Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest intrare in regnum cœlorum.* Ergo absque baptismo aquæ non potest obtineri regnum cœlorum. Secundò, Augustinus *lib. de fide ad Petrum, cap. 3.* asserens, absque martyrio nullum non baptizatum, quamuis bonis operibus

operibus defunctum vitam æternam accipere. Item, *de ecclesiasticis dogmat.cap.*74. baptizatis tantùm iter salutis adesse. Ad primum respondetur: Illud testimonium Ioannis intelligendum est de illis, qui potentes baptizari contemnunt Baptismum. Secundò, de illis, qui non renascuntur ex aqua, & Spiritu sancto, aut in re, aut in voto supplente præsentiam Baptismi, vt supplet illam martyrium, & pœnitentia. Ad secundum: Augustinus *in aliis locis superiùs adductis* expressit, quod obscurè tradidit in locis obiectis. Scilicet, non posse obtineri salutem absque Sacramento Baptismi, vel quando commodè suscipi potest, vel quando alio remedio non substituitur eius præsentia. Quod vlterius confirmat *tom.*4.*super Leuiticum,cap.*84.ex Cornelio, qui *Actor.*10. ante Baptismum sanctificatus proponitur.

7 Quarta conclusio: Prodest Baptismus illis, qui ante Sacramentum rem Sacramenti, seu sanctificationem suscipiunt. Tum, quia susceptione Sacramenti soluuntur à debito pœnæ temporalis, quo erant adstricti. Tum, quia illis augentur dona supernaturalia gratiæ, & virtutum. Tum, quia presentiora sunt auxilia actualia gratiæ, quibus benè operentur, & impetum concupiscentiæ superent. Cæterùm, non soluuntur à pœnalitatibus, quas peccato originali contraxerunt: primò, ne arbitrentur, eum esse præcipuum effectum Baptismi, sed interiorem animi sanctificationem: secundò, vt certandi, & vincendi cum augmento gratiæ, & gloriæ præbeatur materia. Vnde in illis Baptismus re ipsa susceptus potest esse signum, tum sanctificationis præteritæ, tum remissionis temporalis, & interioris renouationis præsentis: sicut in eis,

qui

qui fictè Baptismum suscipiunt interdum est signum sanctificationis longè post fictionem futuræ, interdum nunquam re ipsa futuræ; sed quæ foret, si fictio non obesset.

8 Rogabis, an etiam paruulis prosit Baptismus ad benè moraliter operandum, siquidem destituti vsu rationis non valent benè moraliter operari? Respondetur, prodesse illis in munere, quamuis non in vsu. Scilicet, quia virtute Baptismi donantur illis habitus supernaturales, & disponuntur auxilia actualia gratiæ quibus peruenientes ad vsum rationis possint operibus virtutum incumbere, & merita cumulare.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An, & quæ dispositio sit necessaria ad effectum Baptismi? Hîc S. Thomas *q.* 1. *art.* 1. Bonau. *art.* 1. *q.* 1. Tarant. & Gabr. *q.* 1. Richard. *art.* 3. Caiet. Cabeçud, Suarez, Coninch, Præpos. Pesant. Sylui. & alij cum S. Thom. 3. *p. q.* 69. *art.* 1. Valentia *tom.* 4. *disp.* 8. *q.* 4. *p.* 2. Granad. *tom.* 5. *contr.* 4. *tr.* 5. *disp.* 2. Tanner. *tom.* 4. *disp.* 4. *q.* 1. *dub.* 2. Mærat. *tom.* 3. *tr.* 2. *disp.* 11.

Quæst. II. An eius effectus sit ablatio omnis pœnæ, etiam temporalis? Hîc S. Thomas *quæst.* 1. *art.* 1. Bonauent. *p.* 1. *art.* 1. *q.* 2. Gabriel, & Paludanus *q.* 1. Richardus *art.* 3. *q.* 2. Tarant. *quæst.* 12. Caietanus, Cabeçud, Suarez, Coninch. Præpos. Pesantius, Sylui. & alij cum S. Thom. 3. *p. q.* 69. *art.* 2. Valent. *tom.* 4. *disp.* 4. *q.* 4. *p.* 1. Granad. *tom.* 5. *controuers.* 4. *tr.* 5. *disp.* 1. *sect.* 3. Tannerus *tom.* 4. *disp.* 4. *q.* 3. *dubio* 2. Mærat. *tom.* 3. *tr.* 2. *disp.* 10.

Quæst. III. An inæqualis dispositio inæqualem sortiatur

ſortiatur ſanctificationem baptizati? Hîc S. Thomas *quæſt*. 2. *art*. 3. Bonauentura *p*. 1. *art*. 1. *quæſt*. 3. Scotus *quæſt*. 7. Richard. *art*. 3. *quæſt*. 3. Mayron. *q*. 2. Argent. *q*. 1. *art*. 4. Gabr. *quæſt*. 1. Tarant. *quæſt*. 13. Sotus *diſt*. 6. *q*. 1. *art*. 6. Caietan. Cabeçud, Suarez, Coninch, Præp. Sylui. & alij cum S. Thoma 3. *p*. *q*. 69. *art*. 8. Valent. *tom*. 4. *d*. 4. *q*. 4. Tann. *tom*. 4. *diſp*. 4. *q*. 3. *dub*. 2. Mærat. *tom*. 3. *tr*. 1. *diſp*. 3. *ſect*. 6.

Quæſt. IV. An recedente fictione, ſeu indiſpoſitione peccati operetur Baptiſmus præteritus gratiam? Hîc S. Thomas *q*. 3. *art*. 2. Bonauentura *art*. 2. *quæſt*. 3. Scot. *quæſt*. 5. Richard. *quæſt*. 2. Durandus, & Tarant. *q*. 4. Maior *q*. 3. Caietan. Cabeçud, Suarez, Coninch, Præpoſ. Sylui. & alij cum S. Thoma 3. *p*. *q*. 69. *art*. 10. Valent. *tom*. 4. *diſp*. 4. *quæſt*. 4. *part*. 2. Granadus *tom*. 5. *controuerſ*. 4. *tr*. 5. *diſp*. 3. Tann. *tom*. 4. *diſp*. 4. *q*. 3. *dub*. 2. Mærat. *tom*. 3. *tr*. 2. *diſp*. 12.

Quæſt. V. An Baptiſmus ſit neceſſarius ad ſalutem? Hîc Bonauentura *part*. 2. *in littera, dubio* 4. & *art*. 1. *quæ*. 1. Brulef. & Tarant. *quæſt*. 8. Alij relati *diſt*. *præced*. *q*. 3.

Quæſt. VI. An paruuli recipiant cum gratia virtutes infuſas? Hîc S. Thomas *quæſt*. 2. *art*. 2. Bonau. *p*. 2. *art*. 2. *q*. 2. Brulef. *q*. 13. Tarant. *quæſt*. 2. Richard. & Gabr. *quæſt*. 1. Caietanus, Cabeçud, Suarez, Coninch, Præpoſ. Peſant. Sylui. & alij cum S. Thoma 3. *p*. *quæſt*. 69. *art*. 6. Alij relati *lib*. 2. *diſt*. 27. *quæſt*. 1. & *lib*. 3. *diſt*. 28. *q*. 1.

DIS

DISTINCTIO V.

Quòd Baptiſmus aquè ſanctus eſt à bono, & à malo datus bono, vel malo.

PRacedenti diſtinctione aſſertum eſt, Sacramentum Baptiſmi conferri validum, tam bonis, quàm malis. Nunc aſſeritur illud etiam validum conferri, non ſolùm quoad eſſentiam, ſed etiam quoad effectum ſanctificandi, ſiue à bono, ſiue à malo conferatur. Primò, quia ita diſertè decernunt Eccleſiæ Patres. *Aug. tr.5.& 6.in Ioan.de Baptiſm.contra Rutil.cap.11.lib.3. contra Creſcent.cap.7.de fide ad Petrum, cap.4.* & Iſidorus *titulo de Sacram. Baptiſm.* Quorum teſtimonia in textu aperta ſunt.

2 Ex Quibus ſecundò ratione probatur aſſertum. A priori: quia miniſter Baptiſmi operatur auctoritate, & poteſtate Dei, vt docemur *Ioann.* 1. At hæc poteſtas non aufertur miniſtro malo, cum ea non in miniſtrantis, ſed ſuſcipientis vtilitatem concedatur. A poſteriori: tum, quia Iudas legitur baptizaſſe: tum, quia ſanctior miniſter non confert maiorem ſanctitatem Baptiſmo, aut baptizato. Ergo nec malus illam aufert. Explicatur exemplis: quia nihil refert ad efficaciam ſementis, aut plantationis, an lotis manibus, an ſordidis fiat: item, parum refert, vtrùm aqua ad areolas irrigandas per canales aureos, aut lapideos tranſeat. Ergo, nec ad effectum gratiæ cœleſtis iuuat, quòd Baptiſmus à bono, vel malo miniſtro diſpenſetur. Quæ omnia ſumpta ſunt ab Auguſtino *ſuprà*.

3 Sed difficultatem ingerit, quod *tract. 5. in Ioan.* tradit,

tradit ſcilicet, potuiſſe Dominum, non ſolùm miniſterium, ſed etiam poteſtatem ſanctificandi, & remittendi peccata creaturis communicare, ita vt vice, & poteſtate ſua, & non ſolius Dei, ſanctificationem, & remiſſionem conferrent: cæterùm, de facto eam poteſtatem non communicaſſe, ſed miniſterium tantùm ne homines hominibus, ſed ſoli Deo eum effectum deferrent. Nam hæc poteſtas eſt propria Dei, & à Diuinitate indiuiſa. Ergo non potuit creaturæ concedi, ſicut illi non poteſt concedi poteſtas quidpiam creandi. At reſpondet Magiſter: Poteſtas ſanctificandi, & dimittendi peccata, necnon etiam creandi, potuit cræaturæ communicari, quin eadem, quæ Dei eſt, illi communicaretur. Nam Dei poteſtas eſt principalis, & cræaturæ potuit concedi inſtrumentalis. Primò, quia creatura nunc quoad miniſterium externum mundandi corpus eſt tantùm miniſter, & ſolus Deus principalis auctor. Ergo ſimiliter potuit eſſe quoad miniſterium internum ſanctificandi. Secundò, quia licet Deus efficiat, tanquam cauſa principalis, actus ſupernaturales charitatis, & fidei præditus homo eſt poteſtate inſtrumentali, qua eos ſimul cum Deo operatur. Ergo ſimiliter poterat eſſe poteſtate ſanctificandi.

Annotatio.

IN hac diſtinctione improbant, & notant Pariſienſes, quod Magiſter proximæ difficultati reſpondit, ſcilicet, potuiſſe Deum creaturæ conferre poteſtatem inſtrumentalem, tum ſanctificandi interiùs, tum etiam creandi. Verùm hæc doctrina adeò abſurda non eſt,

vt

vt ab scholis relegetur. Nam maior pars Theologorum tuetur, re ipsa communicatam creaturæ virtutem instrumentalem efficiendi physicè gratiam remissiuam peccati. Quam potestatem interpretari possumus esse eam, quam Magister suprà concessit solùm possibilem. Item, plures sunt, qui virtutem instrumentalem creandi etiam creaturæ tribuant. Quid; quòd plerique volunt, etiam principalem posse, absque vllo absurdo, admitti? Necnon potestatem effectricem gratiæ sanctificantis non solùm obedientialem; sed etiam substantiæ, & qualitati creatæ connaturalem; Quod non expendimus *disp. 27. de ente supernaturali, sect. 13. & 14.* In cuius confirmationem non leuis momenti est doctrina Augustini, & Magistri præcedens.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Quinam sit minister Baptismi? An solus Clericus, an etiam laïcus, & hæreticus? An solus vir; an etiam fœmina? Hîc S. Th. *q. 2. art. 1.* Bonau. *art 1. q. 1.* Scot. Argentina, Brulef. & alij *q. 1.* Richard. *art. 3.* Caiet. Cabeçud, Suarez, Coninch, Pesantius, Sylui. & alij cum S. Th. *3. p. q. 67. art. 1. & sequent.* Val. *tomo 4. disp. 4. q. 2. p. 1.* Gran. *tomo 5. contr. 4. tr. 2. disp. 1. & seq.* Tanner. *tom. 4. disp. 4. q. 2. dub. 1.* Mærat. *tomo 3. tr. 2. disp. 5.*

Quæst. II. An peccator licitè, & validè; etiam quoad effectum, ministret Baptismum? Hîc S. Thom. *quæst. 2. art. 2.* Bonauent. *art. 2. quæst. 1.* Tarant. *q. 13.* Brulef. *quæst. 3.* Caietan. Pesant. Sylui. Cabeçud, Suar. Coninch, Præp. & alij cum S. Th. *3. p. q. 64. art. 5. & 6.*

& 6. Valent. *tom.* 4. *disp.* 4. *q.* 3. *p.* 3. Tann. *tom.* 4. *disp.* 4. *q.* 2. *dub.* 1. Mærat. *tom.* 3. *tr.* 2. *disp.* 5.

Quæst. III. An possit esse creatura, quæ sit causa suapte natura collatiua gratiæ? Hic S. Th. *q.* 1. *art.* 2. & 3. Bonau. *art.* 3. *q.* 1. Richard. *q.* 2. Tarant. & Gab. *q.* 1. Brulef. *q.* 5. Caiet. Suar. Cabeçud, Coninch, Præposit. Pesant. Sylui. & alij cum S. Thom. 3. *p.* *q.* 64. *art.* 4. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 14. *q.* 6.

Quæ. IV. An collationi gratiæ sit annexa ex natura rei remissio peccati? An nouus fauor supra virtutem gratiæ fuerit Sacramento virtus dimittendi peccata? Hic Bonau. *art.* 2. *q.* 2. Richard. & Argent. *q.* 1. Alij relati *lib.* 3. *dist.* 19. *q.* 10.

DISTINCTIO VI.

Quibus liceat baptizare?

PRima conclusio: Non baptizant licitè omnes, qui baptizant validè. Nam validè possunt baptizare Presbyter, Diaconus, & laicus, tam vir, quàm fœmina. Tamen, præsente Presbytero, non est licitum baptizare Diacono, neque alterutro eorum præsente licet Baptizare laico; neque fœminæ, quamuis sanctæ, viro præsente. Cæterùm, superioris dignitatis absentibus, & necessitate vrgente, cuique datum est ministrare Baptismum Sic Isidorus *lib.* 2. *de officiis*, *c.* 24. Concil. Carthag. 4. *cap.* 100. & *de consec. dist.* 4. *cap.* *Mulier.*

2 Secunda conclusio: Ab Hæreticis baptizatos non licet Catholicis rebaptizare. Nam, si ab Hæreticis

seruatur

seruatur forma Baptismi præscripta à Christo, verùs Baptismus conficitur: Baptismus autem verus iterari non potest. Sic Beda *homilia 36. in Matthæum.* Augustinus *ad Max. epist.* 203. Neque obest, Cyprianum oppositum tenuisse. Quia hac in re errauit Cyprianus; & si quid ea opinione peccauit, martyrio purgauit, vt Augustinus ait.

3 Vt autem intelligatur, quid rebaptizatio sit, obseruanda sunt nonnulla. Primò, puer, qui continebatur in vtero, cùm mater baptizata fuit, non censetur rebaptizari, quando postea extra vterum baptizatur. Nam in vtero baptizari non potuit: Baptismo enim renascitur Deo. Renasci autem Deo non potuit, qui nondum erat mundo natus. Sic Isidor. *lib. 1. de summo bono, c* 24. & Augustinus *epist.* 57. *ad Dard.* Neque obest. Baptistam, & Ieremiam sanctificatos, & Deo natos in vtero materno. Quia id factum est potestate miraculosa Dei, qui ad hominis sanctificationem non est Sacramentis alligatus, & anteuertens rationis vsum potuit eis conferre dispositionem, qua sanctificantur mundo nati, & adulti. Quia Augustinus *suprà* ambigit, an eorum sanctificatio præcesserit in vtero sola prædestinatione Dei, an executione reali? Rectius tamen est, præcedentem executionem admittere, sed præter communem legem. Secundò, qui baptizatur à proferente verba Baptismi corrupta, & incongrua, vt, *Ego te baptizo in nomine Patrias, Filias,* &c. non est iterum baptizandus. Sic enim decernit Zacharias Papa *de consec. dist.* 4. *cap. Retulerunt.* nam incongruitas locutionis Romanæ non est error, aut defectus formæ. Tertiò, ille, de quo nulla extant argumenta inter cognatos, domesticos,

& vicinos, quòd à quoquam baptizatus est; rectè baptizari potest. Nam, vt habetur *de consecr. dist.* 4. *c. Si nullo.* quod non ostenditur gestum, non videtur iteratum, & agendum est, vt homo tunc renascatur, ne pereat. Quartò, qui per iocum aquis immergitur, inuocata Trinitate, potest deinde baptizari: nam, quod ioco agitur, non censetur seria intentione baptizandi gestum.

4 Tertia conclusio: Quædam concurrunt ad solennitatem Baptismi, quæ ad eius valorem necessaria non sunt. Primò, olim celebrabatur Baptismus in Sabbatho Paschæ, vel Pentecostes. Quod nunc non seruatur. Secundò, adsunt patrini, qui pro infante respõdeant, fideíque, ac religionis Christianæ professionem spondeant; quibus propterea incumbit, vt baptizati sponsioni satisfaciant. Tertiò, pro Neophytis, hoc est, Nouitiis fidei præcedit Baptismum Catechismus, hoc est, instructio rudimentorum, & Sacramentorum fidei. Quartò, exorcismus, hoc est, adiuratio Dæmonis, in cuius signum baptizandus exsufflatur, vt ab eo potestas Dæmonis ablegetur. Quæ omnia, licèt sanctè, ac piè ab Ecclesia præscribantur; tamen sine illis verum Baptisma conficietur.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Quinam sint licitè, & validè ministrantes Baptismum? Hîc S. Bonau. *in litteris, dubio* 2. Gab. *q.* 1. Alij relati *dist. praeced. q.* 1.

Quæst. II. An possit iterari Baptismus? Hîc S. Th. *q.* 2. *art.* 1. Scotus *q.* 7. Richardus *art.* 4. *q.* 1. Baccon. *quæst.* 2. Tarant. *quæst.* 11. Bonauent. *part.* 1. *quæst.* 6.

Caietanus,

Caietanus, Cabeçud, Suarez, Coninch, Præposit. Pesant. Sylui. & alij cum S. Thom. 3. *p. q.* 66. *art.* 9. Val. *tom.* 4. *disp.* 4. *q.* 1. *p.* 4 Gran. *tom.* 5. *contron.* 4. *tr.* 1. *disp* 3. Tann. *tom.* 4. *disput.* 4. *quæst.* 2. *dub.* 4. Mærat. *tom.* 3. *tr.* 2. *disp.* 4.

Quæst. III. Quid, & qualis sit character Baptismi? Hîc Bon *p.* 1. *art.* 1. *q.* 1. *& sequ.* Scot. *q.* 10. *&* 11. Argent. *q.* 1 Gab. *q.* 2 Caiet. Cabeçud, Pesant. Sylui. Suar. Coninch, Præpos. & alij cum S. Th. 3. *p. q.* 63. *art.* 2. *&* 3. Val. *tom.* 4. *disp.* 3. *quæst.* 4. *p.* 1. *&* 3. Tann. *tom.* 4. *disp.* 3. *q.* 3. *dub.* 7. Mærat. *tom.* 3. *tr.* 1. *disp.* 6.

Quæst. IV. An in vtero possit quis baptizari? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 1. Bon. *p.* 2. *art.* 1. *q.* 1. Richard. *art.* 2. *q.* 1. Argent. & Dur. *q.* 1. Tarant. *q.* 5. *&* 6. Caiet. Cabeçud. Suar. Coninch, Pesant. Sylu. & alij cum S. Th. 3. *p. q.* 68. *art.* 11. Val. *tom.* 4 *disp.* 4. *q.* 3. *p.* 1. Gran. *tom.* 5. *controu.* 4. *tr.* 4. *disp.* 3. Tann. *tom.* 4. *disp.* 4. *q.* 2. *dub.* 1.

Quæst. V. An intentio Sacramenti sit necessaria ad valorem Baptismi? Hîc S. Th. *q.* 1. *ar.* 2. Bonau. *p.* 2. *art.* 2 *q.* 1. Scot. *q.* 5. 5. Richard. & Durand. *q.* 2. Tar. *q.* 4. Caiet. Cabeçud, Suar. Coninch. Præpos. Pesant. Sylui. & alij cum S. Th. 3. *p. q.* 64. *art.* 8. Val. *tom.* 4. *disp.* 3. *q.* 5. *p.* 3. Tann. *tom.* 4. *disp.* 3. *q.* 1. *dubio* 3. Mærat. *tom* 3. *tr.* 1. *disp.* 9.

Quæst. VI. An praua intentio ministri impediat valorem Sacramenti? Vbi, an actio supernaturalis possit infici malitia extrinseca intentionis? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 2. Scot. *q.* 6. Bonau. *p.* 2. *art.* 2. *q.* 2. Richar *q.* 3. Tar. *q.* 4. Caiet. Cabeçud, Suar, Coninch. Præpos. Pesant. Sylu. & alij cum S. Th. 3. *p. q.* 64. *art.* 8. Nos *de supern. disp.* 50. Alij relati *lib.* 2. *dist.* 27. *q.* 18.

DISTINCTIO VII.

De Confirmatione.

SEcundum post Baptismum Sacramentum est Confirmatio, de quo sequentia constantia sunt. Primò, eius forma sunt verba illa: *Consigno te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis.* quæ Episcopus profert baptizatos confirmans, & manus super eos imponens. Secundò, eius materia est chrisma, vt forma verborum indicat, & constitutio Eusebij Papæ *in epist. Dilectissimis, & de consec. d. 4. c. Presb.* qua Presbyteris prohibetur, chrismate baptizatos signare. Tertiò, eius minister est solus Episcopus: tum, quia sic decernitur ab Euseb. Papa *suprà*: tum, quia tempore Apostolorum non legitur ab aliis, quàm ab ipsis Apostolis ministratum, quorum successores sunt Episcopi. Quartò, effectus huius Sacramenti est donatio Spiritus sancti per gratiam roborantem baptizatos ad confessionem, & defensionem fidei, quam in Baptismo professi sunt, vt docet Rabanus *lib. 1. de institut. Cler. c. 3.* Quintò, eius veneratio, & dignitas maior asseritur, quàm Baptismi à Melchiade Papa *in epist. ad Episcop. Hisp.* scilicet, quia à dignioribus ministris conficitur, & in parte corporis digniori, nempe fronte, & ad maius augmentum gratiæ deputatur. Sextò, à ieiunis tantùm suscipitur, & traditur, nisi aliud necessitas postulet. Septimò denique, non iteratur, sicut nec Baptismus, nec Ordo; iniuria enim Sacramento fit, quando non iterandum iteratur, vt de Baptismo, & Ordine docet Augustinus

gustinus *contra epistol. Parm. lib. 2. c. 13.* & habetur 1. *q. 1. cap. Quod quidam.*

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Confirmationis forma? Hîc S. Thomas *q. 1. art. 1.* Bonau. *art. 1. q. 1.* Richard. *q. 2.* Mayron. *q. 3.* Tarant. *q. 6.* Caietan. Cabeçud, Suarez Coninch, Præp. Pesant. Sylui. & alij cum S. Th. *3. p. q. 72. art. 4.* Val. *tom. 4. disp. 5. q. 1. p. 3.* Gran. *tom. 5. controu. 5. tr. 1. disp. 3.* Tann. *tom. 4. disp. 4. q. 4. dub. 1.* Mærat. *tom. 3. tr. 3. disp. 3.*

Quæst. II. Eius materia? Hîc S. Thomas *q. 1. art. 2.* Richard. *q. 1.* Bonau. *art. 1. q. 2.* Tarant. *q. 3. & 4.* Mayron. *q. 2.* Caiet. Cabeçud, Suar. Præpos. Coninch, Pesant. Sylui. & alij cum S. Thoma *3. p. q. 72. art. 3.* Val. *tom. 4. disp. 5. q. 1. p. 2.* Gran. *tom. 5. controu. 5. tr. 1. disp. 2.* Tann. *tom. 4. disp. 4. q. 4. dub. 1.* Mærat. *tom. 3. tr. 3. disp. 2.*

Quæst. III. Eius effectus? Hîc S. Th. *q. 2. art. 2.* Bonauentura *art. 2. q. 1. & 2.* Richard. *art. 4. & 5.* Argent. *q. 1.* Tarant. *q. 11. & 15.* Caietan. Cabeçud, Suar. Coninch, Præpos. Pesant. Sylui. & alij cum S. Thoma *3. p. q. 72. art. 7.* Valent. *tom. 4. disp. 5. q. 1. p. 4.* Gran. *tom. 5. controuersia 5. tr. 3.* Tanner. *tom. 4. disp. 4. q. 4. dub. 3.* Mærat. *tom. 3. tr. 3. disp. 5.*

Quæst. IV. Efficacia causandi gratiam? De quo relati *dist. 1. q. 4. & 5.*

Quæst. V. Minister Confirmationis? Hîc S. Th. *quæst. 1. art. 1.* Bonau. *art. 1. quæst. 3.* Mayron. *quæst. 1.* Richard. *art. 2. quæst. 1.* Argentin. *q. 1. art. 3.* Tarant. *quæst. 16.* Gabr. *q. 1. art. 2.* Marsil. *q. 5. art. 3.* Caietanus Cabeçud. Suarez, Coninch, Præposit. Pesant. Sylui. & alij cum S. Thoma *3. p. q. 72. art. 11.* Valent. *tom. 4.*

 disp.

disp.5.quæst.2.part.1. Gran.*tom.5.controu.5.tract.1, disp.1.* Tanner. *tom.4.disp.4.quæst.4.dub.3.* Mærat. *tom.3.tract.3.disp.8.*

DISTINCTIO VIII.

De Sacramento Altaris, & Eucharistia.

TErtium post Baptismum,& Confirmationem Sacramentum est Eucharistia,de quo assero primò: Altius est Baptismo, & reliquis Sacramentis. Primo, quia altiorem præstat effectum:nam Baptismus solùm præstat remissionem peccati, & munditiem animæ: Eucharistia verò refectionem,&consummationem in bono. Vnde excellentiorem præbet gratiam, ideóque *Eucharistia*,hoc est,*bona gratia*, per antonomasiam dicitur;quippe in ea sumitur fons, & origo totius gratiæ. Secundò,quia pluribus,& altioribus figuris in lege veteri fuit præsignata. Nam eius figura fuit magna deserti; quam tamen longè præcellit. Nam,qui cibum illum manducauerunt,mortui sunt; iste verò panis de cœlo descendens vitã manducantibus tribuit: ille scaturiebat vermibus in diem alterum reseruatus; hic ab omni corruptione alienus à corruptione præseruat: ille viaticum præbuit ad terram promissionis;hic verò ad patriam cœlestem: ille panis hominum; iste panis Angelorũ dicitur.Item, hoc Sacramentum præfigurauit sanguis profluens ex latere Christi, cui tota nostra redemptio tribuitur. Rursus sacrificium oblatum à Melchisedech, vt docente Ambrosio, primum tempore Sacramentum significaret dignitate primum.

2 Assero

2 Assero secundò: Hoc Sacramentum institutum fuit nocte Passionis, in cœna Domini. Primò, quia tunc post esum agni typici Corpus, & Sanguinem suum Christus discipulis porrexit. Secundò, quia id constanter credunt Ecclesiæ Patres, docétque Eusebius in contextu, qui plures tradunt eius tunc institutionis causas. Prima est, vt Christus migraturus in cœlum hoc Sacramentum sui memoriale discipulis relinqueret, arctiúsque in eis sui amorem infigeret. Secunda, vt ostenderet, vetera Sacramenta morte sua terminari, ac legis nouæ Sacramenta substitui, cùm post esum agni typici, qui erat huius Sacramenti figura, & præcipuum inter vetera Sacramentum, iam figuratum, & verum Sacramentum ministraret. Nec propterea licitum est, hoc Sacramentum ab aliis, quàm à ieiunis sumi, vt vniuersæ Ecclesiæ consuetum est. Quia, cùm Christus propter causas superiores voluisset hoc Sacramentum nocte cœnæ Paschalis instituere, expediebat; illud non ieiunis ministrare, Cæterùm nunc ab Ecclesia solis ieiunis meritò dispensatur, vt debita tanto Sacramento reuerentia seruetur. Sic Augustinus *epistola* 118. *ad Ianuarium.*

3 Assero tertiò: Forma consecrationis panis in hoc Sacramento sunt illa verba Christi, Matth. 26. *Hoc est Corpus meum.* Consecrationis verò vini: *Hic est Sanguis meus.* Quibus panis in substantiam Corporis, & vinum in substantiam Sanguinis Christi cõuertitur. Primò, quia eis verbis facta est prima institutio Sacramenti. Secundò, quia eis vtitur Ecclesia in Sacrificio Missæ, in quo illa reperitur. Cùm autem ea verba: ad sui veritatem exigant conuersionem panis in substantiam Corporis Christi, & vini in Sanguinem,

credendum est, virtute eorum verborum conuersionem istam fieri. Sic expendunt Ambrosius, & Augustinus in contextu. Vnde alia, quæ Sacrificium Missæ comitantur, non ad valorem; sed ad solemnitatem Sacramenti, & laudem institutionis spectant.

4 Assero quartò: In Eucharistia, Sacramentum tantùm sunt species panis, & vini; res tantùm vnio mystica fidelium cum Christo per gratiam; res, & Sacramentum simul Corpus, & Sanguis Christi, quæ sub speciebus continentur. Nam Sacramentum tantùm est, quod significat, & non significatur; res tantùm, quod significatur, & non significat; res, & Sacramentum simul, quod significatur, & significat. At species sacramentales non significantur, & significant, tum carnem, & sanguinem Christi, quibus alimur; tum vnitatem fidelium cum Christo: nam, sicut ex multis granis conficitur vnus panis, & ex plurimis racemis vinum; sic ex multis fidelibus vnitas Ecclesiæ constat, iuxta illud 1. Corinth. 10. *Vnus panis, & vnum corpus, multi sumus*, vt in rem præsentem exponit Augustinus *serm.* 28. *ad Fratres in Eremo, & serm. ad infantes de Sacramento Altaris*. Vnde vnitas Ecclesiæ significatur, & non significat. Corpus verò, & Sanguis Christi significatur speciebus, & significat vnionem fidelium cum Christo, vt docet Augustinus *apud Glossam*, 1. *Corinth.* 10. Ergo species sunt Sacramentum tantùm; vnitas Ecclesiæ, res tantùm; Corpus & Sanguis Christi, res, & Sacramentum simul.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Quænam sit forma Sacramenti Eucharistiæ?

ristiæ? Hic S.Thomas *q.2.art.3*.Bonauent.*p.2.art.1.* *q.1.* Durand.& Scotus *quæst.2.* Richard. *art.3.q.1.* Baccon.& Gabr.*q.3*.Argent.*q.1.art.2.* Tarant.*quæst.* 12. Caiet. Cabeçud, Suarez,Coninch,Præposit. Pesant.Sylui.& alij cum S.Thoma *3.p.q.78.art.3.* Valent. *tom.4.disp.6.q.6.p.1*.Granad.*tom.5.contr.6.d.3.* *& tr.8.disp.2.& seq.*Tanner. *tom.4.disp.5.q.3.dub.1.* Mærat. *tom.3.tr.4.d.31.*

Quæst. II. Quænam sint partes essentiales illius? An verba,Corpus Christi, & species sacramentales? Hic Bonauent. *p.2. art.2. quæst.1.* Brulef. *quæst.10.* Gabr. *quæst.1.* Caietan. Cabeçud, Suarez, Coninch, Præposit.Sylui.Pesant.& alij cum S.Thoma *3.p.q.7.* Valentia *tom.4.d.6.quæst.1.p.3.* Gran.*tom.5.controu.* *6.tract.1.d.2*.Tan.*tom.4.d.5.q.3.dub.3.* Mærat. *tom.* *3.tr.4.d.1.sect.4.*

Quæst. III. An verba sint causa physica corporis Christi? Hic S. Thomas *q.2.art.2.* Bonauent.*art.1.* *quæst.3.* Richard. *art.3.quæst.1*.Tarant.*q.7.* Caietan. Cabeçud,Suarez,Coninch,Præposit.Pesant. Sylui.& alij cum S.Thoma *3.p.q.78.art.4*.Valent.*tom.4.disp.* *6.q.6.p.3*.Granadus *tom.5.controu.6.tr.8.disp.1.* Tanner. *tom.4.disp.5.q.3.dub.2.*

Quæst. IV. An, & quomodo Eucharistiæ Sacramentum sit vnum? Hic S.Thomas *quæst.1.art.1*.Bonauent.*art.2.quæst.2*.Argent.*q.1.art.2.* Richard.*q.2.* Gabr. *quæst.1.* Caietan.Cabeçud, Suarez, Coninch, Præpos.Pesant.Sylui. & alij cum S.Thoma *3.p.q.72.* *art.1*.Valent. *tom.4.d.6.q.1.p.4.* Granadus *tom.5.controu.6.tr.1.d.4.* Tannerus *tom.4.d.5.q.1.dub.2.* Mærat.*tom.3.tr.4.disp.2.*

DIS

DISTINCTIO IX.

De duobus modis manducandi.

PRima conclusio; Primus modus manducandi cibum eucharisticum est spiritualis, quo illum edunt tantùm boni. Nam manducare spiritualiter est non solùm suscipere Corpus, & Sanguinem Christi; sed etiam effectum, & rem ipsius, scilicet, vnionem cum Christo per gratiam. At tantùm boni effectum, & rem Sacramenti suscipiunt. Ideò Augustinus *homil. 26. super Ioann.* ait. *Quid est, Christum manducare? Non est hoc, solùm Corpus eius accipere; multi enim indignè accipiunt; sed in ipso manere, & ipsum in se manentem habere. Spiritualiter enim manducat, qui in vnitate Christi, & Ecclesiæ, quam Sacramentum significat, manet.* Eadem docet *tract. 25. & 26. super Ioann. & serm. 11. de Verbis Domini*, distinguens manducationem spiritualem à sacramentali, cuius expressa sunt testimonia textus.

2 Secunda conclusio contra nonnullos Hæreticos. Secundus modus manducandi est sacramentalis, quo edunt hunc cibum etiam mali. Nam sacramentaliter manducare, est sumere verum Sacramentum Eucharistiæ cum Corpore & Sãguine Domini. At etiam mali suscipiunt verum Sacramentum Eucharistiæ cum Corpore, & Sanguine Domini. Id suponit Apostolus 1. Corinth. 11. *Qui manducat. & bibit Calicem Domini indignè, iudicium sibi manducat & bibit.* Confirmant Ecclesiæ Patres. Nam Gregorius *lib. 2. Expositionis*

sitionis 1. *Reg.* ait: *Est quidem in peccatoribus, & indignè sumentibus veri Christi Caro, & verus Sanguis, sed essentiâ, non salubri efficientiâ.* Item Augustinus lib. 5. de Baptism. contra Donatistas, c. 8. *Corpus, & Sanguis Domini nihilominùs erat illis, quibus ait Apostolus: Qui manducat indignè,* &c. Eadem habet *tr.* 6. *&* 26. *super Ioannem.* Quare Ecclesiæ Patres exigunt ad sacramentalem sumptionem Eucharistiæ munditiem animi, & præparationem. Si autem non sumeretur verum Christi Corpus, & Sanguis, non exigeretur tanta mundities, & præparatio animi.

3 Obiicitur Augustinus *hom.* 26. *super Ioan.* dicens: *Bonus accipit Sacramentum, & rem Sacramenti; malus verò Sacramentum, & non rem.* At res Sacramenti est Corpus Christi. Item, dicens: *Non manducans manducat, & manducans non manducat.* Vbi videtur exprimi, à malis non manducati Corpus Domini, sed tantùm species panis. Tertiò, oratio illa Ecclesiæ: *Perficiant in nobis, Domine, tua Sacramenta, quod continent; vt quod nunc specie gerimus, rerum veritate capiamus.* Ergo nunc veritate non capimus ea, quæ specie gerimus. Ad primum respondetur: Sacramentum intelligit Augustinus Corpus Christi de Virgine natũ, quod etiam à malo suscipitur; rem verò, mysticam vnionem cum Christo per gratiam, quam suscipit solus bonus. Ad secundũ: Non manducans sacramentaliter, aliquando manducat spiritualiter: quia participat gratiam, & vnionem cum Christo, quam manducatio sacramentalis operatur. Item, qui manducat sacramentaliter, aliquando non manducat spiritualiter; quia indignè ad Sacramentum accedit. Ad tertium: Rerum veritate Sacramenta capere, est efficaciam,

seu

ſeu efficientiam Sacramenti ſuſcipere, non ſolùm in via, quoad gratiam; ſed etiam in patria, quoad manifeſtam viſionem eorum, quæ nunc ſub ſpecie, & velamine accidentium ſuſcipimus. Quod nunc orat Eccleſia, quia plures fidelium ea veritate non capiunt Sacramenta.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An Euchariſtia aliquandò poſſit conferre peccatori gratiam iuſtificantem? Hîc S. Thomas *quæſt.* 2. *art.* 3. Bonauent. *art.* 2. *quæſt.* 3. Scot. *quæſt.* 1. Richard. *art.* 2. *q.* 1. Durand. *quæſt.* 4. Tarant. *quæſt.* 8. Caietan. Cabeçud, Vazq. Suarez, Coninch, Præpoſit. Peſant. Sylui. & alij cum S. Thoma 3. *p. q.* 79. *artic.* 3. Valent. *tom.* 4. *d.* 6. *q.* 7. *p.* 1. & *q.* 8. *p.* 3. Gran. *tom.* 5. *contr.* 6. *tr.* 9. *d.* 3. Tanner. *tom.* 4. *d.* 5. *q.* 7. *dub.* 1. & 2. Mærat. *tom.* 3. *tr.* 4. *d.* 33. *ſect.* 3.

Quæſt. II. An, & quomodo iure præmitti debeat Confeſſio ſacramentalis ad ſumptionem Euchariſtiæ? De quo Valentia *tom.* 4. *d.* 6. *q.* 8. *p.* 3. Sot. *diſt.* 12. *q.* 1. *art.* 4. Victor. *q.* 78. *de Sacram.* Gran. *tom.* 5. *controu.* 6. *tr.* 10. *d.* 7. Tanner. *tom.* 4. *d.* 5. *q.* 8. *dub.* 2.

Quæſt. III. An, & quæ diſpoſitio actualis requiratur ad effectum Euchariſtiæ? Hîc Bonauent. *in litt. dub.* 5. Gabr. *q.* 1. Val. *tom.* 4. *d.* 6. *q.* 7. *p.* 3. & *q.* 8. *p.* 3. Gran. *tom.* 5. *contr.* 6. *tr.* 9. *d.* 4. & 5. Tan. *tom.* 4. *d.* 5. *q.* 8. *dub.* 3. Mærat. *tom.* 3. *tr.* 4. *d.* 33. *ſect.* 5. Corduba *lib.* 1. *q.* 8. Ledeſm. 2. *p.* 4. *q.* 20. *art.* 1. Sot. *diſt.* 11. *q.* 2. *art.* 8.

Quæſt. IV. An, & quæ ſit ſpiritualis communio Euchariſtiæ? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 1. Bonau. *art.* 2. *q.* 1. Tarant. Gab. & Bruleſ. *q.* 1. Caietan. Peſant. Cabeçud.

Suar.

Suar. Vazq. Coninch. Præpos. Sylu. & alij cum S. Th. 3. p. q. 80. art. 1. Valent. tom. 4. d. 6. q. 8. p. 1. Tanner. tom. 4. d. 5. q. 8. dub. 1.

DISTINCTIO X.

De hæresi aliorum, qui dicunt, Corpus Christi non esse in altari, nisi in signo.

SVnt Hæretici, qui Sacramenta Dei naturali ratione metientes negant, Corpus Christi realiter, & verè subesse accidentibus panis; affirmantque, ibi solùm ad esse, tanquam in figura, & signo. Itaque Christum dixisse: *Hoc est Corpus meum.* sicut dixit Apostolus: *Petra autem erat Christus*, scilicet; figuratiuè, & significatiuè tantùm. Primò, quia *Ioan.* 6. cùm proposuisset Christus Discipulis, se præbiturũ tamen suam ad manducandum, & plures eorum dicentes, durum esse eum sermoné, abiissent retrò, dixit Christus alios instruens: *Hoc vos scandalizat? Spiritus est, qui viuificat; caro nihil prodest: verba, quæ loquutus sum vobis, spiritus, & vita sunt.* Vbi docere videtur, suum sermonem non esse accipiendum secundùm carnem, sed secundùm spiritum tantùm; scilicet, sensu spirituali, & non eo, quem sonat. Secũdò, quia *Matth.* 26. ait: *Pauperes semper habebitis vobiscum: me autem non semper habebitis.* Semper autem haberemus, si verè, & realiter in Sacramento Altaris præsens adesset. Tertiò, quia Augustinus *tr.* 50. *in Ioan.* docet, *donec sæculum finiatur, sursum esse Dominum, & Corpus eius in vno loco esse oportere, quamuis eius veritas vbique diffusa sit.* Item, *epist.* 57. *ad Dard.* Christum, quà Deum, vbique

vbique esse; quà hominem verò in cœlo. Ergo quà homo, non adest verè, & realiter in Eucharistiæ Sacramento.

2 Omnia tamen vnica, & facili solutione explicantur. Scilicet, adest præsens verè, & realiter Corpus Christi inuisibile, non autem visibile; ad modum spiritus, non autem ad modum corporis. Sic Augustinus epist. ad Irenæum: *Ipsum quidem, & non ipsum Corpus, quod videbatur, manducatur; ipsum quidem inuisibiliter, non ipsum visibiliter.* Vnde ad primum dicitur: Verba Christi accipienda sunt spiritualiter, non, quia corpus non adsit realiter; sed, quia non adest visibiliter; neque per partes discerptum manducatur, vt putauerunt illi discipuli, qui retrò abierunt; sed integrum, & indiuiduum, ac si esset spiritus. Ad secundum: Christum non semper habemus visibilem, quãuis habeamus inuisibilem. Ad tertium: Christus, quà homo, semper adest in cœlo visibilis, in terris verò inuisibilis. Quod præterea illustrat Augustinus in lib. Sent. Prosperi: *Caro eius est, quam sub forma panis opertam in Sacramento accipimus; & sanguis eius, quem sub vini specie, ac sapore potamus: Caro, videlicet, carnis, & Sanguis Sacramentum est sanguinis; carne, & sanguine vtroque inuisibili, intelligibili, & spirituali significatur corpus visibile, & palpabile, plenum gratia, & maiestate.* Vbi annotare est, species panis, & vini vocari carnem, & sanguinem visibilem Christi, & Sacramentum carnis, & sanguinis inuisibilis, & spiritualis. Quippe vtitur Augustinus tropo, quo continens accipitur pro contento, & communi cum illa voce significatur. Quibus iam nulla est argumentis Hæreticorum difficultas.

3 Ergo

3 Ergo Catholica conclusio sit: Corpus Christi verè, & realiter; & non figuratiuè solum adest præsens in Eucharistiæ Sacramento. Primò, quia Matth: 26. dixit Christus Apostolis: *Accipite. Hoc est corpus meum.* Quorum verborum veritas stare non potest absque vera, & reali præsentia Corporis Christi; & conuersione panis in substantiam ipsius. Secundò, quia ita prædicant Ecclesiæ Patres, Ambrosius lib. 4. de Sacrament. cap. 4. *Panis est in Altari, vsitatus antè verba sacra; vbi accessit consecratio, de pane fit Christi caro.* Augustinus in serm. de verg. Euang. *Sicut per Spiritum sanctum vera Christi caro sine coïtu creatur; ita per eundem ex substantia panis, & vini idem Corpus Christi, & Sanguis consecratur. Corpus Christi, & veritas est, & figura. Veritas, dum virtute Spiritus sancti ex panis, vinique substantia efficitur. Figura verò est id, quod exteriùs sentitur.* Eusebius Emissenus serm. de Corpore, & Sanguine Domini: *Inuisibilis Sacerdos visibiles creaturas in substantiam Corporis, & Sanguinis sui, verbo suo secreta potestate commutat.* Tertiò probatur variis instantiis *lib. de iis, qui misteriis initiantur, c.* 9. Prima est Valuit sermo Heliæ ignem de cœlo deponere. Ergo etiam valebit sermo Christi substantias mutare. Secunda: Sermo Dei exordio mundi potuit ex nihilo facere, quod nõ erat. *Quia ipse dixit, & facta sunt.* Genes. 1. Ergo poterit ea, quæ sunt, mutare in ea, quæ non erant. Non enim minus est creare, quàm naturas rerum mutare. Tertia: præter naturæ ordinem Christus est genitus ex Virgine. Ergo potuit præter naturæ ordinem conuerti ex pane. Quibus adde argumentum Augustini *suprà* à posteriori. Ante consecrationem non veneramur species panis, & vini eo

cultu, quo veneramur poſt conſecrationem. Ergo poſt conſecrationem ſubeſt illis de nouo verum Chriſti Corpus, cui nouum, & maiorem cultum exhibeamus.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An verè exiſtat ſubſtantia Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini? Hic S.Th. *q.*1.*art.*1. Rich. Gabr. Scot. Tarant. Bruleſ *q.*1. Argent. *q.*2.*art.*1. Caiet. Cabeç. Suar. Coninch, Præpoſ. Vazq. Peſant. Sylui. & alij cum S.Th. *3.p.q.*75.*art.*1. Val. *tom.*4.*d.*6.*quæſt.*3. *pag.*1. Gran. *tom.*5.*controu.*6.*tr.*3.*d.*1. Tann. *tom.*4.*d.*5. *q.*4.*dub.*1. Mærat. *tom.*3.*tr.*4.*d.*6.

Quæſt. II. An ex vi verborum conſecrationis panis exiſtat ſolùm Chriſti Corpus, & ex vi verborum conſecrationis vini ſolus Sanguis? Hîc S.Th. *q.*1.*art.*2. Durand. *q.*2. Gabr. *q.*1. Caiet. Cabeçud, Suarez, Vazq. Coninch, Præpoſ. Peſant. Sylui. & alij cum S.Thom. *3.p.q.*76.*art.*1.*& ſeq.* Valentia *tom.*4.*d.*6.*q.*4.*part.*2. Granad. *tom.*5.*contr.*6.*tr.*4.*d.*1.*& ſeq.* Tanner. *tom.*4. *d.*5.*q.*5.*dub.*2. Mærat. *tom.*3.*tr.*4.*d.*11.*&* 12.

Quæſt. III. Quod, & quale corpus exiſtat ex vi verborum? Hîc S.Thomas *q.*3.*art.*2. Bonauent. *p.*1. *art.*1.*q.*2. Gabr. *q.*1. Richard. Argent. & Tarant. *q.*2. Caietanus Cabeçud, Suarez, Vazq. Coninch, Præpoſ. Peſantius, Sylui. & alij cum S.Thom. *3.p.q.*76.*art.*1. *& ſeq.* Valent. *tom.*4. *d.*6.*q.*4.*p.*2. Granad. *tom.*5.*controu.*6.*tr.*4. Tannerus *tom.*4.*d.*5.*q.*5.*dub.*1.*&* 2. Mæratius *tomo* 3.*tr.*4.*diſp.*12.

Quæſt. IV. An Corpus, & Sanguis Chriſti terminent actionem phyſicam? De quo *diſt. ſeq. q.*1.

Quæſt.

Quæst. V. An verba consecrationis prædita sint virtute physica transubstantiandi? Hîc Bonauent. *p.* 2. *art.* 2. *q.* 3. Brulef. *q.* 8. Alij relati *dist.* 8. *q.* 3.

Quæst. VI. An præsentia localis Christi sub speciebus sit definitiua, & quomodo? Hîc S. Thom. *q.* 2. *art.* 3. Bonau. *p.* 1. *art.* 1. *q.* 3. Richard. *art.* 2. *q.* 1. Tarant. *q.* 3. Gab. *q.* 1. Caiet. Cabeçud, Suarez, Vazquez, Coninch, Præposit. Pesantius, Sylui. & alij cum S. Thom. 3. *p. q.* 76. *art.* 5. Val. *tom.* 4. *d.* 6. *q.* 4. *p.* 1. & 2. Granad. *tom.* 5. *contr.* 6. *tr.* 5. *d.* 1. *append. d.* 5. Tann. *tom.* 4. *d.* 5. *q.* 5. *dub.* 3. Mærat. *tom.* 3. *tr.* 4. *d.* 19.

Quæst. VII. An ea præsentia sit supernaturalis? Hîc Bonau. *p.* 2. *art.* 2. *q.* 1. Richard. *art.* 5. Tarant. *q.* 8. Argent. *q.* 1. *art.* 4. Caiet. Cabeçud, Suarez, Vazquez, Coninch, Præposit. Pesant. Sylui. & alij cum S. Thom. 3. *p. q.* 76. Valent. *tom.* 4. *d.* 6. *q.* 4. *p.* 3. Gran. *tom.* 5. *contron.* 6. *tr.* 5. *append. d.* 3. Tann. *tomo* 4. *d.* 5. *q.* 5. *dub.* 3. & 4. Mærat. *tomo* 3. *tr.* 4. *d.* 19. *sect.* 1.

Quæst. VIII. An Christus sub Sacramento possit obiici visioni materiali sensus? Hîc Bonau. *p.* 2. *art.* 2. *q.* 2. S. Thom. *q.* 2. *art.* 2. Richard. *art.* 5. *q.* 1. Tarant. *q.* 7. Caiet. Cabeçud. Suar. Vazq. Coninch, Præposit. Pesant. Sylui. & alij cum S. Thoma 3. *p. q.* 75. *art.* 7. Valent. *tom.* 4. *d.* 6. *q.* 4. *p.* 3. Granad. *tom.* 5. *controu.* 6. *tract.* 6. *d.* 3. Tann. *tom.* 4. *d.* 5. *q.* 5. *dub.* 5. Mærat. *tom.* 3. *tr.* 4. *d.* 26.

Quæst. IX. An possit visione intellectuali, aut alia euidentia naturali deprehendi? Hîc Interpretes relati *q.* 7. Alij relati *lib.* 2. *dist.* 10. *q.* 7.

Quæst. X. An Christus, quà homo, sit vbique? De quo relati *lib.* 3.

DISTINCTIO X.

De modo conuersionis.

QVæritur primò? Qualis ſit conuerſio panis in Corpus Chriſti? Certum eſt, formalem non eſſe: quia in conuerſione formali accidentia pereunt. At poſt conuerſionem Euchariſticam remanent eadem accidentia panis; idem, ſcilicet, ſapor, color, & reliqua. Ergo dubitatio eſt, an ſit conuerſio ſubſtantialis, qua pereunte ſubſtantiâ panis, producatur verè ſubſtantia Corporis Chriſti.

2 Plerique affirmant: quia Eccleſiæ Patres, quos *diſt. præced.* adduximus, aiunt, ex pane, ſeu panem fieri, ſeu effici Corpus Chriſti. Si autem eis obiicias: Si panis, aut ex pane fieret Corpus Chriſti primò ſequi, Corpus Chriſti quotidie augeri, & formari ex pane: ſecundò, Corpus Chriſti nunc eſſe ſubſtantiam panis, quæ anteà non erat. Negatur vtraque ſequela. Prima quidem: quia, vt Corpus Chriſti augeatur & formetur ex pane, requiritur, vt perſeueret ſubſtantia panis. At in conuerſione Euchariſtica non perſeuerat ſubſtantia panis, cùm mutetur ſubſtantialiter in Corpus Chriſti, quæ mutatio ſubſtantialis exigit deſitionem ſubſtantiæ, quæ mutatur, & productionem eius, in quam mutatur. Dicitur igitur fieri Corpus Chriſti: quia pereunte ſubſtantia panis, noua actione miraculoſa, & inenarrabili efficitur Corpus Chriſti, proptereáque etiam confici verbo cœleſti, communiter dicitur. Secunda verò: quia non eſt idem, panem fieri Corpus

Corpus Christi, ac esse Corpus Christi. Nam aqua etiam interdum efficitur vinum, & tamen non est vinum. Quanquam aliqui eorum concedunt, non quidem absolutè, panem esse Corpus Christi, cùm absolutè non sit panis, quando est in Eucharistia Corpus Christi; sed cum addito, scilicet, illud, quod antea erat panis, nũc esse Corpus Christi: quia in Corpus Christi mutatum est. Qua ratione ait Augustinus lib. 3. de Trinitate: cap. 4. *Corpus Christi dicimus illud, quod ex fructibus terræ accepimus, & prece mystica consecratum sumimus in memoriam Dominicæ passionis.*

3 Alij verò negant, conuersionem illam esse productricem substantiæ Corporis Christi, sed adductricem tantùm, vt subsit accidentibus, sub quibus anteà non erat. Nam ad conuersionem sufficit, vt panis transeat in Corpus Christi. Vt autem panis, transeat in Corpus Christi, sufficit, vt Corpus Christi collocetur nunc sub accidentibus, sub quibus anteà erat collocatus panis. Num autem tunc sub eis perseueret panis simul cum Corpore Christi; Quidam eorum aiunt, substantiam panis à Deo, vel in præiacentem materiam resolui, vel in nihilum redigi: quidam verò, simul cum Corpore Christi sub accidentibus manere. Quibus tamen refragandum est. Nam Ecclesia ibi non agnoscit alium panem, aut cibum, quàm Corporis Christi. Sic Ioann. 6 *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi.* Iterum: *Panis, quem ego dabo, Caro mea est.* Item Ambrosius suprà: *Panis iste, quem sumimus in mysterio, illum intelligo vtique, qui manu sancti Spiritus formatus est in vtero Virginis, & igne passionis decoctus.* Eadem habet Gregorius *lib. 4. Dial. cap* 58. Ergo solus panis mysticus Corporis Christi, non ille na-

turalis, qui priùs erat, ſub ſpeciebus perſeuerat.

4 Secundò quæritur, cur Chriſtus ſub aliena ſpecie, & non ſub propria Carnem manducandam, & Sanguinem bibendum præbuit? Primò, propter meritum fidei: quia, iuxta Gregorium *homil. 26. ſuper Euangel.* nullum eſt fidei meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Secundò, ad vitandum horrorem ſumendi hoc Sacramentum: nam ſub ſpecie carnis humanæ, & ſanguinis horreremus vſum illius. Tertiò, ne infidelibus daretur occaſio irridendi noſtra Sacramenta: nam, vt ait Auguſtinus ſuprà: *Ridiculum fieret paganis, quòd cruorem occiſi hominis bibamus.*

5 Quæritur tertiò, cur Chriſtus ſub duplici ſpecie ſumendum ſe præbuit, cùm totus ſub alterutra ſumatur? Primò, vt oſtenderet, totam naturam humanam fuiſſe aſſumptam: panis enim carnem; vinum verò ſanguinem, in quo iuxta Medicos ſedes animæ eſt, præfigurat. Secundò, vt oſtenderet, totam fuiſſe redemptam, tum quoad animam, tum quoad corpus: nam, docente Ambroſ. *tom. 4. ad cap. 11. epiſt. 1. Corinth.* Caro Chriſti ad tuitionem corporis: Sanguis verò ad animæ tuitionem offertur. Cæterùm animaduertenda ſunt quatuor. Primum, quamuis ſub duplici ſpecie conficiatur hoc Sacramentum; ſub vna tantùm totum Chriſtum, nec ſub vtraque plus, quàm ſub vna ſumi: quod ſignificauit manna, de quo Exod. 16. *Qui plus collegerat, non habuit amplius; nec qui minus parauerat, reperit minus.* Secundum, quamuis totus Chriſtus ſub vtraque ſpecie contineatur: tamen panem in ſolam Carnem conuerti, quæ ſola ex vi verborum ſpeciebus panis ſubeſt,

est, & vinum in solum Sanguinem, qui solus ex vi verborum subest accidentibus vini. Tertium, sub duplici specie non duo Sacramenta, sed vnum tantùm confici: quia sub duplici vnus, & idem Christus continetur. Quartum, quanuis possit iterari consecratio sub duplici specie, non posse iterari sub vnica indiuidua tantùm: quia, sicut præsentia Christi non repetitur sub eisdem indiuiduis accidentibus; ita nec consecratio repetitur.

6 Quæritur quartò: Cur in calice eucharistico aqua admisceatur vino? Ratio est: quia canones ecclesiastici id præcipiunt, vt populus, quem aqua refert, significetur redimi Sanguine Christi, & cum Christo vniri. Sic *de consecrat. dist. 2. cap. Non oportet.* & *cap. In sacramento.* vbi dicitur: *Non potest Calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrunque misceatur.* Cæterùm, si quis, aut obliuione, aut ignorantiâ prætermittat aquam, non erit irritum Sacramentum, confectum cum solo vino: tum, quia Ecclesia Græcorum non miscet vino aquam: tum, quia ait Cyprianus epistol. de Sacram. Cal. *Si quis de antecessoribus nostris, vel ignoranter, vel simpliciter non hoc seruauerit, quod nos Dominus facere, & exemplo, & magisterio docuit; potest simpliciter eius venia concedi.* Vnde illud, *Non potest*, canonis ecclesiastici intelligendum est de non posse licitè; non autem validè. Verùm, si aquâ sola consecretur absque vino, non erit Sacramentum validum: nam, sicut panis confectus ex granis frumenti est materia necessaria ad conuersionem Corporis Christi: sic vinum de vite ad conuersionem Sanguinis.

7 Quæritur quintò. An corpus Christi in Eucharistia sumatur mortale, & passibile? Respondetur: Nocte cœnæ præbuit se Christus passibilem, & mortalem. Nunc verò immortalis, & impassibilis sumitur. Nam Christus se præbet sumendum in Sacramento, eo modo, quo extra Sacramentum existit. At nocte cœnæ erat passibilis, & mortalis nunc verò immortalis, & impassibilis.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Quænam sit materia conuertenda in Corpus Christi? Hîc S. Thomas *quæst. 2. art. 1. & 2.* Bonauentura *p. 2. art. 1. q. 1. & 4.* Richard. *art. 2. q. 1. & 2.* Argent. *q. 2.* Tarant. *q. 11.* Gab. *q. 2.* Caietan. Cabeçud, Suarez, Vazquez, Coninch, Præpos. Pesant. Sylu. & alij cum S. Thoma *3. p. q. 74. art. 1. & seq.* Val. *tom. 4. disp. 6. q. 2 p. 1.* Tann. *tom. 4. disp. 5. q. 2. dub. 1. & seq.* Gran. *tom. 5. contr. 6. tr. 2. disp. 1. & seq.* Mærat. *tom. 3. tr. 4. disp. 4. & 5.*

Quæst. II. Quænam sit materia conuertenda in sanguinem? Hîc omnes Interpretes Magistri, & S. Th. relati *quæst. præcedenti.*

Quæst. III. An aqua immediatè conuertatur in Sanguinem Christi? Hîc S. Thomas *q. 2. art. 3. 1.* Bon. *p. 2. art. 1. q. 3. & in litt. dub. 5.* Richard. *art. 3. q. 1.* Brul. *q. 9.* Caiet. Cabeçud, Suarez, Vazq. Coninch. Præpos. Pesant. Sylu. & alij *3. p. q. 74. art. 7.* Tann. *tom. 4. disp. 5. q. 2. dub. 6.* Alanus *lib. 1. de Eucharist. cap. 13.* Pet. Sot. *lect. 4. de Euchar.* Val. *tom. 4. disp. 6. q. 2. p. 1.* Sot. *dist. 9 q. 1. art. 6.* Gran. *tom. 5. cont. 6. tr. 2. disp. 4.* Mær. *tom. 3. tr. 4. disp. 5. sect. 4. & 5.*

Quæst.

Quæst. IV. An sit vera, & substantialis conuersio panis in Corpus Christi, & vini in Sanguinem? Hîc S. Thomas *q.* 1. *art.* 3. Bonau. *art.* 1. *q.* 1. Richard. Arg. Tarant. & Gab. *q.* 1. Caietan. Cabeçud, Suarez, Vazq. Coninch, Præpos. Pesant. Sylu. & alij cum S. Th. 3. *p. q.* 75. *art.* 4. Val. *tom.* 4. *disp.* 6. *q.* 3. *part.* 2. Tann. *tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 4. *dub.* 3. Gran. *tom.* 5. *cont.* 6. *tr.* 3. *disp.* 5. Mer. *tom.* 3. *tr.* 4. *disp.* 7.

Quæst. V. An hæc conuersio consistat in actione physica? Hîc Interpretes Magistri, & S. Thomæ relati *q. praced. & seq.*

Quæst. VI. Quinã sit terminus productus per actionem conuersiuam? An substantia Christi, an accidens, seu modus ipsius? Hîc Scot. *q.* 5. Tartaret. *q.* 4. Rubion. *q.* 1. *art.* 3. Maior *q.* 1. Okam. *q.* 6. Mayr. *q. pen.* Palat. *disp.* 1. Capr. *q.* 1. *art.* 3. Gabr. *q.* 1. *art.* 3. *dub.* 2. Caiet. Cabeçud, Sua. Coninch, Præposit. Pes. Sylu. & alij cum S. Th. 3. *p. q.* 75. *art.* 4. & 8. Valentia *tom.* 4. *disp.* 6. *q.* 3. *part.* 3. Tann. *tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 4. *dubio* 4. & *seq.* Gran. *tom.* 5. *cont.* 7. *tr.* 3. *disp.* 6. Mærat. *tom.* 3. *tr.* 4. *disp.* 12. & *seq.*

Quæst. VII. An aliquid substantiæ panis, vel vini remaneat? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 1. Bonau. *p.* 1. *art.* 1. *q.* 2. Richard. Brulef. & Tarant. *q.* 2. Gab. *q.* 1. Caiet. Cabeçud, Suar. Vazq. Coninch, Pes. Præp. Sylu. & alij cum S. Th. 3. *p. q.* 75. *art.* 2. Val. *tom.* 4. *disp.* 6. *q.* 3. *p.* 2. Tan. *tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 4 *dub.* 3. Gran. *tom.* 5. *cont.* 6. *tr.* 3. *disp.* 7. & 8. Mærat. *tom.* 3. *tr.* 4. *disp.* 8. & 9.

Quæst. VIII. An substantia panis, & vini desinat per annihilationem? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 2. Bonau. *p.* 1. *art.* 1. *q.* 3. Scot. *q.* 4. Richard. & Tarant. *q.* 3. Gab. *q.* 1. *dub.* 6. Caietan. Cabeçud, Suarez, Vazq, Coninc.

Præpoſ.Peſant.Sylui. & alij cum S.Thom.3.*p.q.*75.*art.*3.Val.*tomo* 4.*diſp.*6.*q.*3.*p.*3.Tann.*tom.*4.*diſp.*5.*q.*4.*dub.*3. Granad. *tom.*5.*controu.*6. *tract.*3. *diſp.*8. Mærat.*tom.*3.*tract.* 4.*dub.*11.

Quæſt. IX. Quid ponatur ſub accidentibus ex vi verborum? Hîc Bonau.*p.*1.*art.*1.*q.*4. Richardus *q.*1. Tarant.& Brulef *q.*2. Alij relati *diſt.*10.*q.*2.

Quæſt. X. Quale ponatur Corpus Chriſti ſub accidentibus? Hîc S.Th.*q.*3.*art.*2. Bonau.*p.*2.*q.*2.Tar.*q.*22.Richard.*art.*4.*q.*4.Alij relati *diſt.* 10.*q.*5.

Quæſt. XI. De communicatione ſub vtraque ſpecie? Hîc S.Th.*q.*2.*art.*4.Bonau.*p.*2.*art.*1.*q.*2.Rich.*art.*2.*q.*1. Argent.*q.*2.*art.*3.Tarant.*q.*12. Caiet. Cabeçud, Suarez, Vazq. Coninch, Præpoſ.Peſant. Sylui. & alij cum S.Th.3.*p.q.*74.*art.*1.*& ſeq.* Valent.*tom.*4.*diſp.*6. *q.*8.*p.*5. Tanner.*tom.*4. *dub.*5.*q.*8. *dub.*6. Granad.*tom.* 5.*controu.*6.*tr.* 11.*d.*2.

Quæſt.XII. An, ſicut panis conuertitur in Corpus Chriſti, ita quodlibet poſſit in quodlibet conuerti? Hîc Dur.& Gab. *q.*2.Scot.*q.*1. Sot.*diſt.*9.*q.*2.*art.*4. Richard.*diſt.*10.*art.*2.*q.*1.Mærat.*tom.*3.*tr.*4.*diſp.*17. Gran.*tom.*5.*controu.*6.*tr.*3.*diſp.*4.*&* 14.Suarez *tom.*3. *in* 3.*p.diſp.*50.*ſect.vlt.*Palat.*diſt.*11.*diſp.*2.Ledeſ.1.*p.*4. *q.*16.*art.*4.*dub.*3.*&* 4.Vazq. *tom.*3.*in* 3.*p.diſp.*184.

DISTINCTIO XII.

Vbi illa accidentia fundentur?

QVæritur primò: An accidentia panis,& vini in Euchariſtia exiſtant ſine ſubiecto? Reſpondetur: Nulli

Nulli subiecto insunt. Non substantiæ panis, quæ non est. Non Corpori Christi, quod eis accidentibus non informatur. Nullum autem superest aliud subiectum. Existunt igitur sine subiecto: tum ad mysterij ritum: tum ad gustus, fideique suffragium: tum ad Christi tegumentum.

2 Quæritur secundò: An Hostiæ fractio vera sit, & cuius sit fractio? Prima opinio est, non esse ibi fractionem veram, sed apparentem. Nam Corpus Christi immortale, & impassibile frangi non potest. Nullius autem rei potest esse ibi fractio, nisi Corporis Christi. Secunda opinio est, fractionem esse veram; sed non esse rem, quæ frangitur. Nam, sicut ibi sunt species panis, quin sit panis; ita potest esse fractio, quin res sit, in qua exerceatur. Tertia opinio est, fractionem illam esse Corporis Christi. Nam *de consecrat. dist. 2. cap. Ego Berengarius.* dicitur. *Post consecrationem Corpus Christi sensualiter, non solùm sub Sacramento, sed veritate manibus Sacerdotum tractari, & frangi, & fidelium dentibus atteri.* Probabilior opinio est, veram esse ibi fractionem, & partitionem: at non Corporis Christi, sed Sacramenti, hoc est, quantitatis, & formæ accidentalis panis. Nam Apostolus 1. *Cor.* 10. ait: *Panis, quem frangimus.* Ergo panis frangitur. At non quoad substantiam. Ergo quoad species, & formas accidentales ipsius. Item, quia Augustinus *serm. de verbis Euang.* docet, quando Christum manducamus, non facere de illo partes, sed de Sacramento tantùm. Fractio autem est diuisio rei in partes. Vnde *ad cap. Ego Berengarius.* conceditur, veritate quidem esse ibi fractionem, quia verè frangitur, & atteritur: at non in se immediatè, sed in

in ſpeciebus,quæ Chriſtum continent,& ſignificant.

3 Quæritur tertiò : Quid figuret fractio , & partitio Hoſtiæ ; Primò , pars in calicem miſſa figurat Chriſtum reſurgentem ; pars comeſta, cum hominibus in terra conuerſantem ; pars in altari remanens vſque ad finem Miſſæ,eundem in ſepulcro iacentem. Secundò,fractio,& diuiſio partium ſignificat Chriſti paſſionem , & mortem. Sic Sergius Papa *de conſec. diſt. 2,c. Triforme.*

4. Quæritur quartò : An huius Sacramenti oblatio ſit verum ſacrificium,& immolatio? Reſpondetur: Verum ſacrificium eſt , & immolatio in repræſentatione.Eſt verum ſacrificium:quia offertur à Sacerdote eadem Hoſtia, quæ in Cruce ab ipſo Chriſto oblata eſt,ſcilicet,idem Chriſtus cum pretio Sanguinis,& paſſionis ipſius. Eſt immolatio in repræſentatione: quia non eſt immolatio Chriſti in ſemetipſo,quæ ſemel tantùm in Cruce facta eſt ; ſed repræſentatio immolationis in Cruce factæ. Sic Auguſtinus epiſt. 23.ad Bon. *Semel immolatus eſt Chriſtus in ſemetipſo. & tamen quotidie immolatur in Sacramento.* Similiter Chryſoſtomus homilia 17.ad Heb.10.*Semel immolatus eſt Chriſtus. Hoc autem ſacrificium exemplum eſt illius, id ipſum ſemper,id ipſum offertur,proinde hoc idem eſt ſacrificium.*

5 Quæritur quintò : Quinā fuerit finis inſtituendi hoc Sacramentum ; Duplex is fuit. Primus augmentum gratiæ,& virtutum. Secundus,remiſſio peccatorum venialium , in quæ quotidie iuſti labuntur. Sic Ambroſius lib.4.de Sacr. cap.6. *Si quoties effunditur Sanguis Chriſti, in remiſſionem peccatorum effunditur; debeo ſemper accipere , qui ſemper pecco ; debeo ſemper habere*

habere medicinam. Item, Augustinus lib. 4. contra duas epistolas Pelag. cap. 10. & de verbis Domini, serm. 28. *Quia quotidie labimur, quotidie Christus mysticè immolatur pro nobis. Dedit enim nobis hoc Sacramentum salutis: vt, quia nos quotidie peccamus, per hoc Sacramentum remissionem consequamur.* At peccata quotidiana Sanctorum non sunt mortalia; sed venialia. Si autem inde quæras, num quotidie communicandum sit iustis, etiam laïcis? Augustinus respondet *de eccles. dogmat. c.* 53. quotidie Eucharistiam accipere, nec laudandum, nec vituperandum; exhortandum tamen omnibus Dominicis diebus communicare; si tamen mens in affectu peccandi non sit. Si verò non ita frequenter communicetur, saltem ter in anno absque actuali crimine homines communicent, in Paschate, scilicet, Pentecoste, & Natali.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An accidentia panis, & vini maneant in Eucharistia sine subiecto? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 2. Scot. *q.* 2. Richard. & Gabr. *q.* 1. Brulef. Tarant. & Bonau. *q.* 3. Caietan. Cabeçud, Suarez Vazq. Coninch, Præp. Pesant. Sylui. & alij cum S. Th. 3. *p. q.* 77. *art.* 1. & 2. Val. *tom.* 4. *disp.* 6. *q.* 3. *p.* 2. & *q.* 5. *p.* 1. Tann. *tom.* 4. *disp.* 5. *q.* 6. *dub.* 1. Gran. *tom.* 5. *tr.* 3. *disp.* 3. Mærat. *tom.* 3. *tr.* 4. *disp.* 27.

Quæst. II. An ea accidentia possint naturaliter agere? Hîc S. Thomas *q.* 1. *art.* 2. Bonau. *p.* 1. *art.* 2. *q.* 2. & 3. Richard. *art.* 3. *q.* 1. & 2. Argent. *q.* 2. *art.* 4. Brulef. *quæst.* 5. Durand. *quæst.* 2. Gabr. *q.* 1. Caiet. Cabeçud, Suar. Vazq. Coninch, Præpos. Pesant. Sylui.

& alij

& alij cum S.Thoma *3.p.q.77.art.3.* Valentia *tom.4. disp.6. q.5.p.2.* Tannerus *tomo 4. disp.5. q.6. dub.2.* Gran. *tomo 5.controuers.6.tr.7.disp.2.* Mærat. *tomo 3. tract.4.disp.28.*

Quæst. III. An possint aliquam mutationem subire? Hic S.Thomas *q.1.art.2.* Bonau. *art.2.q.1.* Rich. *art.4.q.1.* Argent. *q.2.art.1.* Gab. *q.1.* Dur. *q.2.* Caiet. Cabeçud, Suarez, Vazquez, Coninch, Præpos. Pesant. Sylui. & alij cum S.Thoma *3.p.q.77.art.4.& 5.* Valent. *tomo 4.disp.6.q.5.p.3.& 4.* Tann. *tom.4. disp.5. q.6.dub.2.* Gran. *tom.5.controu.6.tr.7.disp.3.* Mærat. *tom.3.tr.4.disp.28.& 29.*

Quæst. IV. An in Eucharistia sit vera fractio, & ea sit Christi, an accidentium tantùm? Hic S.Thom. *q.1.art.3.* Bonau. *p.1.art.3.q.1.& 2.* Richard. *art.2.q.1.* Argent. *q.2.art.3.* Brulef. *q.7.& 8.* Gab. *q.1.dubio 4.* Caietan. Cabeçud, Suarez, Vazquez, Coninch, Præpos. Pesant. Sylui. & alij cum S.Th. *3.p.q.77.art.7.* Val. *tomo 4.disp.6.q.4.p.3.* Tann. *tom.4.disp.5.q.6. dubio 2.* Gran. *tomo 5.controu.6.tr.6. disp. vlt.* Mærat. *tom.3.tr.4.disp.30.*

Quæst. V. Quam vnionem habeant accidentia cum Christo, an intrinsecam, an extrinsecam? De quo Valentia *tom.4.disp.6.q.3.p.3.* Tann. *tomo 4. disp.5. q.5. dubio 4.* Suar. *tom.3.in 3.p.dis.47.sect.3.* Alan. *lib.1.de Eucharist.c.34.& seq.* Vazq. *tom.3.in 3.p.disp.181.c.3.* Bellarminus *lib.3.c.18.* Gran. *tom.5.controu.6.tract.3. disp.7.* Mærat. *tomo 3.tr.4.disp.16.*

Quæst. VI. An effectus huius Sacramenti sit prima gratia, & remissio peccati mortalis? Hic S.Th. *q.2. art.2.* Bonau. *p.2.art.1.q.2.* Rich. *art.5.q.1.* Brulef. *q.10.* Alij relati *dist.9.q.1.*

Quæst.

Quæst. VII. An, & quando hoc Sacramentum operetur augmentum gratiæ? Hîc S. Th.*q*.1.*art*.1. Bonau.*p*.2.*art*.1.*q*.3.Richard.*art*.5.*q*.2.Tarant.*q*.13. Brulef.*q*.11.Caiet.Cabeç.Suar.Vazq.Coninch, Præpos.Pesant.Sylu. & alij cum S. Thoma 3.*p.quæst*.79. *art*.4.Val. *tom*.4.*disp*.6.*q*.7.*p*.1. Tann.*tom*.4.*disp*.5. *q*.7.*dub*.1.*&* 2.Henriq.*lib*.8.*c*.33.Sot. *dist* 9.*q*.1. *&* *dist*.11.*q*.2.*art*.1.Ruard.*art*.15.Gran. *tom*.5. *controu*. 9.*tr*.9.*disp*.2.*&* 7.

Quæst. VIII. An oblatio huius Sacramenti sit verum sacrificium? & in quo sacrificium consistat? Hîc Bonauent.*p*.2.*in litt.dubio* 1.*&* 2.Caiet.Cabeç. Suar. Vazq.Coninc, Præpos.Pesant.Sylu.& alij 3.*p.q*.83. *art*.1.Val. *tom*.4.*disp*.6.*q*.11.*p*.1.Tann. *tom*.4.*disp*.5. *q*.9.*dub*.1.*&* 2.Gran. *tom*.1.*controuers*.6.*tr*.14.*disp*.1. *& sequent*.

Quæst. IX. An, & quæ frequentia huius Sacramenti liceat laicis? Hîc S.Th. *q*.3.*art*.1 Bonau.*p*.2. *art*.2.*q*. 2.*&* 3. Brulef.*q*.14.*&* 15. Rich. *art*.2. *q*.3. Caiet.Cabeçud, Suar.Vazq.Coninch,Præpos.Pesant. Sylu.& alij cum S.Thoma 4.*p.q*.80.*art*.7.10.*&* 11. Val. *tomo* 4.*disp*.6. *q*.8.*p*.4. Tan. *tomo* 4. *disp*.5.*q*.8. *dub*.5.Granadus *tomo* 5.*controu*.6.*tr*.10.*disp*.11.

Quæst. X. An Sacramentum Eucharistiæ sit necessarium ad salutem? Hîc S.Th. *quæst*.3.*art*.2. Bonauentura *p*.2.*art*.2.*q*.1.Richard. *art*.2.*quæst*.2.Brulef. *quæst*.13. Caietan. Cabeçud, Suarez, Vasquez, Coninch, Præpos.Pesant.Sylui. & alij cum S.Thoma 3. *p.q*.73.*art*.3. Val.*tomo* 4.*disp*.6. *quæst*.1.*p*.5. Tann. *tomo* 4.*disp*.5.*q*.1.*dub*.4. Granad.*tomo* 5.*controuers*.6. *tr*.1.*disp*.7.

Quæst. XI. An sit effectus huius Sacraméti remissio

venialium?

venialium? Hîc S.Th. *q.1.art.1.* Bonau. *p.2. art.1. q.3.* Rich.*art.5.q.2.* Tarant.*q.13.* Caietanus Cabeçud. Suarez, Vazq. Coninch, Præposit. Pesant. Syldi. & alij cum S.Thoma *3.p.q.79.art.4.* Valent. *tom.4. disp.6. q.7.p.1.* Tanner.*tom.4.disp.5.q.7.dubio 1.* Gran.*tom.5. controuers.6.tr.9.disp.5.*

DISTINCTIO XIII.

Si Haeretici, & excommunicati hoc Sacramentum conficiant?

PRima conclusio: Praui Sacerdotes conficiunt hoc Sacramentum, si excommunicati, & ab Ecclesia præcisi non sint. Primò, quia hoc Sacramentum non conficitur merito, & potestate Sacerdotis; sed verbo Creatoris, & virtute Spiritus sancti, quæ adest etiam Sacerdotibus prauis. Secundò, quia etiam Baptismus, & alia Sacramenta fiunt à ministris existentibus in peccato. Tertiò, quia sic docent Ecclesiæ Patres Augustinus libro de Corpore Domini: *Intra catholicam Ecclesiam in mysterio Corporis, & Sanguinis Domini, nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur Sacerdote.* Item Greg. vt habetur 1.q.1. *Multi sæcularium.* dicens: *Heu in quàm magnum laqueum incidunt, qui diuina, & occulta mysteria plùs ab aliis sanctificata fieri credant, & minùs, si illorum fiat officio, quorum vita videtur ignobilis.* Rursus Isidorus lib.6. Etymol. cap.19. *Quid melius Corpore, & Sanguine Christi? Siue ergo per bonos, siue per malos ministros intra Ecclesiam dispensetur,*

tur, Sacramentum tamen est: quia Spiritus sanctus viuificat, nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur; nec malorum attenuatur.

2 Secunda conclusio, Vt hoc Sacramentum conficiatur, duo requiruntur in conficiente, scilicet, Ordo, & intentio conficiendi. Requiritur enim legitimus minister huius Sacramenti, nempe, Sacerdos potestate Ordinis institutus, & intentio illud conficiendi. Si autem Sacerdos Hæreticus sit discredens veritati huius Sacramenti, potest illud conficere, dum intendat conficere, quod Ecclesia credit. Secus, si intendat Sacramentum conficere, quod ipse credit. Nam quod ipse credit, verum Sacramentum non est, atque adeò non potest intendere Sacramentum verum. Aut iam credet veritati Sacramenti.

3 Tertia conclusio: Excommunicati Sacerdotes hoc Sacramentum non conficiunt. Tum, quia Eucharistiæ sacrificium celebratur nomine Ecclesiæ, ideòque in ipsa oblatione non dicit Sacerdos, *Offero*, sed *Offerimus*. At excommunicati, cùm sint extra Ecclesiam, nec eius partes habeantur, non gerunt personam Ecclesiæ. Tum, quia August. *suprà* docet; hoc Sacramentum confici perferente Angelo illud in conspectum Dei, iuxta illud Missæ: *Omnipotens Deus, iube hoc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum.* At oblationem factam à Sacerdote ab Ecclesia diuiso non perfert Angelus in conspectum Dei, qui eam acceptam habere non potest, iuxta illud Malachiæ 2. *Maledicam benedictionibus vestris.* Nam, si benedictionibus se asserit maledicturum, quid erit de ipsa hostia oblata? Ergo illa non conficitur validè apud Deum ab excommunicato Sacerdote. Vnde col-

DISTINCTIO XIV.

De pœnitentia.

PRima conclusio : Pœnitentia lapsis post Baptismum necessaria est ad salutem : tum, quia non est aliud remedium peccatorum , quæ post Baptismum committuntur : tum, quia Hieronymus *ad c. 3. Esaiæ* ait, pœnitentiam esse secundam tabulam post naufragium. Nam, sicut à naufragio peccati originalis solùm eripimur per Baptismum, qui est prima tabula salutis: sic à naufragio peccatorum personalium, in quæ labimur post Baptismum , solâ pœnitentiâ liberamur. Tum, quia Baptista Matth. 3. cœpit prædicationem à pœnitentia clamans : *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum.* Quippe ad illud obtinendum non est peccatoribus aliud medium præter Pœnitentiam. Porrò Pœnitentia dicitur à puniendo, qua quis punit in se peccata , quæ commisit , præueniens suo dolore vindictam Iudicis , & illam præcauens in futurum. Est autem duplex, scilicet, exterior, & interior. Exterior est Sacramentum Pœnitentiæ , de quo nunc instituitur sermo. Interior verò est virtus animi, qua, iuxta Ambrosium , *mala præterita plangimus, & plangenda iterum non committimus.* Iuxta Gregorium verò, *qua anteacta peccata deflemus, & flenda non committimus.*

2 Secunda conclusio : Potest esse vera Pœnitentia in eo, qui relabitur in peccata, quorum semel pœnituit. Primò, quia, iuxta Ambrosium lib. 2. de Pœnitent,

nitent.c.10.*Hæc est vera Pœnitentia, cessare à peccato.* At potest quis hodie cessare à peccato præterito, quamuis relabatur cras in alia peccata. Secundò, iuxta Augustinum in Enchirid.c.70. *Miserando Deus dolet commissa peccata, si non satisfactio congrua negligatur.* At hæc satisfactio congrua exhibetur per Pœnitentiam. Ergo post remissum semel vnum peccatum per veram Pœnitentiam, possunt deinde alia committi, quæ per eiusdem satisfactionem deleantur. Tertiò à priori: quia verè est pœnitens, qui commissa mala cum emendationis proposito plangit, & odit: nam vera Pœnitentia est internus dolor, & odium peccatorum. At post verum animi dolorem, & peccatorum odium, emendationisque propositum, potest homo alio deinde tempore peccare: nam vera Pœnitentia hodierna solùm auertit animum à peccando eo tempore, in quo existit; non verò in alio, in quo non existit. Ergo vera Pœnitentia præcedere potest; quanuis illam iam præteritam subsequantur peccata.

3 Opponunt quidam aliqua prolata Patrum Isidori illud lib.2.de summ. bon.c.16.*Irrisor est, & non pœnitens, qui adhuc agit, quod pœnitet.* Item, *Inanis est Pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat.* Gregorius lib.Syn.p.48.*Qui commissa plangit, nec tamen deserit, pœnæ grauiori se subiicit.* Ambrosius lib.2.de Pœnit.c.10.*Si verè pœnitentiam agerent, iterandam posteà non putarent: quia, sicut vnum Baptisma, ita est vna Pœnitentia.* Augustinus de vera, & falsa Pœnitentia.cap.8. *Pœnitentia est quadam dolentis vindicta, semper puniens in se, quod dolet commisisse.* Ad omnia respondetur. Primò, volunt Patres, non esse veram Pœnitentiam, quæ non excludit affectum actualem de cætero

 peccandi,

peccandi, ſed cum illo ſimul componitur. Secundò, Pœnitentiam, quam ſequens peccatum mortificat, non eſſe veram quoad effectum obtinendi ſalutem æternam, ſi homo cum ſequenti peccato decedat; vel quoad effectum mundandi, & arcendi animam à peccato futuro, quod ſimul cum præterito deteſtatur, qualiter vera, & perfecta eſt pœnitentia ſemper immaculata perſeuerans; quamuis vera ſit quoad ſufficientiam ſalutis æternæ, & quoad effectum emendationis futuræ. Itaque diſcrimen eſt inter pœnitentiam quam ſubſequitur peccatum, & eam, quam nullum peccatum ſequitur: nam illa mortificatur peccato ſequenti; iſta verò ſemper viua, & efficax perſeuerat. Mortificari verò dicitur: quia peccato impeditur accipere mercedem, quam meruerat; quin tamen omninò extinguatur, cùm præterita Pœnitentia, & cætera opera bona elicita in gratia, ablato per ſequentem Pœnitentiam peccato, illicò reuiuiſcant, & effectum ſalutis ſortiantur. Aut tertiò volunt, eam Pœnitentiam ſequenti peccato inanem, & effectu vacuam reddi: quia, aut peccata præterita redeunt, vt aliqui volunt, aut circunſtantia ingratitudinis ſequenti peccato annexa ſic aggrauat malitiam peccantis, ac ſi ea redirent. De quo vberiùs *diſt.* 22.

4 Tertia concluſio: Pœnitentia iterari poteſt cum fructu remiſſionis peccatorum. Vbi obſerua, in Eccleſia duplicem fuiſſe Pænitentiam. Alia erat ſolemnis, & publica quæ iuxta Ambroſium lib. 2. de pœnitentia, c. 11. *pro grauioribus, & manifeſtis quibuſdam delictis imponebatur facienda extra Eccleſiam in manifeſto, in cinere, & cilicio.* Alia ſacramentalis, & ſecreta, quæ in foro ſecreto Sacramenti, aut interno cordis fieri

ſolet.

solet. Prior Pœnitentia non consueuerat iterari, ne frequenti vsu contemneretur, & vilesceret, vt testatur Ambrosius *sup.* Augustinus *epist.* 54. *ad Macedon.* & Origines *hom.* 15. *ad c.* 25. *Leuit.* de qua Pœnitentia dixit Ambrosius sup. *Sicut vnum Baptisma, ita est vna Pœnitentia.* Posterior verò nunc asseritur iterari cum fructu salutis contra quosdam Hæreticos, qui pœnitentiam semel tantùm salubrem esse profitebantur, ne spes veniæ fideles incitaret, ad peccandum.

5 Quos primò redarguit Augustinus lib. de vera, & falsa Pœnitentia, c. 5. *Dicunt Dominum incitatorem mali, si semper peccantibus subuenit, & ei peccata placere, quibus semper præstò est gratia. Errant autẽ. Constat enim multùm ei peccata displicere, qui semper præstò est ea destruere.* Itẽ, epist. 54. ad Macedon. *In tantum hominũ iniquitas aliquando progreditur, vt etiam post peractã pœnitentiam, & reconciliationem, vel similia, vel grauiora committant. Et tamen Deus facit super tales oriri Solem suum; nec minùs tribuit, quàm anteà tribuerat largissima munera vitæ, atque salutis.* Secundò Chrysostomus hom. 20. in c. 10. ad Heb. *Quidam exurgunt pœnitentiam auferentes, quasi per pœnitentiam non valeat peccator post lapsum resurgere secundò & tertiò, & deinceps.* Rationemque reddit *hom. de reparatione lapsi,* & habetur de pœn. dist. 3. *Talis, mihi crede, talis est erga homines pietas Dei: nunquam spernit pœnitentiam, si ei sincerè, & simpliciter offeratur, etiamsi ad summum quis perueniat malorum.* Tertiò, ratione Augustini arguitur: quia impium est, & sacrilegũ, credere nihil prodesse ad vitam post primam Pœnitentiam peccanti, si blandimenta voluptatũ contempserit, si se pœnitendo acerbiùs, quàm priùs excruciauerit, si vberiùs fluerit, si

& alij cum S.Thoma *3.p.q.77.art.3.* Valentia *tom.4. disp.6. q.5.p.2.* Tannerus *tomo 4. disp.5. q.6. dub.2.* Gran. *tomo 5. controuers.6.tr.7.disp.2.* Mærat. *tomo 3. tract.4.disp.28.*

Quæst. III. An possint aliquam mutationem subire? Hic S.Thomas *q.1.art.2.* Bonau. *art.2.q.1.* Rich. *art.4.q.1.* Argent. *q.2.art.1.* Gab. *q.1.* Dur. *q.2.* Caiet. Cabeçud, Suarez, Vazquez, Coninch, Præpos. Pesant. Sylui. & alij cum S.Thoma *3.p.q.77.art.4.* & *5.* Valent. *tomo 4.disp.6.q.5.p.3.* & *4.* Tann. *tom.4. disp.5. q.6.dub.2.* Gran. *tom.5.controu.6.tr.7.disp.3.* Mærat. *tom.3.tr.4.disp.28.* & *29.*

Quæst. IV. An in Eucharistia sit vera fractio, & ea sit Christi, an accidentium tantùm? Hic S.Thom. *q.1.art.3.* Bonau. *p.1.art.3.q.1.* & *2.* Richard. *art.2.q.1.* Argent. *q.2.art.3.* Brulef. *q.7.* & *8.* Gab. *q.1.dubio 4.* Caietan. Cabeçud, Suarez, Vazquez, Coninch, Præpos. Pesant. Sylui. & alij cum S.Th. *3.p.q.77.art.7.* Val. *tomo 4.disp.6.q.4.p.3.* Tann. *tom.4.disp.5.q.6. dubio 2.* Gran. *tomo 5.controu.6.tr.6. disp. vlt.* Mærat. *tom.3.tr.4.disp.30.*

Quæst. V. Quam vnionem habeant accidentia cum Christo, an intrinsecam, an extrinsecam? De quo Valentia *tom.4.disp.6.q.3.p.3.* Tann. *tomo 4. disp.5. q.5. dubio 4.* Suar. *tom.3.in 3.p.dis.47.sect.3.* Alan. *lib.1.de Eucharist.c.34.* & *seq.* Vazq. *tom.3.in 3.p.disp.181.c.3.* Bellarminus *lib.3.c.18.* Gran. *tom.5.controu.6.tract.3. disp.7.* Mærat. *tomo 3.tr.4.disp.16.*

Quæst. VI. An effectus huius Sacramenti sit prima gratia, & remissio peccati mortalis? Hic S.Th. *q.2. art.2.* Bonau. *p.2.art.1.q.2.* Rich. *art.5.q.1.* Brulef. *q.10.* Alij relati *dist.9.q.1.*

Quæst.

Quæst. VII. An, & quando hoc Sacramentum operetur augmentum gratiæ? Hîc S. Th.*q.*1.*art.*1. Bonau.*p.*2.*art.*1.*q.*3.Richard.*art.*5.*q.*2.Tarant.*q.*13. Brulef.*q.*11.Caiet.Cabeç.Suar.Vazq.Coninch, Præpos.Pesant.Sylu. & alij cum S. Thoma *3.p.quæst.*79. *art.*4.Val. *tom.*4.*disp.*6.*q.*7.*p.*1. Tann.*tom.*4.*disp.*5. *q.*7.*dub.*1.*&* 2.Henriq.*lib.*8.*c.*33.Sot. *dist* 9.*q.*1. *&* *dist.*11.*q.*2.*art.*1.Ruard.*art.*15.Gran. *tom.*5. *controu.* 9.*tr.*9.*disp.*2.*&* 7.

Quæst. VIII. An oblatio huius Sacramenti sit verum sacrificium? & in quo sacrificium consistat? Hîc Bonauent.*p.*2.*in litt.dubio* 1.*&* 2.Caiet.Cabeç. Suar. Vazq.Coninc, Præpos.Pesant.Sylu.& alij 3.*p.q.*83. *art.*1.Val. *tom.*4.*disp.*6.*q.*11.*p.*1.Tann. *tom.*4.*disp.*5. *q.*9.*dub.*1.*&* 2.Gran. *tom.*1.*controuers.*6.*tr.*14.*disp.*1. *& sequent.*

Quæst. IX. An, & quæ frequentia huius Sacramenti liceat laicis? Hîc S.Th. *q.*3.*art.*1 Bonau.*p.*2. *art.*2.*q.* 2.*&* 3. Brulef.*q.*14.*&* 15. Rich. *art.*2. *q.*3. Caiet.Cabeçud, Suar.Vazq.Coninch,Præpos.Pesant. Sylu.& alij cum S.Thoma 4.*p.q.*80.*art.*7.10.*&* 11. Val. *tomo* 4.*disp.*6.*q.*8.*p.*4. Tan. *tomo* 4. *disp.*5.*q.*8. *dub.*5.Granadus *tomo* 5.*controu.*6.*tr.*10.*disp.*11.

Quæst. X. An Sacramentum Eucharistiæ sit necessarium ad salutem? Hîc S.Th. *quæst.*3.*art.*2. Bonauentura *p.*2 *art.*2.*q.*1.Richard. *art.*2.*quæst.*2.Brulef. *quæst.*13. Caietan. Cabeçud, Suarez, Vasquez, Coninch, Præpos.Pesant.Sylui. & alij cum S.Thoma 3. *p.q.*73.*art.*3. Val.*tomo* 4.*disp.*6. *quæst.*1.*p.*5. Tann. *tomo* 4.*disp.*5.*q.*1.*dub.*4. Granad.*tomo* 5.*controuers.*6. *tr.*1.*disp.*7.

Quæst.XI.An sit effectus huius Sacraměti remissio venialium?

venialium? Hîc S.Th. *q.*1.*art.*1. Bonau. *p.*2. *art.*1. *q.*3. Rich.*art.*5.*q.*2. Tarant.*q.*13. Caietanus Cabeçud. Suarez, Vazq. Coninch, Præposit. Pesant. Syluí. & alij cum S. Thoma 3.*p.q.*79.*art.*4. Valent. *tom.*4. *disp.*6. *q.*7.*p.*1. Tanner.*tom.*4.*disp.*5.*q.*7.*dubio* 1. Gran.*tom.*5. *controuers.*6.*tr.* 9.*disp.*5.

DISTINCTIO XIII.

Si Hæretici, & excommunicati hoc Sacramentum conficiant?

PRima conclusio: Praui Sacerdotes conficiunt hoc Sacramentum, si excommunicati, & ab Ecclesiâ præcisi non sint. Primò, quia hoc Sacramentum non conficitur merito, & potestate Sacerdotis; sed verbo Creatoris, & virtute Spiritus sancti, quæ adest etiam Sacerdotibus prauis. Secundò, quia etiam Baptismus, & alia Sacramenta fiunt à ministris existentibus in peccato. Tertiò, quia sic docent Ecclesiæ Patres Augustinus libro de Corpore Domini: *Intra catholicam Ecclesiam in mysterio Corporis, & Sanguinis Domini, nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur Sacerdote.* Item Greg. vt habetur 1.*q.*1. *Multi sæcularium,* dicens: *Heu in quàm magnum laqueum incidunt, qui diuina, & occulta mysteria plùs ab aliis sanctificata fieri credant, & minùs, si illorum fiat officio, quorum vita videtur ignobilis.* Rursus Isidorus lib.6. Etymol. cap.19. *Quid melius Corpore, & Sanguine Christi? Siue ergo per bonos, siue per malos ministros intra Ecclesiam dispensetur,*

tur, Sacramentum tamen est: quia Spiritus sanctus viuificat, nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur; nec malorum attenuatur.

2 Secunda conclusio, Vt hoc Sacramentum conficiatur, duo requiruntur in conficiente, scilicet, Ordo, & intentio conficiendi. Requiritur enim legitimus minister huius Sacramenti, nempe, Sacerdos potestate Ordinis institutus, & intentio illud conficiendi. Si autem Sacerdos Hæreticus sit discredens veritati huius Sacramenti, potest illud conficere, dum intendat conficere, quod Ecclesia credit. Secus, si intendat Sacramentum conficere, quod ipse credit. Nam quod ipse credit, verum Sacramentum non est, atque adeò non potest intendere Sacramentum verum. Aut iam credet veritati Sacramenti.

3 Tertia conclusio: Excommunicati Sacerdotes hoc Sacramentum non conficiunt. Tum, quia Eucharistiæ sacrificium celebratur nomine Ecclesiæ, ideòque in ipsa oblatione non dicit Sacerdos, *Offero*, sed *Offerimus*. At excommunicati, cùm sint extra Ecclesiam, nec eius partes habeantur, non gerunt personam Ecclesiæ. Tum, quia August. *suprà* docet, hoc Sacramentum confici perferente Angelo illud in conspectum Dei, iuxta illud Missæ: *Omnipotens Deus, iube hoc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum.* At oblationem factam à Sacerdote ab Ecclesia diuiso non perfert Angelus in conspectum Dei, qui eam acceptam habere non potest, iuxta illud Malachiæ 2. *Maledicam benedictionibus vestris.* Nam, si benedictionibus se asserit maledicturum, quid erit de ipsa hostia oblata? Ergo illa non conficitur validè apud Deum ab excommunicato Sacerdote. Vnde colligitur,

ligitur, neque confici hoc Sacramentum ab Hæretico præcisſo ab Ecclesia, & excommunicato. Si autem quæras, quid sit Hæreticus? Hilarius *lib. 2. de Trinit.* respõdet, esse eũ, qui cœlestium verborũ simplicitatẽ aliter interpretatur, & intelligit, quàm veritas postulat. Augustinus verò esse, qui gratia alicuius commodi, aut gloriæ temporalis falsas, ac nouas opiniones sectatur, scilicet, pertinaciter contra institutionem Ecclesiæ.

4 Quarta conclusio: Corpus Christi à brutis animalibus verè non sumitur, nempe, à mure rodente species Sacramenti: Sacramenta enim bruta non sumunt. Quid autem brutum sumat, aut manducet sumens species sacramentales, Deus nouit, qui substituere potest substantiam, aut effectus, quos voluerit.

Annotationes.

Tertia, & quatta conclusio communiter à Theologis cum Parisiensibus improbantur. Et quidem ego fateor, ægrè sustineri posse. Nisi tertiam sic interpretemur, vt neget, hoc Sacramentum confici à Sacerdote excommunicato, non in ratione Sacramenti, sed in ratione Sacrificij ab Ecclesia oblati: hoc est, non esse oblationem, & Sacrificium Ecclesiæ, cùm eius minister non sit Sacerdos excommunicatus, vt notant Theologi explicantes excommunicationis effectus. Sacerdos enim conficit illud Sacrificium, tum nomine Ecclesiæ, tum nomine Christi. At excommunicatus, quamuis nomine Christi possit illud offerre tamen Ecclesiæ nomine, à qua præcisus est, offerre non potest. Quam mentem coniicio ex probationibus conclusionis, quæ huc tantùm diriguntur. Quarta conclusio

conclusio verò potest intelligi de sumptione, & manducatione sacramentali, distincta à physica, & naturali. Bruta enim, licet naturaliter, ac physicè sumant, & manducent hostiam consecratam; tamen sacramentaliter non manducant, nec sumunt, cùm in eorum sumptionem instituta non sit, nec in aliquem eis effectum communicandum deputata.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An malus Sacerdos conficiat validè Sacramentum Eucharistiæ? Hîc S. Thomas *quæst*.1. *art*.1. Bonau. *art*. 1. *quæst*.1. Sot. *q*.1. Scot. *q*.2. Richard. Dur. Tarant. & Gab. *q*.1. Caiet. Cabeçud, Suar. Vazq. Coninch, Præpos. Pesant. Sylu. & alij cum Sancto Th. 3.*p*.*q*.82.*art*. 1. Val. *tom*.4.*d*.6.*q*.10.*p*.1.& 5. Tann. *tom*.4.*d*.5.*quæst*.9.*dub*.3. Gran. *tom*.5. *contr*.6. *tract*. 14.*d*.9.

Quæst. II. An sacrificium mali Sacerdotis valeat minùs quàm boni? Hîc S. Thom. *q*.1.*art*.1. Bonau. *art*.1.*q*.4. Sot. *q*.1. Brulef. & Tarant. *q*.4. Caiet. Cabeçud, Suar. Vazq. Præpos. Coninch. Pesant. Sylu. & alij cum S. Thom. 3.*p*.*q*.82.*art*.6. Val. *tom*.4.*d*.6.*q*.10.*p*.5. Tann. *tom*.4.*d*.5.*quæst*.9.*dub*.3. Gran. *tom*.5.*cont*.6. *tract*.12.*d*.9.

Quæst. III. An hoc Sacramentum operetur suum effectum, quandiu manet in stomacho? De quo relati *dist*.*præced*.*q*.7.

Quæst. IV. An intentio conficiendi Sacramentum sit necessaria ad eius valorem? De quo relati *dist*. 6.*q*.5.

Quæst. V. An praua intentio Sacerdotis possit deturpare consecrationem. De quo relati *dist*.6.*q*.6.

DISTINCTIO XIV.

De pœnitentia.

PRima conclusio: Pœnitentia lapsis post Baptismum necessaria est ad salutem: tum, quia non est aliud remedium peccatorum, quæ post Baptismum committuntur: tum, quia Hieronymus *ad c. 3. Esaiæ* ait, pœnitentiam esse secundam tabulam post naufragium. Nam, sicut à naufragio peccati originalis solùm eripimur per Baptismum, qui est prima tabula salutis: sic à naufragio peccatorum personalium, in quæ labimur post Baptismum, solâ pœnitentiâ liberamur. Tum, quia Baptista Matth. 3. cœpit prædicationem à pœnitentia clamans: *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum.* Quippe ad illud obtinendum non est peccatoribus aliud medium præter Pœnitentiam. Porrò Pœnitentia dicitur à puniendo, qua quis punit in se peccata, quæ commisit, præueniens suo dolore vindictam Iudicis, & illam præcauens in futurum. Est autem duplex, scilicet, exterior, & interior. Exterior est Sacramentum Pœnitentiæ, de quo nunc instituitur sermo. Interior verò est virtus animi, qua, iuxta Ambrosium, *mala præterita plangimus, & plangenda iterum non committimus.* Iuxta Gregorium verò, *qua anteacta peccata deflemus, & flenda non committimus.*

2 Secunda conclusio: Potest esse vera Pœnitentia in eo, qui relabitur in peccata, quorum semel pœnituit. Primò, quia, iuxta Ambrosium lib. 2. de Pœnitent,

nitent. c. 10. *Hæc est vera Pœnitentia, cessare à peccato.* At potest quis hodie cessare à peccato præterito, quamuis relabatur cras in alia peccata. Secundò, iuxta Augustinum in Enchirid. c. 70. *Miserando Deus dolet commissa peccata, si non satisfactio congrua negligatur.* At hæc satisfactio congrua exhibetur per Pœnitentiam. Ergo post remissum semel vnum peccatum per veram Pœnitentiam, possunt deinde alia committi, quæ per eiusdem satisfactionem deleantur. Tertiò à priori: quia verè est pœnitens, qui commissa mala cum emendationis proposito plangit, & odit: nam vera Pœnitentia est internus dolor, & odium peccatorum. At post verum animi dolorem, & peccatorum odium, emendationisque propositum, potest homo alio deinde tempore peccare: nam vera Pœnitentia hodierna solùm auertit animum à peccando eo tempore, in quo existit; non verò in alio, in quo non existit. Ergo vera Pœnitentia præcedere potest; quamuis illam iam præteritam subsequantur peccata.

3 Opponunt quidam aliqua prolata Patrum Isidori illud lib. 2. de summ. bon. c. 16. *Irrisor est, & non pœnitens, qui adhuc agit, quod pœnitet.* Item, *Inanis est Pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat.* Gregorius lib. Syn. p. 48. *Qui commissa plangit, nec tamen deserit, pœnæ grauiori se subiicit.* Ambrosius lib. 2. de Pœnit. c. 10. *Si verè pœnitentiam agerent, iterandam posteà non putarent: quia, sicut vnum Baptisma, ita est vna Pœnitentia.* Augustinus de vera, & falsa Pœnitentia. cap. 8. *Pœnitentia est quadam dolentis vindicta, semper puniens in se, quod dolet commisisse.* Ad omnia respondetur. Primò, volunt Patres, non esse veram Pœnitentiam, quæ non excludit affectum actualem de cætero

 peccandi,

peccandi, ſed cum illo ſimul componitur. Secundò, Pœnitentiam, quam ſequens peccatum mortificat, non eſſe veram quoad effectum obtinendi ſalutem æternam, ſi homo cum ſequenti peccato decedat; vel quoad effectum mundandi, & arcendi animam à peccato futuro, quod ſimul cum præterito deteſtatur, qualiter vera, & perfecta eſt pœnitentia ſemper immaculata perſeuerans; quamuis vera ſit quoad ſufficientiam ſalutis æternæ, & quoad effectum emendationis futuræ. Itaque diſcrimen eſt inter pœnitentiam quam ſubſequitur peccatum, & eam, quam nullum peccatum ſequitur: nam illa mortificatur peccato ſequenti; iſta verò ſemper viua, & efficax perſeuerat. Mortificari verò dicitur: quia peccato impeditur accipere mercedem, quam meruerat; quin tamen omninò extinguatur, cùm præterita Pœnitentia, & cætera opera bona elicita in gratia, ablato per ſequentem Pœnitentiam peccato, illicò reuiuiſcant, & effectum ſalutis ſortiantur. Aut tertiò volunt, eam Pœnitentiam ſequenti peccato inanem, & effectu vacuam reddi: quia, aut peccata præterita redeunt, vt aliqui volunt, aut circunſtantia ingratitudinis ſequenti peccato annexa ſic aggrauat malitiam peccantis, ac ſi ea redirent. De quo vberiùs *diſt.* 22.

4 Tertia concluſio: Pœnitentia iterari poteſt cum fructu remiſſionis peccatorum. Vbi obſerua, in Eccleſia duplicem fuiſſe Pænitentiam. Alia erat ſolemnis, & publica quæ iuxta Ambroſium lib. 2. de pœnitentia, c. 11. *pro grauioribus, & manifeſtis quibuſdam delictis imponebatur facienda extra Eccleſiam in manifeſto, in cinere, & cilicio.* Alia ſacramentalis, & ſecreta, quæ in foro ſecreto Sacramenti, aut interno cordis fieri

ſolet.

solet. Prior Pœnitentia non consueuerat iterari, ne frequenti vsu contemneretur,& vilesceret, vt testatur Ambrosius *sup.* Augustinus *epist.* 54.*ad Macedon.* & Origines *hom.*15.*ad c.*25.*Leuit.* de qua Pœnitentia dixit Ambrosius sup. *Sicut vnum Baptisma, ita est vna Pœnitentia.* Posterior verò nunc asseritur iterari cum fructu salutis contra quosdam Hæreticos. qui pœnitentiam semel tantùm salubrem esse profitebantur, ne spes veniæ fideles incitaret. ad peccandum.

5 Quos primò redarguit Augustinus lib. de vera, & falsa Pœnitentia, c. 5. *Dicunt Dominum incitatorem mali, si semper peccantibus subuenit, & ei peccata placere, quibus semper præstò est gratia. Errant autẽ. Constat enim multùm ei peccata displicere, qui semper præstò est ea destruere.* Itẽ, epist. 54. ad Macedon. *In tantum hominũ iniquitas aliquando progreditur, vt etiam post peractã pœnitentiam, & reconciliationem, vel similia, vel grauiora committant. Et tamen Deus facit super tales oriri Solem suum; nec minùs tribuit. quàm anteà tribuerat largissima munera vitæ, atque salutis.* Secundò Chrysostomus hom. 20. in c. 10. ad Heb. *Quidam exurgunt pœnitentiam auferentes, quasi per pœnitentiam non valeat pector post lapsum resurgere secundò & tertiò, & deinceps.* Rationemque reddit *hom. de reparatione lapsi,* & habetur de pœn. dist. 3. *Talis, mihi crede, talis est erga homines pietas Dei: nunquam spernit pœnitentiam, si ei sincerè, & simpliciter offeratur, etiamsi ad summum quis perueniat malorum.* Tertiò, ratione Augustini arguitur: quia impium est, & sacrilegũ, credere nihil prodesse ad vitam post primam Pœnitentiam peccanti, si blandimenta voluptatũ contempserit, si se pœnitendo acerbiùs, quàm priùs excruciauerit, si vberiùs fluerit, si

Quæst. IV. Quinam sint Pœnitentiæ capaces? Hîc Gabriel *quæst.* 1. Caietan, Cabeçud, Suarez, Vazq. Torres, Coninch, Præposit. Pesantius, Sylui. & alij cum S. Thoma *3. p. q.* 85. *art.* 4. Val. *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 15. *p.* 1. Tann. *tom.* 4. *d.* 6. *q.* 2. *dub.* 4. Gran. *tom.* 5. *controvers.* 7. *tr.* 13. *d.* 1. *& seq.*

Quæst. V. An Sacramentum Pœnitentiæ sit necessarium ad salutem? Hîc Bonau. *p.* 1. *dub.* 1. *in litt.* Gabr. *q.* 2. S. Thomas *q.* 2. *art.* 5. Caiet. Cabeçud. Suar. Vazq. Torres, Coninch, Præposit. Pesant. Sylui. & alij cum S. Th. *3. p. q.* 84. *art.* 5. Val. *tom.* 4. *d.* 7. *q.* 1. *p.* 6. *& q.* 9. *p.* 2. Tann. *tom.* 4. *d.* 6. *q.* 1. *dub.* 3. Granad. *tom.* 5. *controuers.* 7. *tr.* 1. *disp.* 7.

Quæst. VI. An merita peccato interrupta redeant cum pristina gratia quoad omnes gradus, per Pœnitentiam, & iustificationem sequentem? Hîc S. Th. *q.* 2. Bonau. *p.* 2. *art.* 2. Scot. *q.* 1. Durandus *q.* 2. Gabriël *q.* 3. Richard. *art.* 8. Tarant. *q.* 18.

DISTINCTIO XV.

Quòd pluribus irretitus peccatis non potest pœnitere de vno verè, nisi de omnibus pœniteat.

CONclusio est: Non potest esse pœnitentia efficax ad remissionem vnius peccati, quin ad omnium, quorum pœnitens reus est. Probat Augustinus ex professo lib. de vera & falsa pœnitentia, cap. 9. Primò ex illo Ioann. 7. *Deus totum hominem sanauit in*

Sabbatho, ſcilicet, *quia & corpus ab omni infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit, indicans, pœnitentem oportere ſimul dolere de omni crimine.* Confirmat exemplis: nam Dominus ſimul mutum & ſurdum liberauit; *per hoc docens nos, nunquam niſi de omnibus, ſanari.* Item, habenti ſeptem Dæmonia, *ſi vellet peccata ex parte reſeruari*, manente vno proficere poterat ſex expulſis; *expulit autem ſeptem, vt omnia crimina ſimul eiicienda doceret.* Rurſus legiones Dæmorum ab alio eiiciens nullum reliquit de omnibus, *oſtendens, quod, etſi peccata ſint mille; oportet de omnibus pœnitere.* Secundò, ratione: quia omnis remiſſio peccati fit per gratiam, & amicitiam Dei. At per gratiam, & amicitiam Dei non poteſt remitti vnum peccatū ſine alio. *Scio enim Dominum inimicum eſſe omni criminoſo. Quomodo ergo, qui crimen ſeruat, de alio recipiet veniam? ſine amore Dei conſequeretur veniam, ſine quo nemo vnquam inuenit gratiam.* Tertiò ex Innocentio II. *de pœn. diſt. 5. cap. Fratres noſtros.* docente, *falſam pœnitentiam eſſe, cùm ſpretis pluribus, de vno ſolo pœnitentia agitur; vel, cùm ſic agitur de vno, vt non diſcedatur ab alio.* Quæ concluſio ex ſolutione argumentorum aduerſæ partis magis conſtabit.

2 Ergo contraria ſententia ſic arguit: Poteſt quis cum vero dolore animi confiteri vnum peccatum, & ſatisfactionem pro eo impoſitam explere, diſſimulatis aliis, quorum reus eſt. At hoc peccatum remittitur à Deo per pœnitentiam abſque aliis. Nam Nahum 1. *Non iudicabit bis in id ipſum*; iudicaret autem bis, ſi per eam pœnitentiam, & ſatisfactionem non eſſet dimiſſum. Confirmatur ex Hieronymo, qui explicans eum locum ait, *Deum genus humanum diluuio, Sodo-*

mitas

tas igne, Ægyptios mari, & Israëlitas in eremo perdidisse, ne in æternum puniret: quia non iudicabit bis Deus in idipsum. Secundò, Gregorius *homil.* 10. *super Ezechiel.* docet, Dominum pluere super vnam ciuitatem, & non super aliam. *Quia sunt quidam, qui cùm quadam vitia recensent, in aliis grauiter perdurant.* Tertiò, Ambrosius serm. 18. sup. Psalmo 118. *Etsi fides desit, pœna satisfacit, & releuat.* Quartò, quia satisfactio imposita pro vno peccato, & à pœnitente expleta non potest iterari. Ergo peccatum illud dimissum est. Nam, si dimissum non esset, subiiceretur alteri satisfaction i, & pœnitentiæ. Quod videtur rationi dissonum.

3 Ad primum respondetur: Deus non iudicat bis peccatum, quando peccatum emendatur, & remittitur. At vnum peccatum non remittitur sine alio. Neque obest, in vita puniri peccatorem pro illo: quia peccata, quæ supplicio æterno castigantur, interdum etiam castigantur temporali. Nam, vt Augustinus docet in eum locum Nahum, flagella Dei multis de causis contingunt. Primò, ad augmentum meriti, vt Iob. Secundò, ad custodiam virtutum, & humiliationem iustorum, vt Paulo. Tertiò, ad correctionem peccatorum, vt Mariæ lepra. Quartò, ad gloriam Dei, vt cæco nato. Quintò, ad incohationem pœnæ debitæ pro peccato, vt Herodi. Sic igitur potest in hac vita temporalis pœna castigare peccatum, & initiare æternam, qua in alia puniendum est. Ad confirmationem: Hieronymus solùm vult, Deum suppliciis temporalibus punire peccatores, vt omnium suorum peccatorum pœnitentiam agant, & pœnas æternas euitent, vt ibidem docet de fideli deprehenso in adulterio, cui

decollatio

collatio non eſt pœna ſufficiens ad illam deuitandam, niſi Pœnitentia pro omnibus peccatis compenſet. Ad ſecundum: Gregorius tantùm docet, Deum peccatoribus auxilia efficacia gratiæ largiri ad emendationem vnius vitij, quin ad emendationem alterius; quibus ſolùm cauentur peccata, & ſupplicia pro illis futura; non verò remittuntur præterita. Ad tertium: Ambroſius per fidem intelligit conſcientiam: quia deficiente ſcientia peccati poteſt pœnitentia pro illo ſatisfacere; ſed non abſque ſatisfactione omnium. Ad quartum: Satisfactio vnius tantùm peccati, & non aliorum, non eſt condigna, & ſufficiens ad eius remiſſionem, atque adeò poſteà ſimul cum aliis tale peccatum ſatisfactione compenſandum eſt. Quod docere videtur Auguſtinus *de eccleſ. dog. cap.* 54. *& in Enchir. à c.* 72. dicens, non eſſe ſatisfactionem ſufficientem, quæ non excidit omninò peccata; atque adeò eum, qui eleemoſynas frequentat, non impetrare veniam peccatorum, niſi ſibi ipſi miſericors ſit, delens ab anima peccatum per odium ipſius, & dilectionem Dei, quæ eſt eleemoſyna, per quā Luc. 11. *omnia munda ſunt nobis.* Vbi obiter explicat varia eleemoſynarum genera, quæ non ſufficient mandare animam ſine illa, qua quis ſibi miſericors eſt, quam ait, eſſe pœnitentiam generalem, omnium peccatorum mundatricem.

4 Vnde colligitur, pœnitentiam, & ſatisfactionem exhibitam à peccatore pro vno tantùm peccato non prodeſſe ad vitam æternam, etiamſi poſteà aduenia pœnitentia, & ſatisfactio aliorum. Quia illa pœnitentia hominem relinquit in peccato, atque adeò non mortificata, ſed mortua eſt, iuxta Apoſtolum Hebr. 6. *Iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis.*

At

At opera mortua non reuiuiscunt per sequentem pœnitentiam, sed tantùm mortificata. Confirmatur: quia, vt opus bonum ferat fructum vitæ æternæ, debet seminari in terra bona. At, dum anima est in peccato, opus bonum non seminatur in terra bona.

5 Oppositum sentiunt alij. Tum, quia Augustinus lib. de vera, & falsa Pœnitentia, cap. 14. ait: *Pium est credere, vt cùm gratia Christi in homine destruxerit mala priora, etiam remuneret bona.* Tum, quia ait Hieronymus commentar. Aggæi 1. *Si quando videris inter multa peccata quenquam facere aliqua iusta opera, non est tam iniustus Deus, vt propter multa mala obliuiscatur paucorum bonorum; sed faciet ea metere, & in horrea congregare, quæ bona in terra seminauit.* Respondetur primò: Hi Patres loquuntur de operibus elicitis in statu gratiæ; & deinde mortificatis per peccatum, quæ per sequentem pœnitentiam, & iustificationem reuiuiscunt cum fructu vitæ æternæ. Secundò, differunt de operibus elicitis in statu peccati, propter quæ Deus largitur remunerationem temporalem, & minuit pœnas grauiores æternas, quibus aliàs erat castigandus peccator; vt docet Augustinus *lib. de patientia, cap. 26.* de illo Schismatico, qui propter fidem vnius articuli sustinet pœnas martyrij. Quod etiam dicendum est de operibus elicitis in statu gratiæ ab eo, qui posteà decedit in peccato: quia ea opera, licet non ferant fructum vitæ æternæ, vt dicitur *Ezechiel. 33.* & exponitur à Gregor. *lib. 1. hom. 11. sup. Ezechiel.* tamen prosunt ad minuendas pœnas, quas reprobus aliàs non incumbens bonis operibus, sed malis, sustineret.

6 Colligitur secundò, eam Pœnitentiam, & satisfactionem,

factionem, quæ ita deteſtatur omnia peccata præterita, vt non deteſtetur etiam omnia futura, non ſufficere ad remiſſionem peccati. Ideò enim ait Hieronymus ad illud Matthæi 27. *Quid ad nos.* non profuiſſe Iudæ ſuam pœnitentiam, quia proditionem Chriſti ſic deteſtatus eſt, adderet proprij homicidij culpa. Item, qui rem alienam iniuſtè abſtulit, quam reſtituere poteſt, non conſequitur veniam peccati, quamuis illius pœniteat, niſi efficaciter eius reſtitutionem decernat: Secus verò eſt, ſi damnum rei ablatæ reparare non valet, vt ſi oculum fratri demat: tunc enim poteſt Pœnitentia abſque reſtitutione prodeſſe: quia ſufficit affectus reſtitutionis, vbi reſtitutio impoſſibilis eſt: ad impoſſibile enim nemo tenetur.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An poſſit remitti vnum peccatum mortale ſine alio ex natura rei? Hîc Bonauentura *part.* 1. *art.* 1. *quæſt.* 2. S. Thomas *quæſt.* 1. *artic.* 3. Richardus & Tarant. *quæſt.* 6. Sotus *quæſt.* 1. *art.* 4. Caietanus, Cabeçudo, Suarez, Vazquez, Torres, Coninch, Præpoſit. Peſant. Sylu. & alij cum S. Thoma 3. *p. quæſt.* 86. *art.* 3. Item, Caietanus, Medina, Zumel, Lorca, Cur. Vazquez, Peſant. Conrad. & alij cum S. Thoma 1. 2. *quæſt.* 113. Valentia *tom.* 4. *diſp.* 7. *q.* 3. *p.* 3. Tannerus *tom.* 4. *diſputat.* 6. *q.* 3. *dub.* 1. Granadus *tom.* 5. *contr.* 7. *tr.* 3. *diſp.* 4. *&* 7.

Quæſt. II. An poſſit remitti vnum peccatum ſine alio diuinitùs? Interpretes Magiſti, & alij relati *quæſt. præced.*

Quæſt. III. An poſſit homo iuſtificari ſine dono inhærenti?

inhærenti? Hîc Bonauentura *p.* 1. *art.* 1. *q.* 3. Richard. *q.* 7. Brulef. *q.* 3. Tarant. *q.* 8. Marsil. *q.* 11. *art.* 2. Gabr. *q.* 1. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 16. *q.* 6.

Quæst. IV. An solus actus charitatis sit æqualis compensatio pro peccato, aut forma iustificans? Hîc Bonauentura *p.* 1. *art.* 1. *q.* 1. Tarant. & Brulef. *q.* 1. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 17. *q.* 5.

Quæst. V. An grauitas peccati sit infinita, vt nequeat homo satisfacere pro illa? Hîc Bonauentura, Tarant. & Brulef. *q.* 1. Alij relati *lib.* 2. *dist.* 42. *q.* 7.

Quæst. VI. An satisfactio fieri debeat per opera pœnalia? Hîc S. Thomas *quæst.* 1. *art.* 4. Bonauent. *p.* 2. *art.* 1. *quæst.* 3. Tarant. *quæst.* 7. Brulef. *quæst.* 9. Rich. *quæst.* 3. Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. *quæst.* 14. *part.* 3. Tannerus *tom.* 4. *disp.* 6. *quæst.* 8. *dub.* 2. Bellarmin. *lib.* 4. *de pœnitent. cap.* 4. Suarez *tom.* 4. *in* 3. *part. disput.* 37. *sect.* 6. Sotus *distinct.* 19. *quæst.* 2. *art.* 1. Ledesma *q.* 14. *art.* 2. *disp.* 2. Vazquez *in* 3. *p. quæst.* 94. *art.* 1. *disp.* 5. Henriquez *lib.* 5. *cap.* 19. Gran. *tom.* 5. *cont.* 7. *tract.* 12. *disp.* 1.

DISTINCTIO XVI.

De tribus, quæ in Pœnitentia consideranda sunt.

PRima conclusio: Ad perfectam Pœnitentiam tria requiruntur, contritio cordis, confessio oris, & satisfactio operis. Primò, quia sic docent sacræ Litteræ. Contritio commendatur Ioël. 2. *Scindite corda vestra.* Confessio Prou. 18. *Iustus in principio accusator est*

est sui. & Iacobi 5. *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Satisfactio verò Matth. & Luc. 3. *Facite dignos fructus pœnitentiæ.* Secundò, sic testatur Chrysostomus serm. 29. de pœnit. *In corde contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas, hæc est fructifera Pœnitentia.* Tertiò, perfecta Pœnitentia debet prouidere tribus malis, seu mortibus animæ, quarum prima contingit in corde, cùm prauæ suggestioni consentimus, secunda in ore, cùm consensus extrà profertur officio, & diligentia verborum; tertia in opere, cùm tandem exequutioni mandatur. Quæ genera mortis præfigurant tres mortui, quos Dominus suscitauit, alium in domo alium extra domum, alium iam fœtidum in sepulcro. At huic triplici mortis generi occurritur contritione confessione, & satisfactione. Ergo hæc tria spectant ad veram pœnitentiam. Hæc ratio sumitur ex Aug. *lib.* 1. *de serm. in monte, cap.* 23.

2 Secunda conclusio: Ad veram pœnitentiam plura iuxta quantitatem, & qualitatem criminum consideranda sunt. Sic Augustinus *de vera & falsa pœnit. à cap.* 14. Nam primò ad veram contritionem cordis cogitare quis debet qualitatem criminis iuxta circunstantias loci, temporis, durationis, personæ, & alias: an, scilicet, loco sacro, an tempore sacrificio Missæ, & orationi deputato, an diuturna perseuerentia, an sacris Ordinibus decoratus, an plena aduertentiâ, aut absque impetu passionis turbatus commiserit, vt non solùm de crimine, sed de circunstantiis aggrauantibus malitiam doleat. Secundò, confessio debet esse integra, vt vni Sacerdoti omnia, & non alia vni, & alia alteri peccata manifestet. Tertiò, vt satisfactio sit condigna, & fructus dignos pœnitentiæ edat, paratus

tùs accedat ad agendam Pœnitentiam, quæ sibi à Sacerdote fuerit iniuncta: tum ad perficiendum pro vita animæ, quæ pro vita corporis perficeret: tum ad restituendum iniustè ablatum: tum ad deponendum odium cum fratre: tum ad deserendum officia, & negotia, quæ animo laquei sunt, & occasio peccandi. Aliter enim Pœnitentia falsa est, vt docet Gregorius 7. *de pœnitent. dist. 5. cap. Falsas.*

3 Tertia conclusio: Triplex est Pœnitentia, iuxta triplicem statum pœnitentis: prima, in statu peccati originalis commissorum ante Baptismum: secunda, in statu peccati mortalis post Baptismum: tertia, peccatorum venialium in statu iustitiæ. Sic Augustinus *homil. de vtilit. Pœnit. cap. 3. & 4. & lib. de medicina Pœnit. c. 2. & epist. 108. ad Seleucium.* De Pœnitentia ante Baptismum est illud Petri Actor. 2. *Agite pœnitentiam & baptizetur vnusquisque vestrûm in nomine Domini.* Quod de solis adultis, qui peccati personalis capaces sunt & libero vtuntur arbitrio, non de paruulis accipiendum est. De Pœnitentia mortalium post Baptismum sunt omnia, quæ hucvsque dicta sunt, & materia illius continetur in præceptis Decalogi. De Pœnitentia venialium in statu iustitiæ est illud, quod oratione Dominica etiam Sancti quotidie deprecantur: *Dimitte nobis debita nostra.* Venialia enim etiam iustis facilè irrepunt, & Pœnitentia deleri debent, cùm interdum animam opprimant, & in naufragium per grauiora ferant, ac aliqua grandia peccata. Parum enim interest, aut naufragium animæ impulsu grauium peccatorum, an leuium inceptum, & factum sit. Ideò ad leuium peccatorum satisfactionem, & pœnitentiam adhibenda est oratio quotidiana, pectoris tunsio,

ieiunium, eleemosyna, & alia, quæ pro grauioribus adhibentur: quanquam & hæc comitari debeat aliqua interior cordis contritio, & interdum etiam oris confessio, vt opportunè, & efficaciter eis medeamur.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Quænam sint partes Sacramenti Pœnitentiæ? Hîc Bonau. *in litt.dub.*1. S.Th. *q.*1.*art.*1. Gabr. & Durand. *q.*1. Caiet.Cabeçud, Suar.Vazq. Torres,Coninch, Præpos. Pesant.Sylu. & alij 3.*p.q.*84.*art.*1.2.*&* 3.*&* *q.*90.*art.*1.*&* 2.Val.*tom.*4.*disp.*7.*q.*7.*p.*1.Tann.*tom.*4.*d.*6.*q.*1.*dub.*2.Gran.*tom.*5.*cont.*7.*tr.*1.*disp.*5. *&* *tract.*7.

Quæst. II. An dolor de peccatis exigat intentionem? Hîc Bonau.*p.*1.*art.*4.*q.*1.*&* 2. Tarant.*q.*10.*&* 14.Brulef.*q.*7.*&*8.Gab.*q.*1.Val.*tom.*3.*disp.*7.*q.*8.*p.*5. Sot.*dist.*17.*q.*2.*art.*4. Can. *Relect.de Pœnit.p.*3.*q.*5. Med.*tr.*1.*q.*5.Tann.*tom.*4.*disp.*6.*q.*6.*dub.*2.Vega *lib.*13.*c.*24.Suar. *tom.*4.*in* 3.*p.d.*4.*sect.*4. Gran. *tom.*5.*contr.*7.*tr.*2. *disp.*7.*sect.*3.

Quæst. III. An exigat durationem? Hîc Bonau.*p.*1.*art.*3.*q.*1.Brulef.*q.*5. Tarant. *q.*13. Sot. *q.*2.*art.*4. Suar.*tom.*4.*in* 3.*p.dip.*4.*sect.*5. Val.*tom.*4.*disp.*7.*q.*8.*p.*1.*&* 2.Vega *lib.*13.*in Trid.c.*23.Tann.*tom.*2.*disp.*6.*q.*6.*dub.*5.*&* *tom.*4.*disp.*6.*q.*6.*dub.*2.Med.*tr.*1.*de Pœnit.q.*5.Gran.*tom.*5.*contr.*7.*tr.*2.*disp.*7.*sect.*3.

Quæst. IV. An peccatum veniale possit remitti sine præuio dolore? Hîc S. Thom. *quæst.*2.*art.*2. Bonau.*p.*2.*art.*3.*quæst.*2.Argènt. *quæst.*1.*art.*4. Tar. *quæst.*16. Gab. *quæst.*1. Caietan. Cabeçud, Suarez, Vazquez,

Vazq. Torres, Coninch, Præpos. Pesant. Sylu. & alij cum S. Thoma *3.p.q.87.art.1.* Val.*tom.4.disp.7.q.4.p.1.* Tann.*tom.4.disp.6.q.4.dub.1.* Granad.*tom.5.cont.7.tract.4.disp.2.&* 3.

Quæst. V. An possit remitti sine infusione nouæ gratiæ iustificantis? Hîc S. Thomas *quæst.2. art.2.* Gabr. *quæst.5.* Durand. *quæst.2.* Caietan. Cabeçud. Suarez, Vazquez, Torres, Coninch, Pesant. Præpos. Sylu. & alij *3.p.quæst.87.art.2.* Valent.*tom.4.disp.7.q.4.p.2.* Tann.*tom.4.disp.6.q.4.dub.3.* Gran. *tom.5.cont.7.tr.4.disp.5.*

Quæst. VI. An cicunstantiæ aggrauantes malitiam intra eandem speciem sint necessariò confitendæ? Hîc S. Thomas *q.3.art.2.* Dur.*quæst.4.* Richard *art.3.q.5.* Arbert.*art.24.* Paludan. *q.3.art.3.* Carthus. *q.2.* Val. *tom.4.disp.7.q.11.p.1.* Vazq. & Torres *3.p.q.91.dubio 2.* Sot.*dist.18.q.2.art.4.* Ledesma *2.p.4.q.8.art.4.dub.5.* Suarez *tom.4.in 3.p.disp.22.sect.3.* Henriq. *lib.5.c.7.* Tannerus *tom.4.disp.6.q.7.dub.3.* Gran.*tom.5.contr.7.tr.9.disp.9.*

DISTINCTIO XVII.

Tria proponuntur quærenda: primum, an sine confeßione dimittatur peccatum? &c.

QVæritur primò: An confessio, & satisfactio exterior necessaria sit ad remissionem peccati; an sola contritione cordis ante confessionem, & satisfa-

ctionem remittatur peccatum? Prima ſententia docet non eſſe, neceſſariam confeſſionem, & ſatisfactionem externam. Primò ex illo Pſalm. 31. *Dixi: Confitebor aduersum me iniuſtitiam meam Domino. & tu remiſiſti*, &c. Vbi Propheta docet, remiſſum ſibi peccatum; ſolùm quia dixit, hoc eſt, Interprete Caſſiodoro, deliberauit, confiteri. Quod expendens Caſſiodorus: *Magna*, ait, *pietas Dei, quod ad ſolam promiſſionem peccatum dimiſerit*. Item, Auguſtinus: *Nondum pronuntiat: promittit ſe pronuntiaturum; & Deus dimittit*. Ergo non requiritur confeſſio exhibita. ſed promiſſa. Secundò ex illo Pſalm. 50. *Sacrificium Deo, ſpiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum, Deus, non deſpicies*. Igitur ſufficit ad placandum Deum contritio cordis. Tertiò, ex illo Ezechiel. 18. *Quacunque hora peccator conuerſus fuerit, & ingemuerit, vita viuet, & non morietur*. Vbi non dicitur, confeſſus fuerit; ſed, *conuerſus ingemuerit*: quia ſola conuerſio interior, ore tacente, veniam conſequitur. Quartò, quia leproſi illi, quibus *Luc*. 7. Dominus præcepit, vt oſtenderent ſe Sacerdotibus, in itinere, antequam ad Sacerdotes accederent, mundati ſunt: ſcilicet, quia priuſquam Sacerdoti confiteamur peccata, à lepra peccati mundamur. Denique, quia Lazarus *Ioan*. 11. non priùs eductus eſt de monumento, & poſt à Domino ſuſcitatus: ſed intus ſuſcitatus prodiit foras viuus, vt oſtenderetur ſuſcitatio animæ præcedere confeſſionem, docente Auguſtin *ſerm. 8. de verbis Domini*.

2 Secunda ſententia tuetur, neceſſariam eſſe confeſſionem, & ſatisfactionem externam. Confeſſio docetur neceſſaria Eſaiæ 43. *Dic tu iniquitates tuas, vt iuſtificeris*. Quod expendens Ambroſ. *lib. de Paradiſo, cap.*

cap.14. ait: *Non potest quisquam iustificari à peccato, nisi peccatum ipsum antea fuerit confessus.* Item, Chrysostomus de pœnitentia, dist. 1. *Non potest quisquam gratiam Dei accipere, nisi purgatus fuerit ab omni peccato per Pœnitentiæ confessionem.* Rursus, Augustinus *lib*. 80. *homil. tom*. 49. idem probat: quia alias frustrà essent datæ Ecclesiæ claues soluendi, atque ligandi, si posset dimitti peccatum absque iudicio externo Pœnitentiæ. Satisfactio docetur necessaria ab Augustino lib. de continentia, c. 6. *Nullus debitè grauioris pœnæ accipit veniam, nisi qualencunque, etsi longè minorem, quam debeat, soluerit pœnam.* Item, Hieronymus *de Pœnit. dist*. 1. c. *Qui Sanctus*. dicens: *Qui peccator est, plangat delicta, & dormiat in sacro, vt præteritas delicias, per quas Deum offenderat, vitæ austeritate compenset.* Ergo doctrina Patrum est, tum confessionem, tum satisfactionem externam esse necessariam ad remissionem peccati.

3 In hac quæstione conclusio est, confessionem, & satisfactionem non esse necessariam in re; sed in re, aut in voto contritionis internæ. Prior pars ostenditur argumentis primæ sententiæ. Posterior verò argumentis secundæ. Item, quia confessio exterior præcepta est. Ergo in contritione iustificante debet adesse votum confessionis. Atque adeò, vbi adsit copia Confessoris, & potestas confitendi, non potest obtineri iustificatio sine ipsa confessione. Obseruandum tamen est primò, compunctionem, & contritionem cordis, per quam remittitur peccatum, esse supernaturalem, & non sufficere naturalem. Nam, vt ait Augustinus enarratione ad Psalm. 50. *Iam donum Spiritus sancti habet, qui confitetur, & pœnitet: quia non potest*

esse confessio peccati, & compunctio in homine ex se ipso. Ergo necessaria est contritio elicita auxilio gratiæ, Obseruandum secundò, non frustrà subjici confessioni peccatum, quod per solum votum dimissum est: tum, quia ea confessio prodest ad satisfactionem temporalem pœnæ, cuius reus est post remissionem culpæ: tum, quia à Sacerdote adhibetur medicina morbo opportuna: tum, quia pœnitens eò humilior, & correctior existit.

4 Quæritur secundò: An confessio oris necessaria ad iustificationem facienda sit Sacerdoti, an fieri sufficiat soli Deo? Sunt enim, qui soli Deo factam sufficere arbitrantur. Primò, quia *Psalm.* 31. ait Propheta: *Dixi: Confitebor Domino, & tu remisisti*, &c. Vbi non nouit Propheta confessionem faciendam Sacerdoti, sed Deo: & tamen ait, remissum sibi peccatum. Secundò, quia Petrus *Lucæ* 10. solis lacrymis absque confessione Sacerdotis deleuit culpam. Quod expendens Ambrosius *lib.* 10. *super Lucam, ad c.* 22. ait: *Lauant lacrymæ delictum, quod voce pudor est confiteri, & veniæ fletus consulit, & verecundiæ.* Item, Chrysostomus homilia 31. ad cap. 12. Hebr. *Non dico tibi, vt te prodas in publicum, neque apud alios accuses: sed reuela Deo viam tuam. Ante Deum ergo confitere peccata, non lingua, sed conscientiæ tuæ memoria: & tunc demum spera te misericordiam posse consequi.* Eadem habet homilia 2. in Psalm. 50. *Si confunderis alicui dicere peccata, dicito Deo, qui curat ea.* Demum Prosper lib. 2. de vita contemplatiua, cap. 7. *Si ipsi sui Iudices peccatores fiant, & sic in se voluntariam pœnam seuerissimæ animaduersionis exerceant, temporalibus pœnis mutabunt æterna supplicia.* Et inferiùs: *Faciliùs Deum placabunt*

illi

illi, qui aut propriis confessionibus crimen produnt, aut nescientibus aliis ipsi in se voluntaria excommunicationis ferunt sententiam. Ergo, quãuis aliis tegãtur peccata, poterunt remitti detecta soli Deo.

5 Rectiùs tamen alij tuentur, confessionem faciendam Sacerdoti, & non soli Deo. Primò ex illo Iacobi 5. *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Vbi præscribitur confessio facta homini. Secundò ex Augustino homilia 50. de vtilitate Pœnitentiæ, cap. 11. *Iudicet seipsum homo voluntariè, dum potest; & veniat ad Antistites, per quos illi claues ministrantur Ecclesi.* Item, lib. de vera & falsa Pœnitentia, cap. 10. *Quem pœnitet, omninò pœniteat, & repræsentet vitam suam Deo per Sacerdotem, praueniat iudicium Dei per confessionẽ.* Quod ea ratione confirmat: *Quia præcepit Dominus mundandis, vt ostenderent ora Sacerdotibus, docens, corporali præsentia confitenda peccata, non per scripta, aut nuntium manifestanda.* Tertiò ex Leone Papa in epist. ad Inquis. *Multiplex misericordia Dei, ita lapsibus subuenit humanis, vt non modò per Baptismum; sed etiam per Pœnitentiam spes vitæ reparetur; sic diuinæ voluntatis præsidiis ordinatis, vt indulgentia Dei, nisi supplicationibus Sacerdotum nequeat obtineri.*

6 Ad argumenta primæ sententiæ vnica solutione respondetur: Confessio exterior Sacerdoti facienda necessaria est post promulgationem Euangelij; eáque solùm auricularis, & secreta; non solemnis, & publica, quæ olim fidelibus solita erat. Ideò Propheta, & Petrus consequuti sunt veniam peccatorum sola confessione facta Deo: quia tunc non erat institutum Sacramentum Confessionis. Ambrosius verò, Chrisostomus, & Prosper differunt de

confessione solemni, & publica coram multis in Ecclesia facta, quæ planè necessaria non est. Quod expressit Chrysostomus dicens : *Non tibi dico, vt te prodas in publicum.*

7 Quæritur tertiò : An confessio facta homini laïco sufficiat ad remissionem peccati? Respondetur: Confessio, dum potest, Sacerdoti facienda est: eo autem deficiente, prodest ad iustificationem facere socio, quanquis laïco. Prior pars probatur: tum, quia solis Sacerdotibus commissa est à Deo, *Matthæi* 16. potestas ligandi, atque soluendi : tum, quia leprosi iussi sunt coram Sacerdotibus stare : tum, quia id probant testimonia adducta pro superiori sententia. Posterior pars probatur : tum, quia votum Confessionis sacramentalis sufficit ad iustificationem : deficiente autem Sacerdote hoc votum satis exprimitur Confessione facta laïco : tum quia leprosi quærentes Sacerdotes, dum irent, & aliis occurrerent, in via mundati sunt. Vtranque partem confirmat Augustinus de vera, & falsa Pœnitentia, c.10. *Qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiã quærat Sacerdotem, qui sciat ligare, & soluere. Tanta verò est vis confessionis, vt si desit Sacerdos, confiteatur proximo : fit enim dignus venia Sacerdotis desiderio, qui confitetur socio.* Beda verò ad illud Iacobi 5. *Confitemini alterutrum,* doctrinam explicat, vt ad veniam mortalium quærendus sit Sacerdos : quia sola mortalia sunt materia necessaria Confessionis sacramentalis : ad venialium verò sufficiat humilis Confessio cuius socio, & proximo facta ; quia non sunt venialia materia Confessionis necessaria. Cæterùm, quia sunt materia sufficiens, & Confessio sacramentalis est efficacissimum omnium remedium, etiam

etiam ad remissionem venialium; ideò etiam venialia, dum adest copia Confessoris, iudicio ipsius subiicienda sunt.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Confessio sacramentalis sit necessaria ad salutem? Hîc S. Thom. *q.3.art.1.* Durand *q.9.* Alij relati *dist.14.q.4.*

Quæst. II. An sit præceptum diuinum Confessionis, & quando obliget? Hîc S. Thomas *quæst.3.art.1.* Durand. *quæst.8.* Bonauent. *part.2. artic.1. quæst.3.* Tarant. *quæst.21.* Gabr. *q.1.* Valentia *tom.4.disp.7.q.9.p.2.* Tannerus *p.2.tom.4.disp.6.q.7.dubio 1.& 8.* Sot. *dist.18.quæst.1.art.1.* Suarez *tom.4.in 3.part. disp.16.& 35.* Vazquez, & Torres *3.part.q.90.art.1.* Bellarminus *lib.2.de Pœnitentia, cap.6.& seq.* Granadus *tom.5.contr.7.tr.1.disp.8.*

Quæst. III. An, & quomodo obligemur ad Confessionem annuam? Hîc S. Thomas *quæst.3.art.1.* Dur. *q.14.* Bonauentura *p.2.art.2.q.1.& part.3.art.1.q.2.* Argentina *quæst.2.art.4.* Tarant. *quæst.29.* Gabriel. *q.1.* Valentia *tom.4.disp.7.q.9.* Tannerus *tom.4.disp.6.q.7.dubio 8.* Suarez *tom.4.in 3.p.disp.36.* Henriquez *lib.4.cap.4.& 5.* Sotus *dist.18.quæst.1.* Medina *de Pœnitentia, q.18.* Nauarrus *cap.41.* Antonius *2.part.tit.9.§.3.* Victoria *summa num.135.& sequent.* Granadus *tom.5.contr.7.tr.1.disp.9.*

Quæst. IV. An circunstantiæ peccati aggrauantes malitiam intra speciem, sint materia necessaria Confessionis? Hîc Bon. *p.3.art.2.q.3.* Richard. *art.3.q.5.* Tarant. *q.27.* Brul. *q.20.* Alij relati *dist.præc.q.6.*

Quæst. V. An peccatum veniale sit materia Confessionis? Hîc Bonau. *p.* 3. *art.* 2. *q.* 1. Tar. *q.* 25. Brulef. *q.* 18. Caiet. Cabeçudo, Suar. Vazq. Coninch, Torres, Præpositus, Pesantius, Sylui. & alij cum S. Th. 3. *p.* *q.* 84. *art.* 2. Val. *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 1. *p.* 2. Tann. *tom.* 4. *disp.* 6. *q.* 1. *dub.* 2. *&* *q.* 4. *dub.* 4. Gran. *tom.* 5. *contr.* 7. *tr.* 4. *disp.* 1.

Quæst. VI. An contritio perfecta sine confessione in re, & infusione gratiæ sufficiat ad iustificationem? Hîc Dur. *q.* 2. Bonau. *part.* 1. *art.* 1. *q.* 1. *&* 4. Scot. *q.* 1. *&* 2. Brulef. *q.* 1. *&* 4. Rich. *art.* 4. *q.* 2. Tarant. *q.* 38. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 17. *q.* 5.

Quæst. VII. An possit quis ad iustificationem disponi per motus elicitos viribus naturæ? Hîc S. Th. *quæst.* 1. *art.* 2. Bonauentura *part.* 1. *art.* 1. *quæst.* 2. Richardus *art.* 4. Tarant. *q.* 39. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 41. *q.* 5. *&* 6.

Quæst. VIII. An possit quis iustificari sine dono inhærenti? Hîc S. Thomas *quæst.* 1. *art.* 3. Bonauent. *part.* 1. *art.* 1 *quæst.* 1. Scotus *quæst.* 2. Richardus *art.* 4. *quæst.* 2. Tarant. *quæst.* 38. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 16. *quæst.* 6.

Quæst. IX. An possit esse Confessio sacramentalis informis? Hîc S. Th. *q.* 3. *art.* 4. Gabriel *q.* 1. Maior *q.* 9. Val. *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 11. *part.* 2. Tann. *tom.* 4. *disp.* 6. *q.* 7 *dub.* 6. Vazquez, & Torres *q.* 92. *art.* 2. *&* 3. Vega *lib.* 13. *in Trident.* 34. *&* 36. Ledesma 2. *part.* 4. *q.* 8. *artic.* 1. *disputat.* 3. Syluester *verbo, Confessio,* 1. *q.* 22. Suarez *tom.* 4. *in* 3. *part.* *disp.* 20. Petr. Sotus *lect.* 8. *de Confessione.* Sotus *distinct.* 18. *q.* 3. *art.* 2. *&* 3. Henriq. *lib.* 4. *cap.* 26. *&* *lib.* 5. *cap.* 11. Gran. *tom.* 5. *contr.* 7. *tr.* 3. *disp.* 3.

DISTINCTIO XVIII.

De remissione Sacerdotis.

DIfficultas est, qua ratione Sacerdos remittere queat peccatum in hoc Sacramento Pœnitentiæ, quando pœnitens ante eius susceptionem per contritionem à peccato absolutus est? Quonam verò sensu proferat Sacerdos verba absolutionis: *Ego te absoluo à peccatis*, si nullis tunc peccatis pœnitens ligatus est? Ad quod præmittendum est, datas à Christo Ecclesiæ, & ipsius ministris claues spirituales, tum scientiæ, tum potestatis iudicialis, quibus conscientiæ causas discernere, & iudicare queat; tam ligando indignos, quàm soluendo dignos. Sic Matth. 16. *Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis.* Vbi ius simul ligandi, atque soluendi fideles, Sacerdotibus traditum est, vt expendit Ambrosius. lib. 1. de Pœnit. cap. 1. *Dominus par ius, & soluendi esse voluit, & ligandi, quia vtrunque pari conditione promisit. Ergo, qui soluendi ius non habet, nec ligandi habet.* Huius consequenter potestatis vsus est, & causas scientia discernere, & deinde iudiciali sententia reos soluere, aut ligare. Qua igitur ratione id à Sacerdote exerceatur, controuersia est, præsertim si pœnitens ad Sacramentum absolutus accedit.

2 Volunt plerique, sensum eorum verborum esse: Ego te absoluo à pœna æterna peccatis debita. Quia Dei est, peccata remittere; Sacerdotis verò, pœnas eis debitas

debitas relaxare. Quia peccata remittere est animam peccatis mortuam,& obtenebratam suscitare, & illuminare. At solius Christi est animam suscitare, & illuminare, iuxta illud Apostoli Eph. 5. *Surge, qui dormis, & illuminabit te Christus.* Confirmatur: quia Ioan. 11. solus Christus Lazarum in monumento suscitauit: & deinde iam viuum, & ligatum Apostolis soluendum committit: quia ipse priùs animam mortuam iustificat,& posteriùs Sacerdos eam à reatu pœnarum absoluit.

3 Verùm in hac sententia duo displicent: primum, negari Deo remissionem pœnæ æternæ, & eam soli Sacerdoti concedi: secundum, negari Sacerdoti remissionem culpæ, & eam soli Deo concedi. Itaque vtrique vtraque potestas remittendi culpam, & pœnam quamuis dispari conditione, tribuenda est. Deo quidem remissionem pœnæ adscribit Augustinus ad illud Psalm. 31. *Quorum tecta sunt peccata.* Nam Deum peccata tegere, non est aliud quàm *nolle peccata aduertere, seu animaduertere, & punire. Ita ergo dicit à Deo tecta, vt Deus non videat, id est, æternaliter puniat.* Similiter Hieronymus,& Cassiodorus in eum locum. Et suffragatur ratio: nam remissio culpæ coniuncta est cum remissione æternæ pœnæ. At per te ante absolutionem Sacerdotis, culpa à Deo remissa est. Ergo etiam æterna pœna. Maior probatur: Quia pœnitenti remittitur culpa per charitatem, & gratiam, qua amicus Dei,& dignus vitæ æternæ constituitur. At vbi amicus Dei, & dignus vitæ æternæ constituitur, non potest existere filius iræ, & dignus damnationis æternæ. Ergo simul cum remissione culpæ liberatur à reatu iræ Dei, & damnationis æternæ. Item, Sacerdotibus

traditam

traditam potestatem, non solùm remittendi pœnam, sed etiam culpam, probatur ex illo Matthæi 16. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*, &c. Vbi peccatorum remissio, & non solius pœnæ expressa est. Sic etiam exponit Augustinus tract. 121. super Ioannem: *Ecclesia charitas, eorum, qui participes sui sunt, peccata dimittit; eorum, qui non sunt, tenet.* Item, lib. de vera, & falsa Pœnitentia, cap. 10. *Sacerdotes possunt confitentibus parcere: quibus enim remittunt, remittit Deus.* Similiter lib. 5. contra Donatist. de Baptismo paruulorum, cap. 21. *Remissionem peccatorum vel per se ipsum facit, vel per ipsius Columba membra, quibus ait: Si cui dimiseritis, dimittentur.* Neque repugnat, remissionem culpæ fieri virtute Sacramenti Pœnitentiæ à Sacerdote, & simul à Deo. Quia etiam culpa originalis remittitur virtute Baptismi, & simul à Deo. A Deo igitur, & Sacerdote simul, quamuis dispari modo, remissio, tum culpæ, tum pœnæ fieri, credenda est. Disparitas in eo est, quòd Deus per se ipsum immediatè: Sacerdos verò media potestate Dei vtrunque dimittit.

4 Sed nunc vrget, qua ratione verè Sacerdos dimittat, cùm ante ipsius iudicium culpa, & pœna à Deo immediatè dimissa est? Quisvè sit verus absolutionis sacerdotalis sensus? In eos igitur, quia iam priùs à Deo absoluti sunt, triplici modò potest Sacerdos soluendi, atque ligandi potestatem exercere. Primò, eos soluendo in facie Ecclesiæ: hoc est, ostendendo eos esse à Deo solutos: tum, quia Christus lepresos sanitati restitutos ad Sacerdotes misit, vt eorum iudicio ostenderentur mundati: tum, quia Lazarum à se suscitatum Apostolis soluendum tradidit, vt ipsi patefacerent suscitatum: tum, quia Hieronymus *lib. 3. comm.*

comm. Matth. 16. docet, Sacerdotes euangelicos iudicare peccatores, ſicut olim legales contaminatos leprâ: *Quorum iudicium non faciebat leproſos, aut mundos; ſed diſcernebat, qui mundi, vel immundi eſſent.* Secundò, in ſolutos à Deo poteſtas exercetur Eccleſiæ, eos ligando, aut ſoluendo ſatisfactione ſacramentali, & ad communionem Euchariſtiæ, & aliorum Sacramentorum admittendo, ad quæ adhuc ligati accedere non valebant: dum enim eis ſatisfactio ſacramentalis imponitur, aliquid de pœna, & culpa relaxantur. Item, dum eis Communio Sacramentorum impenditur, vincula, quæ eos tenebant, ſoluuntur. Sic Auguſtinus lib. de vera & falſa Pœnitentia, cap. 10. *Opus iuſtitiæ exercent* (Sacerdotes) *in peccatores, cùm eos iuſtâ pœna ligant: opus miſericordiæ, dum de ea aliquid relaxant, vel Sacramentorum communioni conciliant.* Tertiò, ea poteſtas exercetur ab Eccleſia, dum peccatores ligat, aut ſoluit excommunicationis cenſurâ: quippe poteſt illos propter grauia aliqua crimina poſt trinam admonitionem, à loco ſacro, & Sacramentorum, ac fidelium Communione arcere, & poſt criminum emendationem reconciliare, & abſoluere. En tribus modis, quæ ſoluit, & ligat Sacerdos in terra ligata, & ſoluta manent in cœlo.

5 Sed eſt difficultas: Quia interdum fidelis abſque debita diſpoſitione abſoluitur à Sacerdote, & interdum iniuſtè excommunicatur. At tunc, qui ſoluuntur, & ligantur in terra; non ſoluuntur, & ligantur in cœlo. Reſpondetur: Tunc ſolùm abſolutio, & ligatio facta à Sacerdote ſortitur effectum, & approbatur in cœlo, quando eius poteſtas legitimè exercetur; ſecùs verò, ſi illegitimè. Nam ad legitimum,

mum, & efficacem vsum requiruntur plura, quæ interdum desunt, & frustrant potestatem effectu, aut pœnitentis, & Sacerdotis malitia, aut vtriusque ignorantia. Vnde Origenes hom. 14. ad cap. 24. Leuitic. *Exit quis à fide, per hoc exit de castris Ecclesiæ, etiamsi Episcopi voce non abiiciatur: sicut contrà interdum fit, vt aliquis non recto iudicio eorum, qui præsunt Ecclesiæ, foras mittatur. Sed si non egit, vt mereretur exire, nihil læditur: interdum enim, qui foras mittitur, intus est; & qui foris est, intus videtur retineri.*

6 Est & alia difficultas; quid transacto peccato sit, quod peccatorem ligat? Respondetur: Transacto peccato actuali manere eius maculam, quæ peccatum habituale dicitur, & aliud non est, quàm prior voluntas moraliter perseuerans, per quam anima elongatur à Deo, ac si actualiter existeret. Sicut enim, qui tangit morticinum, aut aliud quid immundum, pollutus manet, quovsque lauatur, sicut erat cùm tangeret; ita post actum peccati polluta remanet anima, sicut erat in ipso actu peccati, donec à Deo per pœnitentiam emundetur.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Sacerdos verè absoluat à culpa? Hîc S. Thomas *quæst*. 1. *art*. 3. *& in supplem*. 3. *part. quæst*. 18. *art*. 1. Bonauentura *part*. 2. *art*. 2. *quæst*. 1. Richardus *art*. 2. *quæst*. 1. Argent. & Gab. *quæst*. 1. Tarant. *quæst*. 11. Caietanus, Cabeçud, Suarez, Vazquez, Torres Præposit. Pesantius, Sylu. & alij cum S. Thoma 3. *part. quæst*. 84. *artic*. 3. Valentia *tom.*

*tom.4.d.7.q.1.p.3.*Coninch.3.*p.tract.2.d.4.dub.2.&* 8. Henriq.*lib.4.cap.12.*Bonauent. *tom.1.d.5.quæst.4. part.1. à num.8.*

Quæst. II. An post peccatum commissum maneat culpa habitualis, à qua Sacerdos absoluat, & quid ea sit? Hîc S.Thom.*q.1.art.2.* Alij relati *lib.2.d. 42.q.4.*

Quæst. III. An pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam à Sacerdote iniunctam? Gabr. *q.1.* Suar. *tom.4.in 3.p.d.38.sect.7.* Coninch. *tom.2.in 3.part. d.10.dub.9.* Valentia *tom.4.d.7.q.14.part.4.* Vazq.3. *p.q.94.art.2.dub.1.* Filliuc.*tr.8.cap.2.q.8.* Cabeçud. *q.15.art.1.& q.13.art.2.diffic.2.* Medin. *cod.de satisfact.q.6.* Zerola *de Pœnit. cap.25.q.9.* Diana *tract.1. Miscell.resol.59. de Sacram. resol.51.* Comisol. *lib.1. Moral.q.35.*Mærat.*tom.3.tract.de Pœnit.d.42.* Tan. *tom.4.d.6.q.8.dub.1.*

Quæst. IV. Quinam possint excommunicare in Ecclesia? Hîc S.Thom. *q.2. art.2. & in supplem.3.p. q.22.art.1.* Bonauentura *part.2.artic.1.q.5.* Tarant. *q.15.*Gab.*q.2.*Durand.*q.3.*Suarez *de censur.d.2.*Filliuc.*tract.11.cap.2.*Alterius *lib.3.d.7.*Henriq.*lib.13. cap.1.* Auila *1.p.d.2.* Vazq. *de excommunicat. dub.1.* Vgolin.*de censur.tab.1.cap.1.*Valent.*tom.4.d.7.q.17.* Coninch.*tom.2.in 3.p.d.13.*Bonac. *de cens.d.1.q.1.p. 2.*Laym.*tom.1.tr.5.p.1.c.3.*

Quæst. V. Effectus excommunicationis? Hîc S. Th.*q.2.art.4.*Gab.*q.2.& 3.*Bonau.*p.2.art.1.q.5.*Richard.*art.6.*Tar.*q.22.* Suar.*tom.5.in 3.p.d.9.* Vazq. *tom.4.tr.de excommunic.d.2.*Vgolin.*tab.2.c.8.*Filliuc. *tr.12.cap.2.*Coninch.*tom.2.in 3.p.d.14.*Reg.*lib.32.* Alterius *lib.1.c.6.* Bonac. *tom.1. tract.de excommunic. d.2.*

*d.2.q.2.*Laym.*tom.1.tr.5.p.2.cap.2.*Auila *p.2.cap.6.*

Quæst. VI. Excommunicationis causæ? Hic S.Th. *q.2.art.1.& in suppl.3.p.q.21.art.3.*Bonau.*p.2.art.1. q.2.*Gab.*q.2.*Suar. *tom.5.in 3.p.d.4.*Auila *p.2.cap.5.* Coninch *tom.2.in 3.p.d.13.* Bon.*de cens.d.1.q1.p.3.* Filliuc.*tr.11.cap.6.*Sayr.*lib.1.c.17.*Alterius *lib.3 disp.1.*Val.*tom.4.d.7.q.17.*Vazq.*de excomm. dub.12.*Roderic. *2.p.c.67.*Laym.*tom.1.tr.4.cap.5.*

Quæst. VII. Quinam possint ab excommunicatione absoluere? Hic S.Th.*q.2 art.5.*Gab.*q.3.*Süar. *tom.5. in 3.p.d.7.*Auila *2.p.cap.7.d.1.* Henriq. *lib.13.cap.27.& 28.*Coninch *tom.2.in 3 p.d.14.* Alterius *lib.4. d.2.*Vgolin.*tab.1.c.4.*Bon. *d.1.q.3.p.1.de cens.* Laym. *tom.1.tr.5.p.1.cap.7.*Tolet.*lib.1.c.16.*

DISTINCTIO XIX.

Quomodo hæ claues dantur, & quibus?

PRima conclusio: Claues apostolicæ dantur, quando homo ab Episcopo in Sacerdotium promouetur Nam omnes, & soli Sacerdotes recipiunt potestatem clauium, atque adeò à Sacerdotio talis potestas inseparabilis est. Ergo ea simul cum Sacerdotio datur.

2 Sed obiicitur: Claues apostolicæ sunt, & potestas ad ligandum, & soluendum, & scientia ad discernendum. At non omnes, & soli Sacerdotes habent clauem scientiæ: nam plerique Sacerdotes destituti sunt scientia discernendi, & plerique ante Sacerdotium ea pollent. Ergo clauis scientiæ cum Sacerdotio

non datur. Reſpondetur : Clauis ſcientiæ duo vendicat, & ſcientiam diſcernendi, & poteſtatem aperiendi, atque claudendi. Igitur Sacerdotibus ignorantibus non datur clauis ſcientiæ : quia, licet detur poteſtas aperiendi, atque claudendi ; tamen ſcientia non datur : quia ante Sacerdotium ſcientia diſcernendi ſupponitur, & cum Sacerdotio poteſtas claudendi, & aperiendi conceditur, & interdum etiam ſcientia augetur.

3 Secunda concluſio : Poteſtas ligandi, atque ſoluendi conceditur omnibus Sacerdotibus, etiam prauis. Primò, quia Hieronymus apud Gloſſam ad illud Matthæi 16. *Tibi dabo claues Regni cælorum.* ſic ait : *Habet eandem iudiciariam poteſtatem Petri omnis Eccleſia in Epiſcopis, Presbyteris.* Secundò, Auguſtinus in lib. quæſt. vet. & noui teſtam. quæſt. 11. *Quanta ſit dignitas ſacerdotalis officij, & ordinis, hinc aduertemus. Dictum eſt de nequiſſimo Caipha, cùm eſſet Pontifex anni illius, prophetauit, per quod oſtenditur, ſpiritum gratiarum non perſonam ſequi digni, vel indigni, ſed ordinem.* Ergo ſimul cum Ordine Sacerdotij, poteſtas gratiæ communicandæ conceditur.

4 Obiicitur primò illud Malachiæ 2. *Maledicam benedictionibus veſtris* Quod improbis Sacerdotibus comminatur. Secundò, Auguſt. *ſuper Exod. cap.* 120. dicens, laminas aureas in fronte Sacerdotis ſignificare *fiduciam bonæ vitæ, quam qui verè, perfectéque habet, ſolus poteſt auferre peccata.* Tertiò, Gregorius hom. 26. in Euangelia : *Illi ſoli habent poteſtatem ligandi, atque ſoluendi, qui Apoſtolorum exempla tenent.* Quartò, Origenes *hom.* 1. *ſup. Matth.* & Heſychius *lib.* 2. *ſuper Leuit. c.* 9. Ad primum reſpondetur illa commina-

tio

tio facta est Hæreticis, & excommunicatis, quorum benedictiones, & absolutiones fiunt maledictiones iis, qui sectantur ipsorum errores. Ad cætera testimonia Patrum respondetur: Differunt illi de potestate soluendi dignè, non de potestate soluendi validè. Certum enim est, vt dignè talis potestas exerceatur, probitatem vitæ, & imitationem Apostolorum exigi. Quare sit

3 Tertia conclusio: Non omnes Sacerdotes habent dignè potestatem ligandi, atque soluendi. Primò, ex illo Ezech. 15. *Væ iis, qui viuificant animas, quæ non viuunt; & mortificant animas, quæ non moriuntur.* Quod dictum est de iis Sacerdotibus, qui absoluunt indignos, & dignos ligant. Secundò ex illo Malachiæ 2. *Maledicam benedictionibus vestris.* Quod, licet de solis Hæreticis, & excommunicatis possit intelligi, etiam quadrat in eos Sacerdotes, quibus benedictiones, & absolutiones sacræ vertuntur in maledictiones propter abusum earum. Tertiò, quia Augustinus *lib. de vera & falsa Pœnit. c. 20.* describens qualis debeat esse dignus Sacerdos, & ecclesiasticus Iudex, recenset plura, quæ non omnibus Sacerdotibus communia sunt. Exigit enim, vt careat culpis, quas in aliis corrigere, & iudicare debet: vt sit præditus scientia, qua causas iudicij discernat: vt sit diligens inuestigator criminum, & qualitatum ipsorum: vt sit mitis in aliquos, in alios seuerus, &c. Quæ omnia constat, pluribus Sacerdotibus deesse.

Annotatio.

HIc Parisienses notant doceri à Magistro, clauem scientiæ esse habitum sciendi, eoque qui carent Sacerdotes, claue scientiæ carere. At ego, iuxta Magistri mentem, clauem scientiæ distinguo duplicem; alteram remotam, & imperfectam, quæ est potestas claudendi, & aperiendi validè conscientiam pœnitentis, alteram proximam, & omninò perfectam, quæ ad dignum eius potestatis exercitium sapientiam vendicat. Igitur Magister non de claue remota scientiæ; sed de proxima, & perfecta disserit; quam exploratum est, cum Sacerdotio non dari, & in pluribus Sacerdotibus desiderari.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An potestas iurisdictionis detur Sacerdoti cum potestate Ordinis, & ab ea distinguatur? Hic S. Th. *q.* 1. *& in supplem.* 3. *p. q.* 19. *art.* 3. Bonau. *art.* 3. *q.* 1. Tarant. *quæst.* 4. Brulef. *q.* 3. Henriq. *lib.* 10. *cap.* 6. Bonac. *de Sacrament. disp.* 5. *q.* 3. *p.* 4. *& quæst.* 7. *p.* 1. Suarez *tom.* 4. *in* 3. *part. disp.* 16. *&* 24. Henriq. *lib.* 6. *cap.* 1. §. 2. Sot. *distinct.* 18. *quæst.* 4. *artic.* 2. Medina. *de Pœnitentia, quæst.* 34. *&* 35. Valentia *tom.* 4. *d.* 7. *quæst.* 10. *p.* 2. Vazquez *in* 3. *p. quæst.* 93. *art.* 1. *dub.* 2. Cabeçud. *in addition. q.* 17. *art.* 3. Tannerus *tomo* 4. *disp.* 6. *quæst.* 9. *dub.* 3.

Quæst. II. An omnis Sacerdos possit quemlibet absoluere, saltem à venialibus? Hic S. Thomas *q.* 1. *art.* 3. Bonauent. *art.* 3. *quæst.* 1. Richard. *quæst.* 3. Tarant.

rant.*q.*7.Nauarr.*c.Placuit,de Pœnitentia,dist.*6.*n.*22. Medina *eod.de pœnit.q.*40.Suarez *tomo* 4.*in* 3.*p.d.*26. *sect.*5. Henriq. *lib.*6. *c.*8.§.1. Granad.*tom.*5.*controu.* 7.*tr.*10.*d.*4.*sect.*1.

Quæst. III. An quilibet Sacerdos possit absoluere quemlibet ab omnibus peccatis, etiam reseruatis, in articulo mortis? Hîc Maior *quæst.*1.Henriq.*lib.*6.*cap.* 11. Suarez *tom.*4.*in* 3.*p.d.*26. Zambran. *c.*4.*dub.*4. Molina *tr.*3.*de iust.d.*63. Auila *de censur.* *p.*5.*d.*4.& 5.Sanchez *lib.*2.*Moral.c.*13. Valent.*tom.*4.*d.*7.*q.*10. *p.*2.Laym.*tom.*2.*tr.*6.*c.*12.Bonac.*de Sacram.d.*5.*q.*7. *p.*1. Med. *tr.*2.*quæst.*18. Coninch. *tom.*2.*in* 3. *p.d.*8. Sayr.*de pœnit.c.*24.

Quæst. IV. An ad validam absolutionem necessaria sit Episcopi approbatio? De quo Suar. *tomo* 4.*in* 3.*p.d.*28. Coninch. *tomo* 2.*in* 3.*part.* *disp.*8. Nauar. *c.*4. Laym. *tom.*2. *tract.*6. *c.*11. Henriq. *lib.*6.*cap.*6. Vazquez *in* 3.*p.q.*93.*art.*3. *dubio* 3. Suarez *tomo* 4. *d.*26.*sect.*5.& 6.& *d.*28.*sect.*3.& 4.Filliuc. *tr.*7.*c.*9. *q.*9.Alterius *lib.*4.*disp.*4.*c.*4.Bonac.*de Sacrament.d.*5. *q.*7.*p.*4.Cabeçud *in addit.q.*8.*art.*5.Zerola *de Pœnit.* *c.*16.*q.*2.

Quæst. V. An vnius Episcopi approbatio sufficiat ad quemlibet pœnitentem vbiuis terrarum absoluendum? De quo Suarez *tomo* 4.*in* 3.*p.* *d.*28. Coninch *tom.*2.*in* 3.*disp.*8.Henriq.*lib.*7.*c.*6. Rodrig. *tom.*1.*q.* 59.*art.*5.Laym.*tom.*2.*tr.*6.*c.*11.Bonac.*de Sacram.d.*5. *q.*7.*p.*4.§.1.Zerola *de pœnit.c.*16. *q.*8. Cabec. *addit.* *q.*8.*art.*4.*dub.*9.Ledesma *de Pœnitent.c.*13.

DISTINCTIO XX.

De iis, qui in fine pœnitent.

PRima conclusio: Vera Pœnitentia etiam in fine vitæ sortitur iustificationis effectum: cæterùm periculosum est, eam in id tempus differre. Prior pars probatur primò: quia latro in fine pœnitens acceptus fuit in gloriam. Secundò, quia Ezechielis 18. dicitur; *Quacunque hora ingemuerit, & conuersus fuerit peccator, vita viuet, & non morietur.* Ergo vita gratiæ, etiam in hora mortis, verè pœnitentibus parata est. Tertiò, quia *Psal.* 140. acceptabile est in conspectu Dei *sacrificium vespertinum.* Quod à Patribus intelligitur Pœnitentiæ oblatio facta in extremo vitæ. Quartò, quia Leo Papa *in epist.* 90. *respons.* 5. ait: *Nemo est desperandus, dum in hoc corpore constitutus est.*

2 Posterior pars probatur ex August. lib. 50. hom. homil. 41. *Si quis positus in vltima necessitate voluerit accipere Pœnitentiam, & accipit; fateor vobis, non illi negamus, quod petit; sed non præsumimus, quia benè huic exit. Si securus hinc exierit, ego nescio. Pœnitentiam dare possumus; securitatem verò non.* Rationem reddit, *de vera & falsa Pœnitentia, cap.* 17. quia perfecta conuersio, & pœnitentia ex dilectione charitatis facienda est. Tunc autem ea difficilis, & periculosa est: tum quia verendum est, hominem tunc necessitate potiùs, quàm libertate; timore potiùs, quàm amore pœnitere. *Nullus expectet, quando peccare non potest: arbitrij enim libertatem quærit Deus, vt deleri possint commissa;*

non

non necessitatem, sed charitatem, non tantùm timorem: quia non in solo timore viuit homo. Tum, quia amore filiorum, vxoris, & bonorum mundi retrahitur à dilectione Dei. *Quoniam vix, vel rarò est tam iusta conuersio, timendum est de pœnitente serò; maximè filij, quos illicitè dilexit, sint præsentes; vxor, & mundus ad se vocet.*

3 Secunda conclusio: Is, qui viuens satisfactionem sacramentalem non expleuit, luit pœnas in Purgatorio, nisi doloris interioris quantitas eas extinguat. Nam Deus, sicut est misericors ad largiendam veniam contritis, etiam est iustus ad exigendam pœnam ab iis, qui sua contritione non satisfaciunt culpis; ideóque dixit Apostolus Hebr. 10. *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.* Punire autem culpas impunitas, opus iustitiæ est. Cæterùm tanta potest esse doloris interni acerbitas, vt eam satisfactionem suppleat. Nam is dolor satisfactorius est, & punitio quædam præueniens in se punitionem diuinam. Ad quod argumento esse potest latronis pœnitentia, cui absque mora Paradisi portæ apertæ sunt, quin Purgatorium transierit.

4 Vnde etiam is, qui satisfactionem iniunctam impleuit, si ea peccatis condigna non fuit, pœnas Purgatorij non vitat, nisi contritionis satisfactio suppleat. Opus enim iustitiæ est, peccata impunita castigare. Impunita autem manent interdũ satisfactione sacramentali: quia Sacerdotibus datum non est, quantitatem doloris interni plenè cognoscere, & mensuram satisfactionis iustam, & peccatis æqualem definire. Atque ideò interdum inæqualem imponunt,

& pœnis Purgatorij æquandam. Quod illustrant August. *in Enchir. c. 65.* & Hieron. *de pœn. dist. 1. c. Mensuram.* dicentes, ad pœnam satisfactoriam imponendam, metiendam illam iuxta mensuram doloris, quam explorare possunt, & interdum æqualem difficilè definire: ideóque nullam determinatam pœnam, tempúsque pœnitentiæ sacris canonibus præfigi: quia id arbitrio Sacerdotis, iuxta doloris quantitatem, præscribendum relinquitur.

5 Tertia conclusio: In periculo mortis constitutis non est negandum Sacramentum Pœnitentiæ: nec eis pro eo tempore satisfactio imponenda: id enim misericordia Dei, & benignitas Ecclesiæ vendicat. Priorem partem probat Leo Papa epist. 91. ad Theodor. *Quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire.* Additque: *Si ita aliqua ægritudine aggrauati sunt, vt Sacramentum, quod paulò antè poscebant, sub præsenti significatione non valeant; testimonia eis fidelium circunstantium prodesse debebunt, vt simul, & pœnitentiæ, & reconciliationis consequantur beneficium.* Probat etiam Iulius Papa 26. *q. 6. c. Si Presbyter,* quia Christus latroni in extremo vitæ reconciliationem non negauit: & Deus verè in ipsum conuersis, in quacunque hora vitam, & remissionem promisit. Ideóque, *Si Presbyter pœnitentiam abnegauit morientibus, reus erit animarum.*

6 Posteriorem partem decernit Theodorus Cantuariensis Episcopus, & habetur 26. *q. 7. cap. Ab infirmis,* his verbis: *Ab infirmis in periculo mortis positis pura inquirenda est confessio peccatorum; non tamen est illis imponenda pœnitentia.* Cæterùm ea innotescenda: tum, vt amici suis orationibus, & eleemosynis pondus pœ-

nitentiæ

nitentiæ subleuent, si infirmi decesserint: tum, vt ipsi, si conualuerint, illam expleant. Item, Leo Papa *epist. 77. ad Nicetam*, monens, *Sacerdoti tempora pœnitudinis habita moderatione constituenda, & pariter etiam periculorum, vel ægritudinum necessitates respiciendas.*

7 Quarta conclusio: Pœnitens excommunicatus non est absoluendus à simplici Sacerdote absque Episcopi facultate, nisi absente Episcopo extrema necessitas cogat. Primò, quia sic statuit Carthaginense Concilium II. *cap.* 4. Secundò, Aurelianus Episcopus, & habetur 26. *q.* 6. *cap. Aurelianus*, Si verò pœnitens, aut excommunicatus signa pœnitentiæ dedit, & Sacerdotem quærens sine absolutione decessit, admittendus est communioni Ecclesiæ, & eius oblatio acceptanda. Sic enim sancitur in Concilio Epaunensi, & habetur 26. *q.* 6. *c. Si aliquis.*

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An in articulo mortis possit quilibet Sacerdos quemlibet absoluere, etiam præsente superiore? Hic S. Thom. *q.* 1. *art.* 1. Bonau. *in litt. p.* 2. *dub.* 5. *&* 6. Alij relati *dist. præced. q.* 3.

Quæst. II. An satisfactio sacramentalis extinguat debitum totius pœnæ temporalis? Hic S. Thomas *quæst.* 1. *art.* 2. Gabriel *quæst.* 1. Sotus *quæst.* 2. *artic.* 3. Valentia *tomo* 4. *disputat.* 7. *quæst.* 14. *part.* 4. Bellarminus *lib.* 4. *de Pœnitentia, capite* 2. Zerola *de Pœnitentia, cap.* 25. *quæst.* 4. Vazquez *in* 3. *p. quæst.* 94. *art.* 2. *dub.* 6. Medina *cod. de effectu Pœnitent.* Pitigianus 2. *part. distinct.* 15. *quæst.* 1. *articul.* 5. Suarez

disp. 33. Filliucius *tract.* 8. *cap.* 1. Bonacina *de Sacram. disp.* 3. *q.* 5. *sect.* 3. *p.* 1.

Quæst. III. An vnus homo possit satisfacere pro alio? Hîc S. Thomas *quæst.* 1. *art.* 2. Bonauentura *p.* 2. *art.* 1. *quæst.* 1. Richard. *art.* 1. *quæst.* 3. Tarant. *q.* 4. Argentina *q.* 1. *art.* 2. Suarez *tomo* 4. *in* 3. *p. disp.* 48. *sect.* 1. & 2. Cabeçudo *in addit. q.* 20. *art.* 3. *de satisfactione, dif.* 1. Coninch *tom.* 2. *in* 3. *p. disp.* 10. *dub.* 7. Bonacina *de Sacrament. disp.* 6. *q.* 2. *p.* 1. Tannerus *tom.* 4. *disp.* 6. *q.* 8. *dub.* 3. Mærat. *tomo* 3. *tract. de Pœnitent. disp.* 39.

Quæst. IV. An per Indulgentiam fiat pœnarum relaxatio? Hîc S. Thomas *quæst.* 1. *art.* 3. Bonauentura *p.* 2. *art.* 1. *q.* 2. Richard. *art.* 3. *q.* 1. Tarant. *q.* 13. Bellarminus *de Indulgent.* Viualdus *tit.* 9. Suarez *tom.* 4. *in* 3. *parte, disp.* 49. & 51. Corduba *lib.* 6. *q.* 4. & *seq.* Valent. *tomo* 4. *disp.* 7. *q.* 20. *p.* 1. & 2. Reginald. *lib.* 8. *num.* 98. & *sequent.* Coninch *tomo* 2. *in* 3. *p. disp.* 12. *dub.* 1. Filliucius *tr.* 8. *cap.* 3. *q.* 4. & 8. Bonaçina *de Sacrament. disp.* 6. *q.* 1. *p.* 1.

Quæst. V. An per Indulgentiam plenariam omnibus remittantur omnes pœnæ? Hîc S. Thomas *q.* 1. *art.* 3. Bonauentura *p.* 2. *art.* 1. *q.* 4. Richardus *art.* 3. *q.* 2. Tarant. *q.* 22. Graff. *de Indulgent. cap.* 7. Suarez *tomo* 4. *in* 3. *part. disp.* 56. *sect.* 3. Cabeçudo *in addit. q.* 27. *art.* 4. *disp.* 3. Corduba *lib.* 5. *quæst.* 23. Coninch *tomo* 2. *in* 3. *part. disp.* 12. *dubio* 6. Viualdus *titulo* 9. *de Indulgent.* Filliuc. *tr.* 8. *c.* 9. *q.* 5. Bonacina *de Sacrament. disp.* 6. *q.* 1. *p.* 7.

Quæst. VI. An Indulgentia valeat existenti in peccato mortali? Hîc S. Thomas *quæst.* 1. *art.* 5. Suarez *tomo* 4. *in* 3. *p. disp.* 52. Cabeçudo *in addit. q.* 27.

Art.

*art.*1.Val.*tomo* 4.*disp*.7.*q*.20.*p*.5.Corduba *de Indulg. lib*.5.*q*.23.Nauar. *notab*.17.& 18.Coninch *tomo* 2.*in* 3.*p.disp*.12.*dub*.7.Tol. *lib.6.cap*.27. Bonac.*de Sacr. disp*.6.*q*.1.*p*.1.

Quæst. VII. An,& quæ causæ requirantur,vt Indulgentiæ valeant?Hîc S.Th.*q*.1.*art*.3.& *in supplem*. 3.*part.q*.25.*art*.3.Tar.*q*.21.Bonau. *part*.2.*art*.1.*q*.4. Suarez *tomo* 4.*in* 3.*p.disp*.54.*sect*.1.Cabeçudo *in addit.q*.25. *art*.3. Coninch *tomo* 2.*in* 3.*part. disp*.12. *dub*.6.Corduba *lib*.5.*de Indulg.q*.20.Reginald. *lib*.7. *cap*.12.Val.*tomo* 4.*disp*.7.*q*.20.*p*.4.Filliuc.*tr*.8.*cap*.5. Bonacin. *de Sacr. disp*.6. *q*.1.*p*.4. Henriq. *de Indulg. cap*.14.

Quæst. VIII.Quinam possint Indulgentias concedere?Hîc S.Th. *q*.1.*art*.4. Bonau. *part*.2. *art*.1.*q*.3. Rich.*art*.5.*q*.2.& 3.Tar. *q*.20.Bellarm. *lib*.1 *de Indulg.cap*.55. Suar.*tomo* 4.*in* 3.*p.disp*.49.*sect*.1.Con. *tomo* 2.*in* 3.*p.disp*.12.*dub*.1.Henriq.*de Indulg.cap*.30. Filliuc. *tr*.8.*cap*.3.& 4.Cabeç. *in addit.q*.26. *art*.1. Val.*tom*.4.*disp*.7.*q*.20.*p*.3.Bonac.*de Sacram.disp*.6. *q*.1.*p*.3.

DISTINCTIO XXI.

De peccatis, quæ post hanc vitam dimittuntur.

PRrima conclusio: Aliqua sunt peccata, scilicet, venialia,quæ post hanc vitam dimittuntur.Primò quia id supponitur Matth.12. vbi dicitur: *Qui peccauerit in Spiritũ sanctũ,non remittitur ei, neque in hoc sæculo*

ſaculo, neque in futuro. Secundò, quia plures iuſti ſubitò præoccupantur morte, priuſquàm pœnitentia deleant plura venialia, quorum rei erant. At hæc in alia vita dimittuntur, cùm in iſta dimiſſa non ſint. Tertiò, quia ait Auguſtinus *lib. 21. de ciuitate Dei, cap. 26.* plures iuſtos, qui iuxta Paul. 1. *Corinth. 3.* ædificant lignum, fœnum, & ſtipulam, ſecum portare poſt mortem ædificia cremabilia, id eſt, venialia peccata, quæ igne purgatorio cremantur. Vnde deprehendes, non omnes iuſtos æqualiter perpeti pœnas in Purgatorio. Nam peccata venialia inæqualia ſunt, quorum aliqua diutiùs, vt lignum; alia minùs, vt fœnum; alia minimum, vt ſtipula cremantur. Ideóque Auguſtinus *in Enchir. cap. 69.* ait: *Poſt hanc vitam incredibile non eſt, nonnullos fideles per ignem purgatorium, quantò magis, minúſve bona pereuntia dilexerunt, tantò tardiùs, citiúſque ſaluari.*

2 Dices primò, per lignum, fœnum, & ſtipulam, quæ igne purgatorio cremantur, non intelligi 1. *Cor. 3.* peccata venialia ibi remiſſa. Nam Auguſtinus *enarrat. in Pſalm. 37.* ait: *Qui ſuperædificant aurum, argentum, & lapidem pretioſum, de vtroque igne ſecuri ſunt, non ſolùm æterno impiorum, ſed etiam emendatorio ſaluandorum.* Tamen nullus eſt adeò perfectus, qui venialiter non peccet. Ergo, aut omnes iuſti eo igne purgabuntur; aut ea ædificia cremabilia, non ſunt peccata venialia. Reſpondetur: Sunt iuſti eò charitate frigidi, vt quanuis Dei contemplationi, quæ eſt aurum; dilectioni proximi, quæ eſt argentum; boniſque operibus, quæ ſunt lapides pretioſi, incumbant: ex eis tamen ædificium non conficiant. Item, iuſti eò charitate feruentes, vt, licèt venialia committant;

tant; lignum tamen, fœnum, & stipulam non ædificent: quia igne charitatis ea absumunt in hac vita, quin aliqua supersint igne purgatorio cremanda. Igitur ea tantùm venialia igne purgatorio cremantur, quæ à iustis tepidæ charitatis fiunt, scilicet, affectiones mundanæ, quas illi cum charitate componunt, & eius ardore in hac vita non absumunt.

3 Dices secundò, superiori argumento solùm probari peccata venialia in alia vita remitti quoad pœnam, non verò quoad culpam. Sed contrà primò: quia sunt aliqua venialia, quæ in hac vita non remittuntur quoad culpam, videlicet, ea, quorum iustus simul cum mortalibus non pœnituit. Ergo ea in alia vita remittuntur quoad culpam. Secundò, quia Patres docent, venialia in alia vita remitti, non verò mortalia. At pœna temporalis in alia vita non solùm remittitur debita venialibus, sed etiam mortalibus. Ergo remitti venialia quoad culpam credendum est.

4 Secunda conclusio: Prodest fidelibus confessio peccatorum in genere. Tum, quia, licèt teneamur omnia mortalia in singulari explicare, & venialia etiã sic exprimere expediens sit; tamen interdum plura peccata non occurrunt memoriæ, præsertim venialia, quæ innumerabilia sunt. Ergo ad eorum remissionem expedit peccatorum in genere confessio. Tum, quia ea confessio in genere consuetudine Ecclesiæ laudabilis, & probata est. Tum, quia Augustinus *lib. 5. Hypognost. post initium*, commendat confessionem occultorum: quia veritatem Deo loquitur, qui occultorum veniam precatur.

5 Tertia conclusio: In Confessione propter humilitatem non licet mendacium. Tum, quia Deus diligit

ligit veritatem, iuxta illud Psalm. 50. *Veritatem dilexisti.* Tum, quia humilitas mendax, imprudens, & culpabilis est. Nam, vt docet Augustinus *serm. 29. de verbis Apostoli*, qui causa humilitatis mentitur; peccator, qui non erat, constituitur.

6 Quarta conclusio: Tenetur Sacerdos sigillo tegere confitentium peccata. Nam Gregor. *dist. 6. cap. Sacerdos, de pœnit.* ait: *Sacerdos ante omnia caueat, ne de iis, qui ei confitentur, peccata alicui recitet, nec (quod absit) pro aliquo scandalo. Nam, si hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinando pergat.*

7 Quinta conclusio: Datum est pœnitenti confiteri alieno Parocho, cùm proprius nescit ligare, & soluere pœnitentes. Nam Matthæi 5. iubemur vitare cæcum Sacerdotem: *Ne si cæcus cœcum ducat, ambo in foueam cadant.* Item quia Vrbanus II. *de pœn. dist. 6. cap. Placuit.* id permittit: *Placuit, vt nulli Sacerdotum deinceps liceat quemlibet commissum alteri Sacerdoti ad pœnitentiam suscipere sine eius consensu, cui se prius commisit, nisi pro ignorantia illius, cui prius confessus est.*

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An, & quomodo in alia vita remittantur venialia quoad culpam? Hîc S.Th. *art. 1. q. 3.* Bonauent. & Richard. 1. *part. art. 2. q. 1.* Brulef. *q. 3.* Scotus, Carthusian. Maior, Durand. Almainus, Argentina, & alij *quæst. 1.* Suarez *tom. 4. in 3. p. disp. 11. sect. 4.* Vazq. *q. 87. dub. 2.* Mærat. *de pœnit. d. 11.* Tann. *tom. 4. d. 6. q. 4. dub. 5.* Valentia *tom. 4. disp. 7. q. 4. p. 1.* Henriquez *lib. 4. cap. 15.* Sotus *d. 15. q. 2. art. 2.*

Quæst.

Quæst. II. An venialia remittantur absque proprio dolore? Hîc Bonauent. *art.* 1. *q.* 2. Richard. *art.* 2. Tar. *q.* 9. Alij relati *dist.* 16. *q.* 4.

Quæst. III. An remittantur absque infusione gratiæ? Hîc S. Th. *q.* 2. *art.* 1. Bonauent. *art.* 1. *q.* 1. *art.* 3. *q.* 1. Taran. *q.* 9. Alij relati *dist.* 16. *q.* 4.

Quæst. IV. An, & quomodo remittantur per sacramentalia? Hîc S. Thomas *q.* 2. *art.* 1. Bonauent. *art.* 1. *q.* 2. Valentia *tomo* 4. *disp.* 7. *q.* 4. *p.* 1. Suarez *disp.* 12 *sect.* 2. Reginald. *lib.* 5. *n.* 43. Filliuc. *tr.* 6. *cap.* 5. *q.* 10. Henriq. *lib.* 4. *de Pœnitentia, cap.* 15. Sot. *dist.* 15. *q.* 2. *art.* 3. Bonacina *de Pœnit. d.* 5. *q.* 6. *p.* 3. Caiet. Cabeç. Vazq. Torres, Præpos. Coninch, Pesant. Sylu. & alij cum S. Th. 3. *p. q.* 87. *art.* 3. Mærat. *disp.* 10.

Quæst. V. An, & quomodo remittatur extra Sacramentum per virtutum actus? Hîc S. Thomas *p.* 1. *art.* 2. Bonauentura *p.* 1. *in litt. dubio* 3. Caietanus, Cabeçudo, Suarez, Vazq. Torres, Præposit. Coninch, Pesantius, Sylu. & alij cum S. Thoma 3. *p. q.* 87. *art.* 1. Henriq. *lib.* 4. *de Pœnitentia, cap.* 15. Filliuc. *tr.* 6. *cap.* 5. *n.* 109. *& seq.* Reginald. *lib.* 5. *n.* 45. *& seq.* Bonacina *de Sacrament. disp.* 5. *q.* 6. *p.* 3. Sot. *dist.* 15. *q.* 2. *art.* 1. Mærat. *disp.* 8. *de Pœnitentia.*

Quæst. VI. An venialia coniuncta mortalibus puniantur in Inferno æternâ pœnâ? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 2.

Quæst. VII. An, & quomodo ignis materialis Purgatorij possit cruciare spiritum? Hîc Bonauentura *p.* 1. *art.* 2. *q.* 2. Richard. & argent. *q.* 1. Tarant. *q.* 3. Brulef. *q.* 4. Alij relati *lib.* 2. *dist.* 6. *q.* 6.

Quæst. VIII. An sit peccatum, & graue, se de falso crimine in confessione accusare? Hîc S. Thom. *q.* 2.

art.

art. 3. Bonau. *part.* 2. *art.* 1. *q.* 2. Richard. *art.* 3. *q.* 4. Brulef. *q.* 8.

Quæſt. IX. Quæ, & quanta ſit obligatio ſigilli confeſſionis? Hîc S. Thom. *quæſt.* 3. Bonauentura *p.* 2. *art.* 2. *quæſt.* 1. Scotus *quæſt.* 2. Richardus *art.* 4. *q.* 2. Mayron. *q.* 3. Argentina, & Gabriel *q.* 1. Brulef. *q.* 10. Vazquez *in* 3. *p. quæſt.* 93. *art.* 4. *dubio* 1. Cabeçudo *addit. q.* 11. *art.* 1. Sayr. *de Pœnitentia, cap.* 26. Regin. *lib.* 3. Onufr. *de ſigillo. ſect.* 1. *q.* 3. Val. *tomo* 4. *diſp.* 7. *q.* 13. *part.* 1. Henriq. *lib.* 6. *cap.* 19. Sot. *diſt.* 18. *q.* 4. Coninch. *tomo* 2. *in* 3. *p. diſp.* 9. Suarez *tomo* 4. *diſp.* 33. Filliuc. *tr.* 7. *cap.* 11. *q.* 2. Bonacina *de Sacram. diſp.* 5. *q.* 6. *ſect.* 5. *p.* 1. & 2.

Quæſt. X. An ſit obligatio confitendi peccatum, quod abſque infamia alterius manifeſtari non poteſt? Hîc Gab. *q.* 1. Bonau. *part.* 2. *art.* 1. *q.* 3. Brul. *q.* 9. Alex. 4. *p. q.* 18. *memb.* 4. *art.* 2. §. 4. Sanch. *in ſelect. diſp.* 8. Layman. *lib.* 5. *tr.* 6. *cap.* 8. Malder. *de ſigillo, c.* 17. Ledeſm. *tomo* 1. *ſumma, cap.* 20. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 11. *dub.* 11. Pont. *de Matrim. lib.* 5. *cap.* 18. Onufr. *de ſigillo, ſect.* 4. *q.* 7. *dub.* 3. Bonac. *de contract. diſp.* 2. *q.* 4. *p.* 4. Coninch. *tomo* 2. *in* 3. *p. diſp.* 7. *dub.* 9. Val. *tomo* 4. *diſp.* 7. *q.* 11. *p.* 1. Petr. Soto *de Pœnitentia. lect.* 11. Diana *tomo* 1. *tr.* 7. *reſol.* 49. Filliuc. *tr.* 7. *cap.* 11. *q.* 9. & 10.

DISTINCTIO XXII.

Si peccata dimiſſa redeant?

QVæritur primò: An peccata per pœnitentiam dimiſſa redeant ſequenti peccato, ſicut redeunt merita

merita peccato mortificata per sequentem pœnitentiam. Plures graues Theologi affirmant: Primò, quia *Matth.* 8. à seruo nequam, qui fratri non dimisit, exegit Dominus debita priùs dimissa. Secundò, quia is videtur consensus Patrum: Ambrosius enim ad cap. 4. Eph. ait: *Donate inuicem, si alter in alterum peccat, alioquin Deus repetit dimissa.* Rabanus apud Gloss. *Non solùm peccata, quæ post Baptismum homo egit, reputabuntur ei ad pœnam; sed etiam in Baptismo dimissa.* Gregor. lib. 4. Dial. cap. vlt. *Ex dictis euangelicis constat, quia si ex corde non dimittimus, & hoc rursum exigit, quod iam nobis per pœnitentiam dimissum fuisse gaudebamus.* August. homil. 15. de verbis Domini: *Dicit Deus: Dimitte, & dimittetur tibi: nam, si non dimiseris, quidquid dimiseram, replicabo tibi.* Item, lib. 1. de Baptismo contra Donat. *Redire dimissa peccata, vbi fraterna charitas non est, apertè Dominus in Euangelio docet illo seruo,* &c. Neque propterea Deus dicendus est, bis iudicare in id ipsum, aduersùs Nahum 1. Nam tunc Deus bis iudicaret idem peccatum, quando post condignam satisfactionem, & emendationem puniret. At condigna satisfactio, & emendatio non fuit, vbi homo ingratus priori beneficio repetit iniuriam Dei.

2 Alij verò non contemnendi Theologi tuentur, peccata dimissa non redire. Quia absonum videtur à iustitia, & misericordia Dei peccatorum remissorum recordari ad pœnam. Vnde ad argumenta præterita respondent, ideò peccata dimissa imputari homini, quia circunstantia ingratitudinis post remissionem præteritarum culparum tantæ malitiæ censetur, vt mereatur castigari tanta pœna, quanta peccatis

dimissis erat debita, quamuis illa in se non redeant. In hac controuersia Magister anceps iudicium relinquit: quia vtriusque partis auctoritas, & ratio deliberare non finit.

3 Ad plenam explicationem Sacramenti Pœnitentiæ quæritur secundò; quid sit in hoc Sacramento, Sacramentum, & res; Aliqui sentiunt, Sacramentum esse confessionem, & absolutionem externam; rem verò, dolorem internum. Quia exterior pœnitentia, signum est interioris. Sacramentum autem dicitur, quod significat; res verò quod significatur. Si eis obiicias, Sacramentum euangelicum efficere rem, quam significat: pœnitentiam verò externam non esse causam internæ, sed potiùs internam externæ. Respondent, id esse verum de Sacramentis, quæ primitus in lege euangelica instituta sunt: Pœnitentiam verò externam non esse primitùs in lege euangelica institutam, cùm à primis parentibus exordium habuerit. Si iterum obiicias; rem non esse priorem Sacramento. Id negant: quia etiam in aliis Sacramentis sæpè res ipsum Sacramentum præcedit.

4 At alij sentiunt, Pœnitentiam externam esse Sacramentum tantùm; remissionem peccatorum rem tantùm; dolorem internum verò, rem, & Sacramentum simul. Nam Pœnitentia exterior significat, & non significatur; remissio peccatorum significatur, & non significat: dolor interior verò significat remissionem peccatorum, & significatur per pœnitentiam externam. Quo absoluitur de Sacramento Pœnitentiæ tractatio.

QVÆ

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An peccata remissa redeant per sequens peccatum? Hîc S. Thomas, Bonauentura, Scotus, Gabriel, Durandus, Mayron. Argentina, Tarant. & Gabr. *quæst.* 1. Richard. *quæst.* 2. Caietan. Cabeçudo, Suarez, Vazquez, Torres, Coninch, Præpos. Pesant. Sylui. & alij cum S. Thoma 3. *p. quæst.* 88. *art.* 1. Val. *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 5. *p.* 1. Sot. *dist.* 16. *q.* 1. Zerola *de Pœnitentia, cap.* 2. *q.* 21. Henriquez *lib.* 4. *c.* 32. Bonacina *disp.* 5. *de Sacrament. q.* 6. *sect.* 3. *p.* 1. Filliuc. *tr.* 6. *cap.* 6. *q.* 10. Tanner. *tom.* 4. *disp.* 6. *q.* 5. *dub.* 3. Mærat. *tom.* 3. *tr. de Pœnitent. disp.* 12.

Quæst. II. Quænam sint partes essentiales Pœnitentiæ? Hîc S. Thomas *q.* 2. *art.* 1. Bonau. *art.* 2. *q.* 2. Richard. *art.* 2. *q.* 1. Tarant. *q.* 9. Alij relati *dist.* 16. *quæst.* 4.

Quæst. III. An à Christo, & quando fuit institutum Sacramentum Pœnitentiæ? Hîc S. Thomas *q.* 2. *art.* 3. Bonau. *art.* 2. *quæst.* 1. Tarant. *q.* 13. Brulef. *q.* 3. Richard. *art.* 2. *q.* 5. Caiet. Cabeçudo, Suarez, Vazq. Coninch, Torres, Præpos. Pesant. Sylui. & alij cum S. Thoma 3. *p. q.* 84. *art.* 7. Bellarminus *tom.* 2. *lib.* 3. Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 9. *p.* 2. Molfes. *tract.* 7. *cap.* 3. Filliuc. *tract.* 6. *cap.* 2. Sayr. *de Sacram. lib.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 1. Bonacina *d.* 5. *q.* 2. *p.* 4. Tanner. *tom.* 4. *disp.* 6. *quæst.* 1. *dub.* 1.

DISTINCTIO XXIII.

De Sacramento Vnctionis extremæ.

ALiud Sacramentum eſt Vnctio extrema. Triplex eſt vnctio. Prima, quæ fit chriſmate, quod oleo ſignificante conſcientiam, & balſamo ſignificante bonam famam conficitur, & Regibus, ac Pontificibus in capite, baptizatis in vertice, confirmandis in fronte adhibetur. Secunda eſt Catechumenorum, & Neophytorum, hoc eſt, Nouitiorum fidei, quæ in pectore, & inter ſcapulas fieri ſolet. Tertia infirmorum, quæ moribundis fit in ſenſibus, oleo per Epiſcopum conſecrato. De qua vnctione nunc ſermo eſt.

2 Primò, hoc Sacramentum creditur ab Apoſtolis inſtitutum. Continetúrque Iacobi vlt. *Infirmatur quis in vobis: inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & alleuiabit eum Dominus: & ſi in peccatis fuerit, dimittentur ei.* Secundò, effectus, in quem eſt inſtitutum, eſt duplex; ſcilicet, remiſſio peccatorum abſolutè, & ſalus corporis ſub conditione, quòd infirmo expedierit. Tertiò, in ea aliud eſt Sacramentum, aliud res Sacramenti: Sacramentum eſt vnctio exterior ſignificans, & non ſignificata; res verò eſt vnctio interior ſignificata, & non ſignificans, quæ remiſſione peccatorum, & virtutum augmento perficitur. Quartò, licèt neceſſarium non ſit ad ſalutem; tamen ſi contemnatur, aut negligatur, damnabile eſt. Quintò, iterari poteſt, ſicut pleraque alia Sacramenta iterantur:

iterantur : quia deputatum est ad medicinam corporis,& animæ ægritudine periclitantium; pericula autem ægritudinis iterantur. Vnde in eadem ægritudine, si morbus reuertitur, & Sacramento semel suscepto non cohibetur, iteratio medicinæ non prohibetur.

3 Vnde, cùm Augustinus *lib. 2. contra epist. Parmen. cap.* 13. ait, Sacramentum non iterandum, ne iniuria fiat Sacramento; non est intelligendus de omni Sacramento, sed de Baptismo, Confirmatione, & Ordine, de quibus ibi disserit: nam constat, Sacramenta Eucharistiæ, Pœnitentiæ, & Matrimonij iterari posse. Tamen nonnulli id verum intelligunt de omni Sacramento secundùm se totum considerato: quia nullum secundùm se totum iteratur; quamuis plura semel, & iterum suscipiantur. Quia super eandem materiam, v.g. super eandem Hostiam in Eucharistia, eandem confessionem in Pœnitentia, idem oleum in extrema Vnctione benedictio non iteratur. Si autem eis obiicias, ea ratione posse semel, & iterum Baptismum suscipi, quin iteretur; quia eadem aqua semel, & iterum non benedicitur. Respondent, benedictionem aquæ non esse essentialem Baptismo, sicut consecratio est essentialis Eucharistiæ, absolutio Pœnitentiæ, & benedictio olei Vnctioni extremæ. Hæc sententia sic iteratione intellecta vocalis est, & vera; eaque ratione etiam in Matrimonio coniuges semel tantùm in primis nuptiis benedicuntur. Cæterùm inter Sacramenta id discrimen de re est, quòd aliorum susceptio iterari potest, aliorum verò non. Ergo nunc Vnctio extrema iterabilis dicitur, quia eius susceptio iteratur.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Quænam sit materia extremæ Vnctionis? Hîc S. Thomas *q*. 1. *artic*. 3. Bonauent. *artic*. 1. *q*. 3. Richardus *q*. 3. Tarant. *q*. 5. Valent. *tom*. 4. *d*. 8. *q*. 2. *p*. 2. Suar. *tom*. 4. *d*. 39. *sect*. 1. Tannerus *tom*. 4. *disp*. 7. *q*. 1. *dub*. 1. Laym. *tom*. 2. *tract*. 8. *c*. 2. Henriq. *lib*. 3. *c*. 8. Bellarm. *c*. 7. Coninch. *tom*. 2. *in* 3. *p*. *d*. 19. *dub*. 2. Bonac. *de Sacrament*. *d*. 7. *q*. 1. *part*. 2. Mæratius *d*. 2. *&* 3.

Quæst. II. Quæ sit forma? Hîc S. Thomas *q*. 1. *art*. 4. Bonauent. Richard. & Brulef. *q*. 4. Tarant. *q*. 6. Durand. *q*. 3. Suarez *d*. 40. *sect*. 3. Coninch. *tom*. 2. *in* 3. *p*. *d*. 19. *dub*. 4. Bellarm. *cap*. 7. Henriq. *lib*. 3. *cap*. 8. Filliuc. *tr*. 3. *cap*. 4. *q*. 10. Tanner. *tom*. 4. *d*. 7. *q*. 1. *dub*. 1. Laym. *tom*. 2. *tr*. 8. *c*. 3. Mæratius *disp*. 4. Val. *tom*. 4. *disp*. 8. *q*. 2. *p*. 2.

Quæst. III. Effectus extremæ Vnctionis? Hîc S. Thomas *q*. 1. *art*. 2. *& in supplem*. 3. *p*. *q*. 30. *art*. 1. Bonauent. Argent. Tarant. & Brulef. *q*. 1. Richardus *q*. 5. Valentia *tom*. 4. *disp*. 8. *q*. 1. *p*. 3. Suarez *tom*. 4. *in* 3. *p*. *d*. 41. Henriq. *lib*. 3. *cap*. 9. Coninch. *tom*. 2. *in* 3. *p*. *d*. 19. *dub*. 5. Bellarm. *c*. 8. Filliuc. *tr*. 3. *c*. 5. *q*. 6. Tan. *tom*. 4. *disp*. 7. *q*. 1. *dub*. 2. Mærat. *d*. 6. *& seq*. Bonac. *de Sacram*. *d*. 7. *q*. 1 *p*. 6. Laym. *tr*. 8. *c*. 5.

Quæst. IV. A quo sit institutum hoc Sacramentum? Hîc S. Thom. *q*. 1. *art*. 4. Scot. Argent. & Mayr. *q*. 1. Bonau. Richard. & Brulef. *q*. 2. Tarant. *q*. 4. Suar. *tom*. 4. *in* 3. *p*. *d*. 39. *sect*. 2. Tann. *tom*. 4. *d*. 7. *q*. 1. *dub*. 1. Mærat. *d*. 1. Bonac. *de Sacram*. *d*. 7. *q*. 1. *p*. 1. Coninch. *tom*. 2. *in* 3. *p*. *d*. 19. *dub*. 1. Laym. *tom*. 2. *tr*. 8. *c*. 1.

Quæst.

Quæst. V. Quibus ministretur? Hîc S. Thom. *q.* 2. *art.* 2. Bonauent. *art.* 2. *q.* 2. Richard. *art.* 2. *q.* 4. Brulef. *q.* 6. Tarant. *q.* 19. Antonin. 3. *p. tit.* 14. *c.* 15. §. 6. Bellar. *c.* 9. Mærat. *d.* 9. Suar. *tom.* 4. *in* 3. *p. d.* 42. *sect.* 1. Filliuc. *tr.* 3. *c.* 5. *q.* 6. Henriq *lib.* 3. *c.* 10. & 11. Laym. *tom.* 2. *tr.* 8. *c.* 4. Bonac. *de Sacr. d.* 7. *q.* 1. *p.* 5. Val. *tom.* 4. *d.* 8. *q.* 2. *p.* 2.

Quæst. VI. An, & quomodo iterari possit? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 4. Bonau. *art.* 2. *q.* 4. Rich *art.* 2 *q.* 6. Brulef. *q.* 8. Tarant. *q.* 6. Suar. *tom.* 4. *in* 3. *p. d.* 40. *sect.* 4. Henriq. *lib.* 3. *c.* 19. Coninch. *tom.* 2. *d.* 19. *dub.* 8. Laym. *tom.* 2. *tr.* 8. *c.* 4. Bonac. *de Sacr. d.* 7. *q.* 5. *p.* 6. Mærat. *d.* 5. Tan. *tom.* 4. *d.* 7. *q.* 1. *dub.* 3. Val. *tom.* 4. *d.* 8. *q.* 2. *p.* 2.

DISTINCTIO XXIV.

De ordinibus ecclesiasticis.

PRimò quæritur, quid, & quotuplex sit Ordo ecclesiasticus? Ordo est signaculum externum, quo ordinatus charactere spirituali insignitus deputatur ad officium, & ministerium sacrum Ecclesiæ, & gratia ad illud implendum confertur. Vnde & Sacramentum est, cùm sit signum visibile inuisibilis gratiæ. Septem sunt gradus, seu ordines ecclesiastici, Ostiarij, Lectores, Exorcistæ, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi, & Sacerdotes. Septem sunt propter septem dona Spiritus sancti, quorum participes esse debent, qui ad Ordines ecclesiasticos promouentur, & eorum augmentum in promotione suscipiunt.

2 Secundò quæritur: Quales sint dignitate, & esse debeant

beant sanctitate, qui ordinantur; Dignitatem indicant corona, & *Cleri* nomenclatura, qua ab aliis distinguuntur. Corona enim regale decus est; & *Clerici* dicuntur, quia principem Dei hæreditatem, & ministerij partem sortiuntur: de quibus propterea Petrus 1.2. ait. *Vos estis genus electum, regale Sacerdotium.* Sanctitatem refert ministerij officium, & capillorum tonsura: deputatur enim ad Dei Sacramenta tractanda, ad quod mentis immaculatæ puritas exigitur. Tondētur verò capilli, vt affectiones prauas, & terrenas cogitationes eis præcidendas demonstretur. Qui tonsuræ vsus à Nazaræis initium habet, quibus ob vitæ continentiam radebatur caput, & capilli igne sacrificij cremabantur.

3 Tertiò quæritur: Quænam sint in specie officia singulorum Ordinum; Primò, Ostiarij munus est, ostia templi custodire, dignis aperire, & indignis claudere. Vnde eis in ordinatione claues Ecclesiæ committit Episcopus dicens: *Sic agite, tanquam rationem Deo reddituri pro rebus, quæ clauibus istis recluduntur.* Quod officium gessit Christus, flagello vendentes, & ementes eiiciens è templo, & se Ostiarium dedignatus non est dicens Ioan. 10. *Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur.* Secundò, Lectoris est, sacros libros, & eloquia Prophetarum fidelibus in Ecclesia nuntiare. Vnde & ei traditur ab Episcopo codex diuinarum lectionum, & dicitur: *Accipe, & esto verbi Dei relator, &c.* Quare ei incumbit, sensum sacræ lectionis intelligere, & vim accentuum scire, ne legens populo sinistra prolatione intellectum lectionis turbet. Quod munus impleuit Christus *Luc.* 4. cùm in medio seniorum librum Esaiæ legit.

legit. Tertiò, Exorcistis datur adiurare, vel increpare Spiritus Dæmonum, manus super Energumenos, & Catechumenos imponendo. Vnde, cùm ordinantur accipiunt ab Episcopo librum Exorcismorum, dicente: *Accipite, & habetote potestatem imponendi manus super Energumenos, vel Catechumenos.* Quo officio vsus est Dominus *Marc.* 7. saliuâ sua tangens aures, & linguam surdi, & muti, & dicens, *effœta*, quod est, *adaperire.* Item, plures alios Dæmoniacos sanans. Quartò, Acolytis incumbit, cereum accensum deportare ad legendum Euangelium, vel offerendum Sacrum, & vrceolum cum vino, & aqua pro Eucharistia Subdiaconis præparare, & ministrare. Vnde ab Episcopo ordinante, huius ministerij mouentur, & ab Archidiacono accipiunt candelabrum cum cereo, & vrceolum vacuum Cuius officij typus fuit Christus *Ioan.* 8. dicens: *Ego sum lux mundi,* &c.

4 Rursus quintò Subdiaconorum est, officiis Diaconorum, & Leuitarum proximè inseruire, vt oblationes fidelium suscipere, & Leuitis altari supponendas deferre, calicem, & patenam ad altare eisdem tradere, vrceolum quoque & aquamanile cum manutergio tenere, & Episcopo, Presbyteris, & Leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam præbere; necnon corporalia, pallas, & substratoria lauare. Subdiaconis lex continentiæ imponitur: quia altari propinqui sunt, & vasa Corporis, & Sanguinis Domini portant, iuxta illud Esaï. 52. *Mundamini, qui fertis vasa Domini.* Vnde eis ordinandis tradit Episcopus patenam & calicem vacuum; Archidiaconus verò vrceolum cum aquamanili, & manutergio. Quorum officio functus est Dominus *Ioan.* 13. linteo se præcingens,

Vv 5 &

& mittens aquam in peluim, pedes discipulorum lauans, linteóque tergens. Sextò, Diaconorum officium est, Sacerdotibus proximè assistere in ministerium Sacramentorum Christi, præsertim Eucharistiæ, eis patenam & calicem disponentes, necnon oblationes fidelium suscipere, altari seruire, Crucem ferre, Euangelium populo prædicare, pacémque nuntiare. Hic ordo ab Apostolis celebratus est, *Act.* 6. septem viros plenos Spiritu sancto ad hoc officium eligentibus, & manus eis imponentibus. Vnde, cum ordinantur, solus Episcopus eis manum imponit, sic ministerium indicens; stolam super læuum humerum ponit, iugum Domini suaue portare, & ad sinistram pertinentia diuino timori subiicere docens; textum Euangelij tradit, Præcones Euangelij declarans. Huic ministerio prælusit Christus *Matth*. 26. post cœnam Sacramentum Eucharistiæ discipulis dispensans, & Luc. 22. dormientes discipulos ad orationem excitans. Porrò Diaconi Leuitæ dicuntur: quia in lege veteri à Leuitis diuino cultui mancipatis, & Sacerdoti Aaroni, ac successoribus eius in tabernaculo ministrantibus præfigurati sunt.

5 Tandem septimò, Presbyterorum est, aliis morum sanctitate, & senili maturitate præcellere; ideóque *Presbyter* Græcè, Latinè *senior* interpretatur: coram Deo ante omnes stare, quare *Antistites*, seu antè stantes dicuntur: sacra populo dare, proptereáque *Sacerdotes*, hoc est, sacrorum Doctores, seu dantes, nuncupantur: Sacramentum Eucharistiæ conficere, donaque, & orationes populi Deo offerre. Vnde in sacerdotium assumptis inunguntur manus, vt possint Sacramenta tangere, & consecrare, fidelibúsque liberaliter

liter ministrare : stola super humerum vtrunque cingitur, vt armis iustitiæ contra aduersa, & prospera muniantur : calix cum vino, & patena cum Hostia porrigitur, vt Deo placabiles Hostias pro populo offerendas demonstretur. Sacerdotis personam induit Christus, tum in cœna Sacramentum Eucharistiæ conficiens, tum in Cruce Hostiam se Patri offerens.

6 Sacerdotis officium gradus habet, qui non ordinem, sed dignitatem inæqualem referunt. Alij enim Episcopi sunt; alij Presbyteri tantùm. Episcoporum dignitas præter officia Sacerdotum exposita poscit, vt aliis Sacerdotibus præpositus consulat gregi Domini, dignos ei ministros disponens, & in Ordines ecclesiasticos assumens. Quam dignitatem nactus est Christus, cùm Apostolos in Episcopos elegit, qui deinde alios septuaginta & duos discipulos Presbyteros ordinarunt. Inter Episcopos vnus Princeps est, quem primus gessit Petrus, & *Summus Pontifex*, seu *Papa*, hoc est, Pater Patrum dicitur. Rursus Episcopi inferiores Papa quatuor gradibus distinguuntur. Sunt enim Episcopi simplices, quibus alij Episcopi subiecti non sunt. *Metropolitani*, qui aliarum ciuitatum Episcopis præsunt. *Archiepiscopi*, qui Metropolitanis præeminent, quanquam nunc Archiepiscopi, & Metropolitani confunduntur. *Patriarchæ*, qui Metropolitanis superiores sunt, ideóque summi Patres dicuntur, vt Antiochenus, & Alexandrinus; quorum tamen summus, & primus est Romanus, legitimus, & vnicus successor Petri. Hæc diuisio dignitatũ etiã inter gentiles præcessit, qui suos Sacerdotes, alios *Flamines* simplices, alios *Archiflamines*, alios *Protoflamines*

nun

nuncupabant. *Flamines* autem dicti sunt à filo capitibus imposito, quo ab aliis discernebantur, quasi *Flamines* dicerentur.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Ordo sit Sacramentum, & gratiam conferat? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 1. Bonau. *p.* 1. *art.* 2. *q.* 2. Richard. *art.* 4. *q.* 2. Argent. *q.*.. Brulef. *q.* 6. Tarant. *q.* 9. Dur. *q.* 1. Tann. *tom.* 4. *d.* 7. *q.* 2. *dub.* 1. Val. *tom.* 4. *d.* 9. *q.* 1. Laym. *tom.* 2. *tr.* 9. *c.* 2. Mærat. *d.* 1. Bonau. *de Sacram. d.* 8. *q.* 1. *p.* 1. Alij relati *q. sequenti.*

Quæst. II. Quot sint Ordines, & an omnes sint Sacramentum? Hîc S. Th. *q.* 2. *art.* 1. Bonau. *p.* 2. *art.* 2. *q.* 4. Scot. *q.* 1. Richard. *art.* 3. *q.* 3. Mayr. *p.* 2. Durand. *q.* 3. Tarant. *q.* 12. Val. *tom.* 4. *d.* 9. *q.* 1. Victor. *de Sacr. q.* 226. Bellarmin. *tom.* 3. *lib.* 1. *de Ord. c.* 6. *& seq.* Coninch *tom.* 2. *in* 3. *p. d.* 26. *dub.* 6. Filliuc. *tr.* 9. *c.* 1. *q.* 11. Molf. *tr.* 2. *c.* 1. Tan. *tom.* 4. *d.* 7. *q.* 2. *dub.* 2. Laym. *to.* 2. *tr.* 9. *c.* 4. Bonau. *de Sacram. d.* 8. *q.* 1. *p.* 2. Mærat. *d.* 3. *& seq.* Nauar. *in Man. c.* 22.

Quæst. III. An omnes imprimant characterem, & quando? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 2. *& q.* 2. *art.* 3. Bonau. *p.* 2. *art.* 1. Richard. *art.* 3. *q.* 2. Tar. *q.* 1. Brulef. *q.* 9. Bellarm. *lib. de Ord. c.* 10. Sayr. *de Sacram. lib.* 5. *c.* 1. *q.* 1. Filliuc. *tr.* 9. *c.* 3. *q.* 2. *& seq.* Vazq. *tom.* 3. *in* 3. *p. d.* 243. *&* 244. Coninch. *tom.* 2. *d.* 20. *dub.* 8. Henriq. *lib.* 10. *c.* 7. *&* 14. Val. *tom.* 4. *d.* 9. *q.* 2. *p.* 1. Bonac. *de Sacram. d.* 8. *q.* 1. *p.* 6. Tann. *tom.* 4. *d.* 7. *q.* 2. *dub.* 5.

Quæst. IV. An Episcopatus sit Ordo, & Sacramentum? Hîc S. Th. *q.* 2. *art.* 3. Bonau. *p.* 2. *art.* 2. *q.* 3. Richard. *art.* 5. *q.* 2. Tarant. *q.* 6. Valent. *tom.* 4. *d.* 9. *q.* 1.

p. 4.

*p.*4.Bellarm.*tr.de Ord.c.*5.Mich.Medina *lib.*1.*de celebrat.c.*16.Coninch.*tom.*2.*in* 3.*p.d.*20. *dub.* 2. Vazq. *tom.* 3.*in* 3.*p.d.*240.*c.*3.Philiar.*lib.*1.*c.*10.Fornar.*c.*1. *de ord.*Reginal.*lib.* 30.*tr.* 5.Filliuc.*tr.*9.*c.*1.*q.*9. Henr. *lib.*10.*c.* 2.Bonac.*de Sacram.d.*8.*q.* 1.*p.*1.Tann.*tom.*4. *d.*7. *q.*2. *dub.*2. Sot. *de institut. Sacerdot. lectione* 4. Laym.*tom.* 2.*tr.* 9.*c.* 3. Mæratius *disp.* 5.

DISTINCTIO XXV.

De ordinatis ab Hæreticis.

QVæritur primò: An ab Episcopis Hæreticis validè Ordines conferantur; ideóque opus non sit ab eis ordinatos iterum ordinari? Prima sententia negat, eorum ordinationem esse validam. Cuius sententiæ videntur esse plures Ecclesiæ Patres. Innocentius enim *epist.* 18.*cap.* 3.*ad Alexand.* censet, *Arrianorum Clericos non esse suscipiendos, cum Sacerdotij, vel ministerij alicuius dignitate.* Gregor.lib. 3. Dialog.c. 31. *sacrilegam esse Arrianorum consecrationem.* Cyprianus epist. contra Hæret. *Omnia, quæ faciunt Hæretici, inania & sacrilega esse, & eorum altaria falsa, & sacrificia sacrilega.* Hieronymus ad illud: *Interroga Sacerdotes.* Aggæi 2. *Oblationes Hæreticorum contaminatas esse in conspectu Dei, odisséque Deum sacrificia eorum, & à se proiicere, quia offerunt panem sacrilegum.* Leo ad Anatol. q. 36.c. 2. *Extra Ecclesiam nec rata esse sacerdotia, nec vera sacrificia.*

2 Secunda sententia affirmat. Quam tuetur Augustinus *lib.* 2.*contra epist. Parm.cap.* 22. & probat: quia

Hæretici

Hæretici validè baptizant. Ergo & validè ordinant: *Quia nulla ostenditur causa, cur ille, qui illud Baptisma amittere non potest, ius dandi possit amittere; Vtrunque enim Sacramentum est, & quadam consecratione vtrunque homini datur. Ideóque non licet in Catholica Ecclesia vtrunque iterari; sed sicut Baptismus in eis, ita in eis mansit ordinatio integra.* Explicat: quia aliud est validè; aliud licitè ordinare. Hæretici illicitè, sed validè vtrunque Sacramentum conficiunt. Tuetur etiam eodem argumento Gregorius lib. 2. Regist. *Quod dicitis, vt qui ordinatus est, iterum ordinetur, valdè ridiculum est. Vt enim baptizatus semel, iterum baptizari non debet: ita qui consecratus est semel, in eodem ordine non valet iterum consecrari.*

3 Tertia sententia media est, partim affirmans, & partim negans, testimoniáque Patrum pro prima, & secunda sententia componens. Quod variè varij exponunt. Primus modus componendi est, Episcopos Hæreticos sententia Ecclesiæ excommunicatos amittere potestatem ordinandi validè; sicut ab eadem degradatos, quod primæ sententiæ conceditur: at sola prauitate sensus Hæreticos, & nondum ab Ecclesia damnatos eam potestatem retinere, quod Augustino, & secundæ sententiæ datur. Secundus modus est, Ordines ab Hæreticis etiam excommunicatis celebratos secundùm formam Ecclesiæ veros, & ratos esse cum secunda sententia; aliter verò celebratos esse inanes, & sacrilegos cum prima. Tertius modus, Ordines celebratos ab Hæreticis cum forma Ecclesiæ esse veros, & ratos, quantum ad ipsorum valorem: at quantùm ad effectum gratiæ esse inanes, & vacuos. Quartus modus est, Hæreticos Episcopos in Ecclesia ordina-

tos

tos ius validè ordinandi conseruare; cæteros verò ab eis in Schismate, vel hæresi ordinatos eo iure carere. In qua controuersia nihil decernit Magister.

4 Quæritur secundò: An Episcopi simoniaci ius ordinandi conseruent, qui Hæreticis annumerari possunt. Primò simoniaci dicuntur, qui instar Simonis Magi gratiam impretiabilem Spiritus sancti pretio conducunt. Secundò, non solùm dantes, sed etiam accipientes simoniaci dicuntur. Tertiò vtrique sententiâ degradationis percelluntur. Ergo, qui à simoniacis ante degradationem ordinantur, ritè ordinati sunt. Item, qui post degradationem Episcopi ordinantur ignorantes Episcopum esse simoniacum, non subiiciuntur degradationis sententiæ. Qui verò scienter à simoniaco ordinantur, irritam ordinationem suscipiunt. Quò pertinet tripartita distinctio simoniacæ hæresis iuxta Nicolaum Papam 1. *q.* 1. *c.* *Statuimus.* Docentem, alios simoniacè à simoniacis, alios simoniacè à non simoniacis, alios non simoniacè à simoniacis ordinari, & hos postremos misericorditer ab Ecclesia sustineri. Item, iuxta constitutionem Alexandri II. *1. q. 1. cap. Erga simoniacos.* etiam qui vi à simoniacis in Ordinem ecclesiasticum assumuntur, ab ea degradationis sententia excusantur. Nec audiendi sunt, qui se non consecrationem emere, sed prouentus consecrationis contendunt. Nam alterum sine altero, cui connexum est, non venditur.

5 Quæritur tertiò: In qua ætate sacri Ordines suscipiantur; Nicolaus Papa *d.* 77. *&* 78. declarat, Subdiaconum non ordinandū ante vigintiquatuor annos, nec Diaconum

Diaconum ante viginti, nec Presbyterum ante triginta. Quod idem de ætate Presbyteri Fabianus sanxit: quia Christus ante eam ætatem docere non cœpit.

Annotatio.

PArisienses expungunt *in hac distinctione*, quod Magister docet, ordinationem factam ab Episcopo simoniaco degradato, ei, qui sciebat, Episcopum esse simoniacum, esse irritam. Verùm benignè interpretari possumus de irritatione, quantùm ad effectum Sacramenti; non verò quantùm ad eius valorem. Nam expendens Magister *superiùs* valorem Ordinis ab Hæreticis sententia Ecclesiæ damnatis celebrati, cohibet omninò suffragium. Ergo posteà, non de valore Sacramenti, sed de eius effectu loquutus est. Item, quia eam docet non esse irritam ignoranti Episcopum esse simoniacum; sed tantùm scienti, & peccanti susceptione Ordinis. Ergo de effectu iustificationis tantùm disseruit, non de valore Sacramenti. At sic suscipienti esse irritum Ordinem quoad effectum Sacramenti, indubitatum est.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An solus Episcopus possit Ordines conferre? Hîc S. Thom. Bonauentura, Richard. Argent. Tarant. Durand. Scot. Sot. Brulef. & alij *q.* 1. Mayr. *q.* 3. Vazquez *tom.* 3. *in* 3. *p. d.* 243. *&* 245. Henriquez *lib.* 10. *c.* 21. Coninch *tom.* 2. *in* 3. *p. d.* 20. *dub.* 9. Fornar. *de Ord. c.* 4. Filliuc. *tr.* 9. *c.* 5. *q.* 1. Val. *tom.* 4. *d.* 9. *quæst.* 2.

Bellarm.

Bellarm.*de Cleric.c.* 27.Bonac.*de Sacram.d.*8.*q.*1.*p.*4. Tann.*tom.* 4.*d.*7.*q.*3.*dub.* 2. Laym. *tom.* 2.*tract.*9.*c.*9. Mærat.*d.*8.

Quæst. II. An possit Papa simplici Sacerdoti potestatem ordinandi conferre? Hîc Dur. & Sot.*quæst.* 1. Henriq. *lib.*10.*c.*23.Bellarm. *de Cleric.c.* 27.& *de ord.* *c.*7. Val.*tom.*4.*d.*9.*q.*2.*p.*1.Filliuc.*tr.*9.*c.*5.*q.*2.Couat. *variar.c.*10.Coninch *tom.*2.*in* 3.*p.d.*20.*dub.*9.Cabeçud.*in* 3.*p.q.*38.*art.*1.Fornar.*de Ordin.c.*5.Tannerus *tom.*4.*d.*7.*q.*3.*dub.*2. Laym.*tom.*2.*tr.*9.*c.*9.Mærat.*de ord.d.*8.Bonac. *de Sacram.d.*8.*q.*1.*p.*4.

Quæst. III. An Episcopi hæretici, & excommunicati validos Ordines conferant? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 2. Bonau. Richard. & Brulef.*q.*2.Tarant. *quæst.*3. Alij relati *q.*1.

Quæst. IV. An fœminis possit validè Ordo conferri? Hic S.Thomas *q.*2.*art.*1.Bonauent.*art.*2.*q.*1. Scot. *q.*2. Richard.*art.*4.*q.*1. Argentina, *q.*1.*art.*2. Mayron.*q.*4.Brulef *q.*5.Tarant.*q.*9.Vazq.*tom.*3.*in* 3. *p.d.*235.Tann.*tom.*4.*d.*7.*q.*3.*dub.*1.Coninch *tom.*2. *in* 3.*p.d.*20.*dub.*10.Filliuc. *tr.*9.*c.*4.*q.*1. Henriq. *lib.* 14.*c.*8.Val.*tom.*4.*d.*9.*q.*4.*p.*1.Fornar.*de Ord.c.*3.Bonacina *de Sacram.disp.*8.*q*....*p.*5.Layman *tom.*2.*tr.*9. *c.* 6.Mærat.*de Ord.d.*9.

Quæst. V. In quo simonia consistat? Hîc S.Thom. *quæst.*3. *art.* 1. & 2. Bonau.*art.*1.*quæst.*3. Richardus *art.*2. *q.*1. Durand.& Brulef. *q.*3. Tarant.*q.*4. Val. *tom.*3.*d.*6.*q.*16.*p.*1.Azor 3.*p.lib.*12.*c.*3.Suar. *tom.* 1. *de Relig.lib.*4.*c.*36.Filliuc. *tr.*45.*c.*1. Laym.*lib.*4.*tr.* 10.*c.*8.Reginald.*lib.*23.*c.*11.Couar.1.*variar.c.*5.Bonac.*de simon.d.*1.*q.*1.*p.*1. Molfes.*tr.*6.*cap.*15.Lessius *lib.*2.*c.*35.*dub.*1.& *seq.*

Quæſt. VI. Quibus modis ſimonia committatur? Hîc S. Thom. *q.* 3. *art.* 2. *&* 3. Durand. *q.* 4. *& ſequenti*, Sot. *lib.* 9. *de iuſtitia*, *q.* 8. *art.* 1. *& ſequenti*. Azor 3. *p. lib.* 12. *c.* 1. *& ſequenti*. Laym. *lib.* 4. *tr.* 10. *c.* 8. *& ſeq.* Nauar. *c.* 23. Valentia *tom.* 3. *d.* 6. *q.* 16. Rodrig. *in ſum. c.* 55. Vgolin. *tab* 1. *c.* 62. Filliuc. *tr.* 45. *c.* 2. *& ſeq.* Bonac. *de ſimon. d.* 1. *q.* 2. *& ſeq.* Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. Nauar. *de ſimon.*

DISTINCTIO XXVI.

De Sacramento coniugij, cuius inſtitutio, & cauſa oſtenditur.

PRima concluſio: Ante peccatum inſtitutum fuit matrimonium ad officium, & multiplicationem naturæ: quia Eua ante peccatum vxor Adami erat, de qua Adamus *Geneſ.* 2. dixit: *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.* Cauſa eius inſtitutionis ante peccatum fuit officium, & multiplicatio naturæ, vt oſtendit illud Geneſ. 1. *Creſcite, & multiplicamini*, quod à Deo ante peccatum dictum eſt. Quare etiam, deficiente peccato, propter officium naturæ eſſent in Paradiſo nuptiæ honorabiles abſque vllo incentiuo libidinis. Poſt peccatum verò, matrimonium eſt ad concupiſcentiæ remedium, vt teſtatur, & probat Auguſtinus lib. 9. ſuper Geneſ. cap. 7. *Quod ſanis eſt ad officium, ægrotis eſt ad remedium. Infirmitas enim incontinentiæ,*

tinentia, quæ est in carne per peccatum mortua, ne cadat in ruinam flagitiorum, excipitur honestate nuptiarum.

2 Secunda conclusio: Prima institutio matrimonij habuit præceptum, secunda indulgentiam. Nam ante peccatum præceptum est primis hominibus Genes. 1. 1. *Crescite, & multiplicamini.* Quod præceptum etiam post peccatum, & diluuium, *Genes.* 9. filiis Noë eisdem verbis iterum iniunctum est. Multiplicato verò homine matrimonium secundùm indulgentiam est: tum, quia illi liberum est, & absque peccato prætermittitur: tum, quia Apostolus 1. *Corinth.* 7. virginitatem, tanquam meliorem, consulit, & solùm matrimonium propter remedium bonum probat. Vnde rectè nunc matrimonium indulgetur: quia indulgentia, sicut & permissio, de minoribus bonis esse solet.

3 Tertia conclusio contra Hæreticos Tatianos: Matrimonium ex se non est malum, sed bonum. Primò, quia Dominus inter primos parentes instituit matrimonium. Secundò, quia nunc est Sacramentum. Tertiò, quia Christus in Cana Galilææ nuptiis interfuit, eásque miraculo aquæ conuersæ in vinum commendauit. Quartò, quia ipse Christus *Matthæi cap.* 19. virum dimittere vxorem prohibuit. Denique, quia Apostolus Paulus 1. *Corinth.* 7. ait: *Virgo non peccat, si nubat.*

4 Quarta conclusio: Res Sacramento matrimonij significata est, tum spiritualis coniunctio animorum coniugum inter se, tum coniunctio Ecclesiæ cum Christo. Prior coniunctio significatur matrimonio: quia ipsi annexa est, iuxta illud Eph. 5. *Viri, diligite*

vxores vestras, vt corpora vestra. Posterior verò, quia Apostolus ibidem ait: *Scriptum est: Relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Hoc est, inter Christum, & Ecclesiam, vt inter sponsum, & sponsam celebratum est. Vt enim inter coniuges est coniunctio animorum, & corporum: sic etiam inter Christum, & Ecclesiam est vnio voluntatis, quam refert coniunctio animorum; & vnio naturæ, quam refert coniunctio corporum. Christus enim amat eadem bona, quæ Ecclesia, & naturam sibi copulauit eandem.

5 Quinta conclusio: Potest esse verum Sacramentum absque vlla copula carnali, & commixtione sexuum: tum, quia inter Mariam, & Ioseph, qui nulla carnali copula fuerunt commixti, verum matrimoniũ contractum fuit: tum, quia Sacramentum matrimonij non repugnat maiori continentiæ sanctitatis; nam, teste Augustino de bono coniug. c. 18. *In nuptiis plùs valet sanctitas Sacramenti, quàm fœcunditas ventris.*

6 Obiicitur primò ab August. *lib.* 1. *contra Iul. c.* 5. & Leone Papa *epist.* 90. doceri, eam mulierem, cũ qua non fuit commixtio sexus, non pertinere ad matrimonium. Secundò, matrimonium secundùm vnionẽ corporum significare coniunctionem Ecclesiæ cum Christo. Respondetur: Aliud est, non esse matrimonium significans perfectam vnionem Ecclesiæ cum Christo; aliud non esse verum, & perfectum matrimoniũ. Matrimonium, in quo non fuit copula carnalis, non est matrimonium significans perfectam vnionem cum Christo; scilicet vnionem secundùm naturam; sed tantùm secundùm charitatis affectum. Cæterùm, verum, & per

& perfectum matrimonium est imò perfectiùs, & sanctius: quia eius perfectio, & sanctitas non sumitur adæquatè ex illa repræsentatione vnionis cum Christo, cùm aliunde possit, scilicet, ex continentia carnis, & altiori repræsentatione vnionis charitatis perfectionem haurire.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An matrimonium fuerit, & sit præceptũ? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 3. Bonau. *art.* 1. *q.* 3. Richard. *art.* 3. *q.* 1. Tarant. *q.* 4. Durand. *q* 2. Sotus *q.* 1. Sanch. *lib.* 2. *disp.* 3. Filliuc. *tr.* 10. *c.* 1. *q.* 5. Rebel. *lib.* 2. *q.* 2. Bonac. *q.* 2. *p.* 3. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 1. Mol. *de iust.* *disp.* 22. Tann. *tom.* 4. *disp.* 8. *q.* 2. *dub.* 1. Ledes. *q.* 41. *art.* 2. Mærat. *disp.* 1. *sect.* 3. Coninch. *disp.* 25. *dub.* 1. Valent. *tom.* 4. *disp.* 10. *q.* 1. *p.* 4.

Quæst. II. An matrimonium sit Sacramentum, etiam inter fideles contractum? Hîc S. Thomas *q.* 2. *art.* 1. Bonau. *art.* 2. *q.* 2. Scotus *q.* 1. Dur. & Tarant. *q.* 3. Sot. *q.* 2. *art.* 3. Sanch. *lib.* 2. *disp.* 7. & 8. Coninch. *disp.* 24. *dub.* 2. Gutierrez *cap.* 42. Filliucius *tract.* 10. *cap.* 1. *quæst.* 9. Ledesma *quæst.* 59. Henriquez *lib.* 11. *cap.* 1. Val. *tom.* 4. *disp.* 10. *q.* 1. *p.* 5. Tann. *tom.* 4. *disp.* 8. *q.* 2. *dub.* 2. & 3. Laym. *tr.* 10. *p.* 2. *c.* 2. Mærat. *disp.* 2. Bonac. *q.* 2. *p.* 2.

Quæst. III. Quænam sit materia, forma, & minister huius Sacramenti? Hîc S. Thomas *quæst.* 2. *art.* 1. Bonauentura *art.* 2. *quæst.* 1. Brulef. *quæst.* 4. Durand. *quæst.* 3. Valentia *tom.* 4. *disp.* 10. *quæst.* 1. *p.* 6. Sanchez *lib.* 2. *disp.* 5. & 6. Ledesma. *q.* 42. Coninch. *disp.* 24. *dub.* 3. Filliucius *tr.* 10. *c.* 1. *quæst.* 7. & *seq.* Henriquez

lib.11.*c*.2.*& seq*. Vazquez *disp*.3. Gutierrez *c*.41. Tannerus *tom*.4.*disp*.8.*q*.2. *dub*.2. Laym. *tr*.10.*p*.2.*c*.2. Mærat. *disp*.3.*&* 4.

Quæst. IV. An commixtio carnalis, aut eius intentio sit de essentia matrimonij? Hîc S. Thomas *quæst*.2.*art*.4. Bonauentura *art*.2.*q*.3. Richard. *art*.4. *quæst*.3. Brulef. *q*.6. Tarant. *quæst*.9. Sotus *dist*.27.*q*.1. *art*.2. Henriquez *lib*.11.*c*.15. Ledesm. *q*.48.*art*.1. Sanchez *lib*.2.*disp*.28. Tannerus *tom*.4.*disp*.8.*q*.6.*dub*.1. Mærat. *disp*.7.*sect*.3. Valentia *tom*.4.*disp*.10 *q*.3.*p*.5. Laym. *tr*.10.*p*.2.*c*.1.*&* 7. Coninch *disp*.24.*dub*.4. Medina *lib*.5.*de contin*.*c*.70.

Quæst. V. An inter Ioseph, & Mariam verum fuerit matrimonium? Hîc Bonauentura *art*.2.*q*.3. Sotus *q*.2.*art*.*vlt*. Canisius *in Mariali*, *lib*.1.*cap*.5. Suarez, Vazquez, Præpos. Pesant. Sylui. Caietan. & alij cum S. Thoma 3.*p*.*q*.29.*art*.2. Henriquez *lib*.11.*c*.15. Sanchez *lib*.2.*disp*.28. Tann. *tom*.4.*disp*.2.*q*.1. *dubio* 5. Bonacina *de matrimonio*, *q*.2.*part*.1. Item, relati *q*. *præcedenti*.

Quæst. VI Quænam sit significatio sacramentalis matrimonij? Hîc Durand. *q*.3. Alij relati *q*.2.

DISTINCTIO XXVII.

Quæ sunt consideranda in coniugio?

PRima conclusio: In matrimonio considerare est primò quidditatem illius: secundò, efficientem causam: tertiò finalem: quartò, illius bona: quintò, excusantia coitum carnalem: sextò, personas legitimè contra

contrahentes. De quibus progressu differitur. Nunc autem de quidditate, & causa efficiente tantùm.

2 Secunda conclusio: Matrimonium est coniunctio maritalis viri, & fœminæ, inter legitimas personas indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Indiuidua vitæ consuetudo exigit primò, vt absque consensu alterius neuter continentiam profiteri possit: secundò, vt neutri se alij copulare liceat: tertiò, vt alter alteri se copulare debeat.

3 Tertia conclusio: Efficiens causa matrimonij est consensus per verba de præsenti expressus. Vnde primò, si consensus sit expressiuus de futuro, vt, *Accipiam te in vxorem, & ego in virum*, non efficitur de præsenti matrimonium, sed spondetur faciendum. Secundò, neque fit matrimonium, si consensus sit solùm mentalis, & non expressus voce, aut aliis signis externis. Tertiò, si verbis exprimatur consensus de præsenti, vt, *Ego te accipio in vxorem*, quamuis corde deficiat voluntas, sola obligatio verborum matrimonium efficit, nisi adsit vis, aut dolus. Ergo consensu fieri matrimonium, docet Isidorus: *Consensus facit matrimonium*. Nicolaus Papa: *Sufficit solus secundùm leges consensus eorum, de quorum coniunctionibus agitur, qui solus, si fortè in nuptiis defuerit, cætera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur*. Chrysostomus: *Matrimonium non facit coitus, sed voluntas*. Ambrosius: *Coniugium facit pactio coniugalis*.

4 Quarta conclusio: Superior consensus est causa adæquata matrimonij ante copulam, & sine illa. Sic Isidorus lib. 9. Etymol. c. vlt. *Coniuges veriùs appellantur à prima desponsationis fide, quamuis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus*. Ambr. lib. de instit.

virg.cap.16.*Cum coniungitur viro, coniugium est, non cum viri admixtione cognoscitur.* Augustinus *lib.1, de nupt.cap.11,* probat ex matrimonio Mariæ cum Iosepho : *Coniux vocatur Maria ex prima desponsationis fide, quam concubitu non cognouerat, nec fuerat cognitus, nec peierauerat, nec mendax manserat coniugis appellatio, vbi non fuerat, nec futura erat carnis vlla commixtio.* Ergo solus consensus absque vlla carnis copula futura efficit matrimonium.

5 Sunt autem, qui contendunt, eum consensum ante copulam solùm constituere desponsationem, non verò matrimonium. Est enim discrimen inter vtrunque. A priori, quòd desponsatio est obligatio facta de contrahendo matrimonio per copulam; matrimonium verò est actualis per copulam contractio. A posteriori verò, quòd sponsis licitum est sine consensu alterius sponsi Religionem ingredi, vt decernunt Eusebius Papa 27, *quæst*.7.*cap.Desponsatam.* Gregor. *lib.6, Regist.epist.*20.& habetur *vbi suprà,* & Hieronym *in vita Macarij, & super quæst.*7. At coniugibus intercedente matrimonio datum non est absque consensu alterius Religionem eligere, vt sentiunt Gregor. *lib.9. Regist. epist,39, & 27.q.2.c.Sunt qui &c. Agathasa.* Octaua Synodus *ibidem, cap.Si quis, & cap.Si viri.* Augustinus *lib.1. de adult.coniug, cap.1.2. & 3.* Nicolaus Papa *suprà cap. Si abstines.* Respondetur : Desponsatio duplicem significationem habet : alteram, solius compromissionis de contrahendo matrimonio, quæ fit per verba de futuro : Alteram consensus expressi per verba de præsenti ante copulam carnis. Prior desponsatio differt à vero matrimonio, quod solùm conficitur consensu expresso per verba

verba de præsenti. Posterior verò cum matrimonio confunditur,& ab eo indistincta est. Igitur non solùm sponsis de futuro, sed etiam matrimonio coniunctis licitum est, ante copulam Religionem profiteri.

6 Et quidem matrimonium interdum significari nomine desponsationis, constat primò ex illo Deut. 22. *Si quis alterius sponsam in agro, vel quolibet loco oppresserit, vel adduxerit in domum suam, moriatur: quia vxorem proximi sui violauit*, &c. Vbi sponsa vocatur vxor. Item ex illo Gregor. 27. *q*. 2. *c*. *Qui desponsatam Diuinæ legis mos est sponsas appellare coniuges*. Item, *ibidem cap. Si quis vxorem*. & Iulius Papa *cap. Si quis desponsauerit*. vbi decernitur, vxorem desponsatam à fratre,& mortuo ante copulam, à nullo ei consanguinitate coniuncto, posse duci in vxorem. Quod argumento est, desponsatam intelligi, quæ vero matrimonio erat coniugata ante copulam. At etiam sponsam interdum intelligi eam, quæ sola sponsione matrimonij futuri obligata est viro, constat ex Concil. Tiburiensi *cap* 41. & habetur 27. *q*. 2. *cap. Si quis sponsam. & cap. Quidam desponsauit. & cap. Statutum*. Vbi decernitur, sponsam corruptam ab alio, quàm à suo marito, puniri debere publicè, & sponso licere alteri nubere. Quòd si verum intercessisset matrimonium, esset illicitum. Confirmatur ex Augustini constitutione *lib*. 8. *Confess. cap*. 3. & habetur 27. *quæst*. 2. *ca. Statutum*. vt sponsæ non statim tradantur sponsis: *Ne vilem habeat maritus datam, quam suspirauit sponsus dilatam*. Vbi distinguitur sponsus à marito.

7 Vnde sponsa, quæ tantùm de futuro pacta est matrimonium, mortuo sponso, non remanet vidua, quia non fuerat vir eius. Atque adeò, si quis eam

duxerit, non prohibetur ad ſacros Ordines promoueri: nam ſolus maritus viduæ, ſicut bigamus prohibetur. Quod decernit Pelagius Papa *diſt. 34. cap. vlt.* Cæterùm, ſi ſponſa pacta eſſet conſenſu expreſſo de præſenti, mortuo viro vidua remanſiſſet, ideóque ſecundo viro cum illa copulato ad ſacros Ordines accedere non liceret.

Annotatio.

MAgiſter videtur hîc docere, per ſolum matrimonium ratum, & non conſummatum contrahi bigamiam prohibentem ſacros Ordines. Quod à Pariſienſibus, & omnibus reprobatur: quia repugnat expreſſo textui *c. Debitum, de bigamis.* Magiſtri mens deprehenditur: quia §. *vlt.* docet, eum, qui duxit vxorem cum alio deſponſatam de præſenti, non poſſe ſicut bigamum ad ſacros Ordines promoueri: quia ſponſa vidua erat. Verùm ea Magiſtri mens adeò aperta non eſt, vt in communem ſententiam adduci non poſſit. Nam ipſe obiter tantùm in doctrinam bigamiæ incidit, & non expreſſit, per deſponſationem de præſenti abſque copula bigamiam contrahi. Benignè itaque intelligere poſſumus doctrinam Magiſtri de eo, qui duxit vxorem deſponſatam cùm alio, & poſt copulam mortuo, cùm nihil huic interpretationi repugnans expreſſerit.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An conſenſus internus ſit eſſentialis matrimonio, & diuinitùs inſupplebilis? Hîc S. Thom.

q. 1.

q. 1. *art*. 2. Bonauentura *art*. 1. *q*. 1. Richardus *q*. 2. Scot. Gabriel, Argent. & Durand. *q*. 1. Brulef. & Tarant. *q*. 3. Sanchez *lib*. 2. *disp*. 26. *&* 27. Val. *tom*. 4. *disp*. 10. *q*. 3. *p*. 1. Coninch *disp*. 24. *dub*. 4. *&* 5. Mærat. *disp*. 7. *sect*. 1. *&* 2. Tann. *tom*. 4. *disp*. 8. *q*. 3. *dub*. 2. Ledesma 2. *p*. 4. *q*. 47. *art*. 1, Barthol. Ledesm. *de matrimonio*, *dub*. 16. Petr. Ledesma *q*. 45. *art*. 1. Henriq. *lib*. 11. *c*. 1.

Quæst. II. An sufficiat consensus internus ad matrimonium absque signis externis? Hîc S. Thom. *q*. 1. *art*. 2. Bonauentura *art*. 2. *q*. 2. Richardus *q*. 3. Brulef. & Tarant, *q*. 4. Durand. *q*. 1. Sanchez *lib*. 2. *disp*. 30. *&* 31. Filliuc. *tr*. 10. *c*. 3. *q*. 4. Gutierrez *de matrimonio*, *c*. 63. Bonacina *q*. 2. *p*. 1. Val. *tom*. 4. *d*. 10. *q*. 3. *p*. 4. Coninch. *disp*. 24. *dub*. 8. Tann. *tom*. 4. *disp*. 8. *q*. 3. *dub*. 5. *&* 7. Mærat. *disp*. 7. *sect*. 14. *&* *seq*. Filliuc. *tr*. 10. *c*. 7. *q*. 2. Rebel. *lib*. 4. *q*. 3.

Quæst. III. An, quæ, & quanta sit indissolubilitas matrimonij? Hîc S. Thomas *q*. 1. *art*. 3. Bonauent. *art*. 3. *q*. 1. Richardus *art*. 2. *q*. 1. Brulef. *q*. 5. Tarant. *q*. 9. Mayron. *q*. 1, Durand. *q*. 2. Sanchez *lib*. 2. *disp*. 13. *&* 14. Fililuc. *tract*. 10. *cap*. 2. *q*. 2. *&* 9. *&* *cap*. 10. *q*. 1. Petr. Ledesma *quæst*. 67. *art*. 1. *&* 2. Henriquez *lib*. 11. *c*. 8. Bellarminus *lib*. 2. *de Mon*. *cap*. 38. Nauarr. *c*. 22. Gutierrez *cap*. 54. Coninch *disput*. 26. *dubio* 2. *&* 3. Rebel. *lib*. 2. *quæst*. 15. Valentia *tom*. 4. *disput*. 10. *q*. 1. *part*. 7. Tannerus *tom*. 4. *disp*. 8. *quæst*. 5. Mærat. *disp*. 6. Layman *tractat*. 10. *part*. 3. *cap*. 6. Bonacina *quæst*. 2. *p*. 11.

Quæst. IV. An, & quo iure matrimonium dissolnatur, altero coniugum Religionem ingresso? Hîc S. Thomas *q*. 1. *art*. 3. Durand. *q*. 2. Bonauent. *in litt*. *d*. 4. *&* 5. Sanch. *lib*. 2. *disp*. 18. *&* *seq*. Tan. *tom*. 4. *d*. 8. *q*. 5. *dub*.

dub.3. Mærat.*disp.6.* Coninch. *d.26.dub.3.&* 4. Val. *tom.4.d.10.q.1.p.7.* Laym.*tr.10.p.3.c.6.* Med.*de cont. lib.5.cap.86.& seq.* Lef. *lib.2.c.41.dub.8.* Lopez 2. *part.cap.39.* Ledes. 2.*p.4.q.55.art.2.& q.69.art.7.*

Quæst. V. An sit irregularitas annexa bigamiæ, & quæ sit ea bigamia? Hîc S. Thomas *q.3.* Bonauentura *in littera, dubio 6.* Durandus *quæst.4.* Sanchez *lib.7. disp.83.& sequent.* Reb.*lib.3.quæst.20.* Sayrus *de censuris, lib.6.cap.3.* Suarez *disp.49.* Filliuc.*tr.19.cap.4. q.1.* Maiol.*lib.1.cap.32.& 33.* Con. *disp.18.dub.11.* Henriquez *lib.14.cap.4.* Auila *de censuris, p.6.disp.8.* Vgolin. *cap.56.* Bonacina *de irregul. disp.7.q.2.p.5.* Tanner. *tom.4.disp.8.q.6.dub.4.*

DISTINCTIO XXVIII.

Si consensus de futuro cum iuramento faciat coniugium.

PRima conclusio: Consensus de futuro, etiam iuramento firmatus, non efficit matrimonium, atque adeò si alter contrahentium de futuro contrahat cum alio de præsenti, tenebit factum posterius. Nam sponsio illa, quamuis iurata, solùm est de matrimonio contrahendo. Ergo vis, & efficacia illius non efficit contrahere matrimonium de præsenti. Nullus enim obligatur, nisi ad id, in quod consensit. Confirmatur: quia, si consensus de futuro iuratus operaretur matrimonium de præsenti, ridicula esset de futuro pactio, siquidem de præsenti sortitur effectum, qui iuratur de futuro.

2 Obiicitur

2 Obiicitur illud, quod 30.q.5.c.*Si quis.* allegatur: *Si quis iurauerit mulieri, se eam legitimam vxorem habiturum, sit illi legitima vxor, quamuis nulla dos, nulla alia scriptura interposita sit.* Respondetur primò: Illud, *Sit illi legitima vxor.* non est affirmare, eo esse vxorem: sed obligare iurantem, vt in vxorem ducat. Secundò, possumus interpretari legem de consensu de præsenti, & impletione iurata pacti de futuro.

3 Secunda conclusio: Consensus clandestinus per verba de præsenti expressus in foro externo non iudicatur matrimonium: quamuis in interno (ante Tridentinum, quando doctrinam tradidit Magister) verum matrimonium sit. Nam propter decorem, & honestatem matrimonij sanciunt leges aliquas solemnitates, sine quibus illegitima & fornicaria habeantur connubia. Sic 30. *quæst.* 5. *cap. Aliter.* Euaristus Papa: *Aliter legitimum non fit coniugium, nisi aliis, qui super fœminam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, vxor petatur, & à parentibus sponsetur, & legibus dotetur, & à Sacerdote (vt mos est) benedicatur,* &c. Item, *ibidem: Ita legitima scitote esse connubia: aliter verò præsumpta non coniugia, sed adulteria, vel fornicationes sunt, nisi voluntas propria suffragata fuerit, & vota succurrerint legitima.* Quæ solemnitates non ad essentiam, sed ad decentiam, & honestatem matrimonij spectant, vt si alter contrahentium dimiserit alterum, possit iudicio Ecclesiæ cogi redire. Nam, si pactio inter eos absque testibus, & clanculùm celebrata est, non potest Ecclesia dimittentem ad commanendum obligare. Quamuis re vera in foro conscientiæ verum inter eos matrimonium factum sit, cùm hoc Sacramentum solo consensu de præsenti expresso essen

essentialiter, & adæquatè conficiatur.

4 Tertia conclusio: Consensus contrahentium matrimonium non habet pro obiecto solam cohabitationem, quia aliàs frater cum sorore, & pater cum filia posset matrimonium contrahere. Neque item copulam carnalem: quia Maria Virgo cum Ioseph matrimonium contraxit; tamen in carnalem copulam etiam de futuro non consensit: nam virginitatem vouit, & voti rea esset mente, si in carnalem copulam consensisset, vt expendit Beda *Lucæ* 1. Ideoque ipsa Angelo nuntianti filium dixit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* hoc est, voto adstricta cognoscere non possum. Eius igitur consensus obiectum est societas coniugalis, quæ alia est à societate ancillæ cum domino, & inferioris cum superiori, collateralisque, ac propria coniugum est. Ideò enim Eua non de capite formata est, ne ad dominium; non de pedibus, ne ad seruitutem; sed de latere, tanquam collateralis viro, ad eius indiuiduam consuetudinem putaretur creata.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An consensus per verba de præsenti requiratur ad matrimonium? Hîc S. Thom. Bonauent. Dur. Mayr. Richard. Brulef. Tarant. *q.* 1. Alij relati *dist. præced. q.* 1. *&* 2.

Quæst. II. Quæ, & quanta sit sponsalium, seu consensus de futuro matrimonio obligatio? Hîc Interpretes Magistri relati *quæst. præced.* Sanchez *lib.* 1. *disp.* 27. *& sequent.* Coninch *disp.* 22. Vazquez *disp.* 3. *& sequentib.* Rodriguez *cap.* 224. Henriq. *lib.* 11. *c.* 13. Filliuc.

Filliuc. *tr.* 10. *c.* 7. *q.* 2. *& seq.* Rebel. *lib.* 4. *q.* 1. *& seq.* Ledesma *q.* 43. Azor 3. *p. lib.* 5. *c.* 5. Gutierr. *c.* 4. *& seq.* Bonac. *q.* 1. *p.* 2. Mærat. *disp.* 12. Tannerus *tom.* 4. *disp.* 8. *q.* 1. *dub.* 3. Laym. *tr.* 10. *p.* 1. *c.* 1. *& seq.*

Quæst. III. An consensus conditionatus ad matrimonium sufficiat? Hîc Bonauent. *art.* 1. *q.* 3. Durand. *q.* 2. Richard. & Brulef. *q.* 3. Tar. *quæst.* 15. Sanch. *lib.* 5. *d.* 2. *& sequenti.* Gomez 1. *variar. c.* 12. Valentia *tom.* 4. *d.* 10. *q.* 3. *p.* 3. Coninch. *d.* 29. Rebel. *lib.* 2. *q.* 12. *& seq.* Filliuc. *tr.* 10. *c.* 4. Gutierrez *c.* 82. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 12. Bonac. *q.* 2. *p.* 10. Layman. *tract.* 10. *p.* 2. *cap.* 7. Tan. *tom.* 4. *d.* 8. *q.* 3. *dub.* 4. Mærat. *d.* 7. *sect.* 10. *& sequentib.*

Quæst. IV. An consensus de futuro cum copula carnali sufficiat ad matrimonium? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 2. Durand. *quæst.* 1. Palac. *d.* 1. Sanchez *lib.* 3. *d.* 40. *n.* 6. *& sequenti, & lib.* 5. *d.* 8. *n.* 26. Petr. Ledesma *q.* 46. *art.* 2. *dub.* 1. *&* 2. Gutierrez *c.* 40. *n.* 13. *& c.* 81. *n.* 11. Coninch. *tom.* 2. *in* 3. *p. d.* 22. *dub.* 9. Bonacin. *de matrim. q.* 2. *p.* 1. Henriq. *lib.* 11. *c.* 3.

Quæst. V. An consensus purè internus ad matrimonium sufficiat? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 3. Bonau. *q.* 4. Richard. *art.* 2. *q.* 1. Tarant. *q.* 6. Alij relati *dist.* 27. *q.* 2.

Quæst. VI. An consensus de præsenti expressus per verba clandestina contrahentium sufficiat ad matrimonium? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 3. Bonau. *art.* 1. *q.* 5. Richard. *art.* 2. *q.* 3. Tarant. *q.* 6. Sanchez *lib.* 3. *d.* 1. *& sequenti,* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 1. Henriq. *lib.* 11. *c.* 13. Riccius *decis.* 234. Valent. *tom.* 4. *d.* 10. *q.* 2. *p.* 4. Filliuc. *tr.* 10. *c.* 5. Coninch. *d.* 27. Bonac. *q.* 2. *part.* 6. Laym. *tr.* 10. *p.* 2. *c.* 4. Tannerus *tom.* 4. *d.* 8. *q.* 3. *dub.* 6. Mærat. *d.* 7. *sect.* 16. *&* 17.

Quæst.

Quæst. VII. Quodnam sit obiectum consensus, & obligationis matrimonij? Hîc S. Thom. *q.1.art.4.* Bonauentura *quæst.6.* Tarant. *q.7.* Richard. *art.2.q.4.* Alij relati *dist.26.q.4.*

Quæst. VIII. An inter Mariam, & Ioseph verum fuerit matrimonium? Hîc interpretes Magistri relati *q.præced.* Alij relati *distinct.26.q.4.& 5.*

DISTINCTIO XXIX.

Coactio excludit consensum coniugalem.

ERgo conclusio est: Consensus contrahentium matrimonium debet esse spontaneus, & sine vi præstitus. Primò, quia consensus coactus non est simpliciter consensus, prout requiritur ad onera matrimonij. Secundò, quia leges Ecclesiæ sic sanciunt. Ita Vrbanus Papa 31. *quæst.2. c.de nuptiis.& cap.Si verum.* Duo tamen hîc annotanda sunt. Alterum, eos, qui inuiti coniuncti sunt, si posteà aliquo temporis spatio, facultate discedendi, & reclamandi habita, sponte iungantur, aut cohabitent, supplere sequenti consensu, quod vis præcedens detraxerat. Alterum, eos, qui nulla ratione contradicunt voluntati parentum, aut aliorum celebrantium contractum, non censeri coactos; sed absolutè consentientes. Sic enim decernitur *in lib. Pandectar. de sponsalibus interuentu parentum celebratis.* ad quæ etiam consensus spontaneus, qui ad matrimonium, exigitur.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An possit voluntas cogi ad cõsensum? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 1. Dur. *q.* 1. Alij relati *lib.* 2. *dist.* 25. *q.* 11.

Quæst. II. Quisnam sit metus cadens in constantem virum? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 2. Durand. & Bon. *q.* 1. Sanch. *lib.* 4. *disp.* 1. *& sequent.* Les. *lib.* 2. *cap.* 17. *dub.* 6. Reb. *lib.* 2. *q.* 9. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 9. Coninch. *disp.* 28. *dub.* 2. Val. *tom.* 4. *d.* 10. *q.* 3. *p.* 2. Petr. Led. *q.* 16. Bon. *q.* 3. *p.* 8. Mærat. *d.* 7. *sect.* 5. Tan. *tom.* 4. *d.* 8. *q.* 3. *dub.* 2. Laym. *tr.* 10. *p.* 2. *cap.* 5.

Quæst. III. An metus cadens in constantem virum annullet matrimonium iure naturali, an solùm positiuo? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 3. Scot. Richard. Bonau. Dur. Sot. Mayr. Argent. Brulef. Tarant. & alij *quæst.* 1. Sanchez *lib.* 4. *disp.* 14. Ledes. *q.* 16. Nauar. *c.* 22. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 9. Guttierez, *cap.* 76. Coninch. *disp.* 28. *dubio* 1. Riccius *dec.* 253. Filliuc. *tract.* 10. *cap.* 4. *q.* 1. Bonac. *quæst.* 3. *part.* 8. Rebel. *lib.* 2. *quæst.* 9. Lessius *lib.* 2. *cap.* 17. *dub.* 7. Layman. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 5. Mærat. *d.* 7. *sect.* 8. Tann. *tom.* 4. *d.* 8. *dub.* 2 Valent. *tom.* 4. *d.* 10. *q.* 3. *p.* 2.

Quæst. IV. An metus reuerentialis eò sit grauis, vt matrimonium annullet? Hîc S. Th. *quæst.* 1. *art.* 4. Bonauentura, & Brulef. *quæst.* 3. Richardus *quæst.* 4. Argentinas *quæst.* 1. *art.* 2. Tarant. *quæst.* 7. Durandus *quæst.* 2. Sanchez *lib.* 4. *disp.* 6. *&* 7. Valent. *tom.* 4. *disp.* 10. *q. uæst.* 3. *p.* 2. Coninch. *d.* 28. *dub.* 2. *&* 5. Rebel. *lib.* 2. *q.* 9. Les. *lib.* 2. *cap.* 17. *dub.* 6. Henriq. *lib.* 11. *c.* 9. Per. Ledes. *q.* 16. Bonac. *q.* 3. *p.* 8. Laym. *tr.* 10. *p.* 2. *cap.* 5. Tann. *tom.* 4. *d.* 8. *q.* 3. *dub.* 2.

DISTINCTIO XXX.

De errore, qui euacuat consensum.

PRima conclusio: Error personæ, & conditionis annullat matrimonium. Error personæ est, quando contrahit cum Ioanne, volens, & putans contrahere cum Petro. Error conditionis, quando contrahit cum seruo, volens, & putans contrahere cum libero. Probatur conclusio: Quia error circa materiam, & substantiam contractus annullat contractum, vt si petenti aurum tradatur aurichalcum: nam deficiente consensu deficit obligatio contractus: deficit autem consensus deficiente materia, & substantia obiecti consensus. At error personæ, & conditionis est circa materiam, & substantiam contractus. Ergo. Explicatur: Si quis hæreticus simularet se Augustinum, aut Ambrosium, & ab aliquo consensum in suæ fidei professionem impetraret, planè consentiens non in sectã Hæretici, sed in Catholicam Religionem consentiret. Ergo similiter non Ioanni simulanti se Petrum, sed Petro consensum præstat, quæ vult, & putat contrahentem esse Petrum. Nec obstat Liam, *Gen.* 29. suppositam fuisse Iacob putanti esse Rachelem; cum qua tamen matrimonium contraxit. Nam errore deposito, posteà consequutus fuit consensus in Liam, qui matrimonium perfecit. Quæ consilio Dei in mysterium. & sine peccato facta sunt: nam bona fide, & affectu maritali ambo coïerunt, credente Lia, lege primogenitarum, & paternis imperiis se illi iure copulatam

2 Secunda

2 Secunda conclusio: Error qualitatis, & fortunæ non frustrat matrimonium. Error qualitatis contingit, quando quis contrahit cum Maria, quam putabat moribus honestam, virginem; error fortunæ, quando contrahit cum ea, quam diuitem credebat. Nam, etiamsi posteà comperiatur pauper, aut corrupta, matrimonium non dissoluitur: est enim error circa accidentia, & non circa substantiam contractus.

3 Tertia conclusio: Inter Mariam & Ioseph verum matrimonium intercessit, etiamsi vterque ignorauerit votum alterius de virginitate seruanda. Vbi supponitur cum Augustino *lib. 1. de nup. cap.* 11. & 12. Mariam virginitatem vouisse, & votum viro non expressisse, donec contractum matrimonium est, cui Ioseph etiam posteà consensit. Probatur: quia diuino consilio tale matrimonium contractum est. Item, quia Augustinus *epistola* 199. docet, *tantò sanctius manere coniuges, quantò sanctiora concorditer placita seruarint.* Rursus, quia ea sanctitas contrahentium non repugnat Sacramento matrimonij, cùm consensus in copulam ad eius valorem necessarium non sit, vt præmisimus. Perfectum itaque tale matrimonium fuit triplici bono coniugij, fide, prole, & Sacramento: fide, quia nullum inter eos adulterium; prole, quia Deus ex Maria natus; Sacramento, quia nullo diuortio diuisi sunt. Nec obstat Ambrosius *lib. de Patriarchis, cap.* 11. & 12. dicens, matrimonium perfici permixtione corporum. Nam disserit de perfectione matrimonij quoad significationem vnionis Christi cum Ecclesia; non verò quoad veritatem, & sanctitatem, vt *dist.* 26. explicatum est.

4 Quarta conclusio : Plures fines honestant institutionem matrimonij. Primus est procreatio prolis, in quem intendit illud Genes. 1. *Crescite, & multiplicamini.* Secundus, post peccatum Adæ remedium incontinentiæ, iuxta illud 1. Cor. 7. *Propter fornicationē vnusquisque habeat vxorem suam.* Tertius amicitiæ conciliatio. Necnon quartus animi in pulchritudinem affecti sedatio, quem respexit Iacob. *Genes.* 29. appetens Rachel propter faciei pulchritudinem, & decorem; & probat Dominus *Deut.* 21. Quibus deficientibus, fuerunt matrimonio Mariæ cum Ioseph alij fines ; tum solatium, & custodia Virginis ; tum celatio Prolis diuinæ, facta Diabolo ; tum testimonium castitatis Mariæ per virum.

5 Quinta conclusio : Matrimonium validum est, quamuis intentio contrahentium fuerit mala. Nam licet bonus finis requiratur ad honestatem, & sanctitatem contractus ; non tamen ad eius valorem , qui solo consensu contrahentium perficitur.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An error personæ irritet matrimonium? Hîc S. Thom. Bonauent. Scot. Durand. Richard. Arg. Mayr. Brulef. & Tarant. *quæst.* 1. Sanchez *lib.* 7. *d.* 18. Ledesm.. *quæst.* 50. & 51. Gutier. *c.* 89. Coninch. *d.* 31. Filliuc. *tr.* 10. *p.* 2. *cap.* 2. & 3. Tusch. *tom.* 5. *concl.* 150. Rebel. *lib.* 3. *q.* 2. Bonac. *quæst.* 3. *p.* 2. Mærat. *d.* 10. Tan. *tom.* 4. *d.* 8. *quæst.* 4. *dub.* 3. Layman. *tract.* 10. *p.* 4. *cap.* 2. Valentia *tom.* 4. *disp.* 10. *quæst.* 3. *p.* 2. & *quæst.* 5. *p.* 3. Coninch. *disp.* 31.

Quæst. II. An etiam error qualitatis personæ dans causam

causam matrimonio? Hîc Interpretes, & alij relati *q. praced.*

Quæst. III. An praua contrahentium intentio reddat nullum matrimonium; & quis sit finis honestatis matrimonij? Hîc *S.* Thom. *q.* 1. *art.* 3. Bonauent. & Brulef. *quæst.* 3. Richard. *art.* 3. *quæst.* 1. Tarant. *quæst.* 10. Sanchez *lib.* 2. *disp.* 29. *q.* 2. & 3. Vuald. *de Sacram. cap.* 131. Heuriquez *lib.* 11. *cap.* 12. Petr. Ledesm. *q.* 48. *art.* 2. *dub.* 1. Sylu. *ver. matrim.* 4. *q.* 5. & 6. Coninc. *d.* 24. *dub.* 4. & *disp.* 34. *dub.* 1. Caiet. tract. 13. *q.* 3. Pet. Sot. *lect.* 16. Medina *lib.* 1. *sum. cap.* 16. §. 13. Navar. *cap.* 22. Bonac. *q.* 4. *p.* 6. *n.* 7. Tann. *tom.* 4. *d.* 8. *q.* 6. *dub.* 1. Layman. *tract.* 10. *p.* 3. *cap.* 4. & *seq.*

Quæst. IV. An Mariæ, & Ioseph fuerit finis ad verum matrimonium sufficiens? Hîc S. Th. Bonau. Scot. Dur. Richard. Mayr. & Brul. *q.* 2. Arg. *q.* 1. *art.* 4. Tar. *q.* 5. & *seq.* Alij relati *dist.* 26. *q.* 5.

DISTINCTIO XXXI.

De tribus bonis coniugis.

PRima conclusio: Tria bona matrimonij sunt, fides, proles, & Sacramentum. Sic Augustinus *lib.* 9. *super Genes. cap.* 7. Fides est, ne cum alio coitus habeatur. Proles, vt filius amore susceptus religiosè educetur. Sacramentum, vt coniunctio vtriusque significans vnionem Christi cum Ecclesia adeò indiuidua sit, vt alteri obligari nequeat.

2 Secunda conclusio: Ex his tribus bonis sola sacramentalis

cramentalis vnio à matrimonio inseparabilis est. Nam fides deficere potest per adulterium, quin matrimonium dissoluatur. Proles deesse potest; aut, quia coniuges continentiam voucnt, & seruant; aut, quia ex defectu naturæ non gignitur. Imò, quamvis genita sit, bonum prolis non assequitur: quia religiosa educatio negligitur, cùm prolem solùm in hæreditatem terrenam, & non cœlestem instituant. Vnio tamen sacramentalis indissolubilis semper perseuerat: nam, licèt corporis separatio, aut causa adulterij, aut diuortij, aut ex communi consensu causa religionis interdum contingat; tamen Sacramentum semper integrum est, quo nulli contrahentium ius adest ad contrahendum cum alio. Quare hoc Sacramentum signum est vinculi indissolubilis Ecclesiæ, & Christi. Sic Augustinus *lib. 1. de nupt. c. 10. & 11.*

3 Tertia conclusio: Animus vnionis sacramentalis sufficit ad matrimonium, quamuis desit aliorum bonorum intentio. Sic August. *lib. de bono coniug. c. 5.* Nam, licèt duo coniungantur animo generandę prolis, & fidei integrè seruandæ; si desit animus consuetudinis perpetuæ amborum, vere coniuges non sunt, sed fornicarij. Si tamen animo perpetuæ consuetudinis conueniant, quamuis desit animus fidei seruandæ, aut generandæ prolis, imò quamuis malo aliquo dolo procurent impedire, vinculo coniugali conueniunt. Quamquam, quia fides, & generatio prolis bona sunt, in quæ matrimonium est deputatum, tunc coniuges tanquam fornicarij affectu adulterino iungantur. Quare, Augustinus *lib. 1. de nupt. cap. 15.* vocat meretricem mariti, & maritum adulterum vxoris, cùm venena sterilitatis ad vitandam prolem procurant. Vbi tamen aduertendum

tendum est cum Augustino *lib. super Exod. cap.* 8. *&* *lib. quæst. vet. & noui Testament. cap.* 23. & Hieronymo *epistola ad Algasiam, quæst.* 4. coniuges impedientes puerperium non reputari homicidas, donec fœtus omninò formatus est. Paulatim enim formatur corpus ad introductionem animæ, ideóque remedia possunt impedire illam, priusquam anima in corpus inducta sit. Quod tamen ad homicidium non sufficit, cùm aliàs homicidæ haberentur omnes, qui se polluunt, semen absque fructu natiuitatis perdendo.

4 Quarta conclusio: Concubitus inter coniuges causa generationis est honestus; secùs verò causa libidinis, & voluptatis. Sic Augustinus lib. de bono coniugali, c. 6. *Coniugalis concubitus generandi gratiâ non habet culpam; concupiscentiæ verò satiandæ, sed tamen cum coniuge propter thori fidem, venialem habet culpam.* Similiter Hieronymus *epist.* 1. *contra Iouinianum, in fine.* Nam affectus voluptatis, & libidinis adulterinus est, & pecudum sola carnis voluptate coëuntium proprius: non autem hominis ratione vtentis.

5 Sed obiicitur Paulus 1. *Cor.* 7. vbi docet, concubitum coniugum *secundùm indulgentiam* permitti. At indulgentia est solius peccati. Ergo concubitus etiam causa prolis non caret culpa Respondetur. Hoc argumentum multùm probat, scilicet, etiam nuptias esse culpabiles: nam de nuptiis dixit, secundùm indulgentiam concedi. Deinde Apostolus ibi non differit de concubitu causa prolis, sed causa libidinis, qui, vt diximus, non caret culpa veniali, & ideò indulgeri potest propter nuptias. Sic Augustinus *de verbis Apostoli*, & apud Glossam 1. *Cor.* 7.

6 Secundò obiicitur Gregorius *lib.* 12. *Regist. &*

in resp. ad decimam interrogationem Cantuariensis Archiepiscopi, iubens, *vt vir cum propria coniuge dormiens nisi lotus aquâ Ecclesiam non intret: quia ipsa licita admixtio coniugis sine voluptate carnis fieri non potest, & voluptas ipsa sine culpa nullatenus est*. Ergo ipsa voluptas, & delectatio carnis in se est mala, & culpabilis Ergo quamuis causa prolis ametur, affectus erit culpabilis, & malus Respondetur: Omnis delectatio carnis ex se non est mala, & peccatum: nam etiam viri spirituales delectantur requie post laborem, & cibo post famem absque vlla culpa. Solus igitur immoderatus affectus delectationis malus est, vt si cibus sumatur propter delectationem tantùm, & non propter sustentationem naturæ. Similiter affectus concubitus coniugalis delectabilis carni non est malus, quando ea delectatio in finem generationis refertur: secus verò, quando propter solam libidinem & delectationem appetitur. Gregorius itaque de hoc affectu concubitus causa voluptatis differit, & eò lauari oportere coniuges ante communionem Ecclesiæ docet. Mox enim subdit: *Siquis verò sua coniuge, non cupidine voluptatis raptus, sed tantùm creandorum liberorum gratiâ vtitur, iste profectò de sumendo Corporis Dominici mysterio, suo est iudicio relinquendus.*

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Quænam sint matrimonij bona honestè appetibilia, quæve ad eius valorem appetenda? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 2. & 3. Bonau. *art.* 1. *q.* 2. & 3. Scot. Arg. & Palud. *q.* 1. Rich. Dur. Brulef. & Tarant. *q.* 2. & 3. Alij relati *dist. præced. q.* 3.

Quæst.

Quæst. II. Quod sit obiectum consensus ad matrimonium necessarij? Hîc superiores Interpretes. Alij relati *dist*. 26. *q*. 4.

Quæst. III. Quæ, & quanta sit indissolubilitas matrimonij? De quo relati *dist*. 27. *q*. 3.

Quæst. IV. An actus coniugalis propter eius delectationem sit illicitus? Hîc Bonau. *art*. 2. *q*. 3. Agent. *q*. 1. *art*. 4. Richard. *art*. 3. *q*. 3. Tarant. *q*. 6. & 7. Palac. *d*. 2. Almain. Sot. & Maior. *q*. 1. Sanc. *lib*. 9. *d*. 11. Con. *d*. 34. *dub*. 1. Bonac. *q*. 4. *p*. 6. *n*. 7. Nauar. *c*. 16. Barthol. Led. *dub*. 27. Alt. *lib*. 4. *tr*. 9. *q*. 2. Ant. 3. *p*. *tit*. 1. *c*. 20. §. 11. Henr. *lib*. 11. *c*. 4. Med. *lib*. 1. *sum*. *c*. 46. §. 43. Laym. *tr*. 10. *p*. 3. *c*. 4. Tann. *tom*. 4. *d*. 8. *q*. 6. *dub*. 3.

Quæst. V. An etiam propter vitandam fornicationem præcisè? Hîc S.Th. *q*. 1. *art*. 5. Bonau. *art*. 2. *q*. 2. Tarant. *q*. 5. Richar. *art* 3. *q*. 2. Argent. *q*. 1. *art*. 3. Dur. *q*. 4. Mai. Almain. & Sot. *q*. 1. Sanch. *lib*. 9. *d*. 9. Con. *d*. 34. *dub*. 1. Tanner. *tom*. 4. *d*. 8. *q*. 6. *dub*. 3. Laym. *tr*. 10. *p*. 3. *c*. 4. Bonac. *q*. 4. *p*. 6. *n*. 7. Nauar. *c*. 16. Medin. *lib*. 3. *de cont*. *c*. 13. Petr. Ledes. *q*. 49. *art*. 5. Henr. *lib*. 11. *c*. 15.

DISTINCTIO XXXII.

De solutione carnalis debiti.

PRima conclusio: Tam vir, quàm mulier, tenetur reddere debitum alteri poscenti. Sic Apostolus 1. Cor. 7. *Vir debitum reddat vxori: similiter & vxor viro.* Rationémque reddit: *Quia mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir: similiter & vir non habet pote-*

tem sui corporis, sed mulier. Vnde, quamuis vir sit caput mulieris, & quoad alia impar illi sit; quoad debitum carnis par illi est, nec ab eo liberior, quàm illa. Quod verum est, quamuis alter non causa generationis, sed incontinentiæ vitandæ petat; & quanquam petens voluptatis causa venialiter peccet. Semper enim tenemur reddere petenti, quod suum est. Id quod etiam confirmat Augustinus *in epist. ad Ecdiciam* 199.

2 Obiicitur Hieronymus ad illud 1. Cor. 7. *Ne vos tentet Satanas*, & *serm. de esu agni Paschalis*, dicẽs, eum, qui vxori debitum reddit, non posse accedere ad esum Eucharistiæ, sicut olim non poterat ad panes propositionis edendos accedere. Si autem non peccaret reddendo debitum, accedere posset. Respondetur: Disserit Hieronymus de ministris Ecclesiæ olim coniugatis, quibus lege speciali prohibitum erat, diuina mysteria celebrare post carnales amplexus coniugij, propter tanti ministerij sanctitatem & reuerentiam.

3 Secunda conclusio: Neuter coniugum potest continentiam vouere absque consensu alterius; nec vouens tenetur implere votum, sed reddere poscenti debitum. Sic Augustinus epist. 45. ad Armentarium: *Vouenda talia non sunt à coniugatis, nisi ex consensu, & voluntate communi: & si præpropere factum fuerit, magis est corrigenda temeritas, quàm persoluenda promissio.* Cuius rationem subiungit: *Non enim Deus exigit, si quis ex alieno aliquid vouerit; sed potius vsurpare vetat alienum.* Si autem alter continentiam vouit, consentiente altero, peccabit consentiens petendo, non verò vouens reddendo. Quod etiam docet Augustinus lib. 1. de adulter. coniug. c. 3. & lib. 4. quæst. Numerorum, cap. 59. *Nam, cùm ad peccatum viri pertinere voluerit*

voluerit lex, si priùs permiserit, & posteà prohibuerit; non tamen dixit, vt faciat mulier quod vouerat, quia permissa iam priùs fuerat à viro. Hæc intellige, cùm votum non fuit continentiæ religiosæ: tunc enim post votum emissum neuter potest petere, nec reddere, nec in aliud coniugium diuertere. Sic sancitum est in Concilio Remensi 33.q.5.*cap. Qui vxorem.*

4 Tertia conclusio: Quamuis debitum semper sit soluendum poscenti; tamen sunt dies aliqui, in quibus poscere non licet, seu decet. Sic Augustin. *lib.* 1. *de qq. noui, & vet. Testam. q.* 127. & Ambrosius *serm. de Dominica secunda Aduentus.* Qui ad poscendum excipiunt dies ieiunij, Rogationum, Festiuitatum, præcipuè vbi Eucharistia sumenda est. Id, quod est consonum Hieronymo *super Num.* 2. necnon Ecclesiæ, quæ etiam nuptias vetat celebrare certis temporibus anni, vt à Septuagesima vsque in octauam Paschæ, & tribus hebdomadis ante festum Sancti Ioannis, & ab Aduentu Domini vsque ad Epiphaniam inclusiuè. Sic 33. *quæst.* 4. *cap. Nec vxorem.* 38. *quæst.* 4. *capite Non oportet.*

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Qua ratione obligentur coniuges ad vsum matrimonij, siue petendo, siue reddendo debitum? Hît S. Th. *q.* 1. *art.* 1. Rich. *q.* 2. Sotus, & Paludanus *q.* 1. Sanchez *lib.* 9. *disp.* 1. *& seq.* Tann. *tomo* 4. *disp.* 8. *q.* 6. *dub.* 2. Coninch, *disp.* 34. *dub.* 2. Bonacina *q.* 4. *p.* 1. Layman. *tr.* 10. *p.* 3. *c.* 1. Rebel. *lib.* 2. *q.* 16. Rodriguez *c.* 243. Henriquez *lib.* 11. *c.* 15. Perez *de reddit. debiti.* Filliuc. *tr.* 10. *c.* 9.

Quæst.

Quæſt. II. An quoties coniux peccat petendo, alter peccet reddendo? Hîc Rubion. *q.* 2. *art.* 2. Richard. *art.* 2. *q.* 1. Sanchez *lib.* 9. *diſp.* 6. Coninch. *diſp.* 34. *dub.* 4. Bonacina *q.* 4. *part.* 3. Layman. *tr.* 10. *p.* 3. *cap.* 1. *n.* 18. Tannerus *tom.* 4. *diſp.* 8. *q.* 6. *dubio* 2. Henriquez *lib.* 11. *cap.* 15. Rodriguez *cap.* 90. Rebel. 2. *p. lib.* 3. *q.* 17. *art.* 3. Fill. *tr.* 10. *cap.* 9. *q.* 3. Couar. 3. *p. epiſt. cap.* 3. §. 1. Pet. Ledeſm. *quæſt.* 53. *art.* 1. *dub.* 2. Medina *lib.* 1. *ſum. cap.* 14. §. 6.

Quæſt. III. Ad quid obligentur coniuges ratione voti caſtitatis poſt matrimonium emiſſi? Hîc S. Th. *quæſt.* 1. *art.* 1. Bonauentura, Scotus, Richardus, Dur. Argentina, Mayr. & Carthuſ. *quæſt.* 1. Tarant. *q.* 3. Sanchez *lib.* 9. *diſp.* 35. *& ſequent.* Coninch. *diſp.* 34. *dub.* 6. Tannerus *tom.* 4. *diſp.* 8. *quæſt.* 6. *dub.* 3. Bonac. *quæſt.* 4. *p.* 3. Layman. *tr.* 10. *part.* 3. *cap.* 1. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 10. *q.* 6. *p.* 2. Henriquez *lib.* 11. *cap.* 25. Rodrig. 2. *p. cap.* 90. Leſ. *lib.* 2. *cap.* 40. *dubio* 10. Sylueſt. *verbo, Matrimonium*, 6. *q.* 5. Pet. Ledeſm. *quæſt.* 64. *art.* 4. *dub.* 1.

Quæſt. IV. Quæ tempora ſeu circunſtantiæ excuſent à reddendo debitum? Hîc S. Thomas *quæſt.* 1. *art.* 5. Bonauentura *art.* 2. Tarant. *q.* 5. *& ſeq.* Richard. *art.* 3. *& ſeq.* Sanchez *lib.* 9. *cap.* 12. *& ſeq.* Coninch. *diſp.* 34. *dub.* 9. Tanner. *tom.* 4. *diſp.* 8. *q.* 6. *dub.* 3. Bonacina *q.* 4. *p.* 6. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 10. *q.* 6. *p.* 2. Rebel. *lib.* 3. *q.* 19. Henriquez *lib.* 11. *cap.* 15. Nauar. *c.* 16. Filliuc. *tr.* 10. *p.* 1. *cap.* 9. *q.* 10.

DISTINCTIO XXXIII.

De diuersis coniugij legibus.

PRima conclusio: Antiquis Patribus datum erat pluribus vxoribus vti absque peccato. Primò, quia sancti viri pluribus vsi fuerunt. Nam Abraham *Gen.* 16. viuente vxore ex ancilla genuit; & Iacob. *Gen.* 29. se liberis, & ancillis commiscuit. Secundò, quia id probant Augustinus *lib. de bono coniugatorum, c.* 15. *&* *lib.* 22. *contra Faustum, cap.* 47. *&* 48. & Ambrosius *lib.* 1. *de Abraham, cap.* 4. quia nec contra naturam, nec contra morem, nec contra legem aliquam erat eis Patribus pluralitas vxorum. Tertiò, quia sic expediebat exordio mundi ad probationem naturæ; deinde verò ad multiplicationem colentium Deum, qui cum gentilibus compositi rari erant, & cum successione sanguinis successionem religionis quærebant: ideóque & Sacerdotibus coniugia decreta erant, quia successio familiæ successioni officij subueniebat. Verum, cùm venit in lege gratiæ plenitudo temporis quo Dei cultus vbique dilatatus est, & genus humanum propagatum, desunt hæ rationes ad vsum plurium vxorum, & ideò vnica tantùm vxor permittitur, vt eo perfectiùs coniunctio Christi, & Ecclesiæ, Sacramento matrimonij figuretur.

2 Obiicitur primò, quia *Genes.* 4. Lamech. Adæ filius reprehendit propter vsum duarum vxorum. Secundò, quia immoderatus affectus voluptatis coniugalis culpabilis est. Vsus autem plurium vxorum immo

immoderatum affectum voluptatis arguit. Tertiò, quia talis vsus est contra fidem debitam matrimonio. Quartò, quia *Deuter.* 17. scriptum est: *Non habebit Rex vxores plurimas, quæ alliciant animam eius.* Ad primum respondetur; Non reprehenditur Lamech, quia duas vxores simul habuit; sed quia libidinis satiandæ causâ cum eis coïuit. Ad secundum. Augustinus, & Ambrosius *suprà* excusant antiquos Patres ab immoderato affectu libidinis: quia plures vxores non causâ lididinis, sed propagationis Deo gratæ conuen iebant. Itaque affectus duarum vxorum immoderatus non erat, cùm voluptas coniugalis non causâ voluptatis, sed generationis quærebatur: vt delectatio cibi licita est, cum ea non gustus causâ, sed necessariæ sustentationis assumitur. Ad tertium: Fides matrimonij tunc integra erat, quia non aliis, quàm vxoribus copulari licebat. Ad quartum: Ea lex Deuteronomij non plures vxores, quas Dauid absque transgressione eius præcepti habuit; sed *plurimas*, quas habuit Salomon contra eam legem, prohibebat. Secundò prohibebat plures vxores non fideles, sed infideles, quæ Regem à cultu Dei veri diuerterent. Sic exponit Augustinus *libro quinto in Deuteronom. capite* 27.

2 Secunda conclusio: Non fuit semper licitum coniugium cum consanguineis. Nam, licèt initio mundi filij Adæ cum sororibus licitè coniuncti fuerint, quia alia ratione non poterat propagari natura, & filiæ Loth ad patrem ebrium accesserint; tamen posteà Moyses Deuteron. 27. interdixit coniugium cum matre, cum nouerca, sorore, nepte, matertera, amita, nuru, & aliis. Sic etiam diuortium permisit

Deuteron.

Deuteron. 24. dato priùs libello repudij, in quo diuisionis causæ proponerentur, vt ea ratione dissidia, & homicidia cauerentur.

4 Tertia conclusio: Castitas virginalis legis gratiæ non est præferentia castitati coniungali Abrahæ, & aliorum priscorum Patrum. Tum, quia sic statuunt Augustinus *lib. de bon. coniugat. c.* 21. & 22. & Hieronymus *lib.* 1. *contra Iouin. post init.* Tum, quia probant: nam vsus coniugij tunc erat Deo gratior, quàm continentia virginalis, & cum eo vsu poterant retinere affectum continentiæ virginalis, in quo meritum talis virtutis consistit. Confirmatur à posteriori: Non est maius meritum patientiæ in Petro, qui martyrio obiit, quàm in Ioanne, qui martyrio coronatus non fuit: quia affectus martyrij non fuit maior in Petro, quàm in Ioanne. Ergo etiam in antiquis Patribus potuit esse meritum continentiæ æquale merito virginum Euangelij: quia effectus virginalis potuit esse æqualis. Confirmatur à priori: nam, vt docent Ambrosius *lib.* 2. *de virgin.* & *lib. ad virg. lapsam*, *cap.* 4. & Isidorus *lib.* 2. *Synonym.* §. 3. perfectio, & sanctitas virginalis non est in carne, sed in mente: ideóque virgini, quæ vi corrumpitur, manet integra virginitatis perfectio. Ergo affectu virginitatis poterant antiqui Patres ad meritum, & sanctitatem euangelicorum virginum accedere.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An, & qua ratione simplex fornicatio sit contra Legem naturæ? Hic S. Thomas *quæst.* 1. *artic.* 3. Bonauen

Bonauentura, Richardus, & Brulef. *quæst.* 1. Tarant. *q.* 3. Dur. *q.* 2. Bonac. *q.* 4. *p.* 14. Val. *tom.* 3. *disp.* 9. *q.* 3. *p.* 3. *&* *tom.* 4. *disp.* 10. *q.* 1. *p.* 2. Layman. *tom.* 1. *lib.* 3. *sect.* 4. Graf. 1. *p.* *lib.* 2. *cap.* 7. Leſ. *lib.* 4. *cap.* 4. *dub.* 7. Fil. *tr.* 30. *n.* 39. Sanchez *lib.* 2. *disp.* 2.

Quæſt. II. An pluralitas vxorum ſit contra naturæ legem? Hîc S. Thomas, Scotus, Durandus, Tarant. Richardus, & Argentin. *q.* 1. Bonauentura *q.* 1. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 80. Valentia *tom.* 4. *disp.* 10. *q.* 1. *p.* 3. Henriq. *lib.* 12. *cap.* 6. Pet. Ledeſma *q.* 65. *art.* 2. Coninch. *disp.* 26. *dub.* 2. Gutierrez *cap.* 106. Filliuc. *tr.* 10. *cap.* 5. *q.* 9. Tannerus *tom.* 4. *disp.* 8. *q.* 4. *dub.* 6. Bell. *lib.* 1. *de matr.* *cap.* 11. Corduba *lib.* 4. *&* *q.* 3. *dubio* 2. Medina *lib.* 4. *de continentia*, *cap.* 9.

Quæſt. III. An, & quo iure ſit indiſſolubile matrimonium? Hîc S. Thomas *q.* 2. *art.* 1. Alij relati *dist.* 27. *q.* 3.

Quæſt. IV. An diuortium ſit licitum, & quas ob cauſas? Hîc S. Thomas *q.* 2. *art.* 1. Bonauentura *art.* 3. *quæst.* 1. Scotus, Durandus, & Argentin. *q.* 3. Tarant. *q.* 5. Richardus *art.* 3. *q.* 1. Sanchez *lib.* 10. *disp.* 1. *&* *sequent.* Bonacina *quæst.* 4. *p.* 5. Tannerus *tom.* 4. *disp.* 8. *quæst.* 5. *dub.* 5. Layman. *tr.* 10. *p.* 3. *cap.* 7. Coninch. *disp.* 35. Filliuc. *tr.* 10. *cap.* 10. Pet. Ledeſ. *q.* 62. *art.* 1. Gutierrez *cap.* 129.

Quæſt. V. Quid poſſint, & debeant coniuges diuortiati? Hîc Bonau. *art.* 3. *q.* 3. Tarant. *q.* 6. Richard. *art.* 3. *quæst.* 2. Sanch. *lib.* 10. *disp.* 9. *&* *sequent.* Coninc. *disp.* 35. Bonacina *q.* 4. *p.* 5. Layman *tr.* 10. *p.* 3. *cap.* 7. Tannerus *tom.* 4. *disp.* 8. *q.* 5. *dub.* 5. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 17. Pet. Ledeſma *q.* 62. *art.* 6. Gut. *cap.* 120. Filliuc. *tr.* 10. *q.* 10.

Quæſt.

Quæst. VI. An sit eiusdem meriti affectus interior virginitatis cum ipso opere virginitatis externo, ideóque possit coniugatus ad meritum virginitatis accedere? Hic S. Thom. *q. 3. art. 3.* Bonau. *art. 2. q. 2.* Rich. *art. 4. q. 1.* Alij relati *lib. 2. dist. 35. q. 6.*

DISTINCTIO XXXIV.

De personis legitimis.

PRima conclusio: Contrahentes matrimonium pendent à legibus Ecclesiæ, vt validum matrimonium contrahant. Tum à priori: quia personæ ad contrahendum legitimæ sunt, quæ iuxta leges maiorum contrahunt, à quibus contractus valor iure decernitur. Tum à posteriori: quia non eædem semper personæ ad contrahendum legitimæ fuerunt: aliæ enim ante legem; aliæ post legem; aliæ in lege gratiæ legitimæ sunt ad contrahendum, vt constat *ex distinctione præcedenti*.

2 Secunda conclusio: Nunc in lege gratiæ varia est legitimitatis cõditio. Aliæ enim plene legitimæ sunt, quibus nullum obstat impedimentum legibus ad contrahendum præscriptum. Aliæ penitùs illegitimæ, quibus aliquod impedimentum ad valorem matrimonij repugnat, vt votum continentiæ, Ordo sacer, cognatio, aut dispar religio. Aliæ mediæ, quibus nuptias ignoranter celebratas ius datur ad dissoluendum post impedimenti notitiam, vt eis, quæ frigidæ, & disparis conditionis sunt. Nam de eis, qui causa frigiditatis debitum reddere non possunt; consulit

Gregorius 27.*quæst.*2.*decret.cap.Quod autem interrogatis.*& 33.*quæst.*1.*cap.Requisitis,*& *cap.Consultationi,de frigidis,*& *cap.Si quis acceperit.*vt tanquam frater, & soror permaneant: si verò mulier ad alias nuptias transire voluerit,præmisso iuramento vtriusque de impotentia viri, ius detur mulieri ad contrahendum cum alio;& viro aliud matrimonium prohibeatur:at,si vir iuramento neget,quod mulier attestatur, viro adhibeatur fides; qui mulieri præferendus est. Quòd si hoc impedimentum naturæ non sit, sed maleficio aliquo contingens, consulitur 33.*q.*1.*cap. Si per hortiarias.* vt Sacramentis Ecclesiæ, oratione, & bonis operibus remedium à Deo procurent.

3 Tertia conclusio: Amentia præsens reddit matrimonium nullum: iam verò contracto superueniens non dissoluit illud. Sic Fabianus 32.*quæst.*7.*cap. Neque furiosus.* & Nicolaus Papa *ibidem, cap. Hi qui matrimonium.*

4 Quarta conclusio: cum sorore vxoris defunctæ irritum est matrimonium, & accessus ad sororem vxoris illicitum reddit matrimonium,etiam cum quauis alia. Sic Concil. Aurel.27.*quæst.*2.*cap. Qui dormierit.* Zacharias Papa 32. *quæst.*7.*cap. Concubuisti.* & Gregor. *ibidem cap. Hi vero qui.* A quibus decernitur, vt vir dormiens cum duabus sororibus, neutram vxorem habeat, & prohibeatur cum aliqua in coniugium copulari. Vnde nec propriæ vxori licet sibi reddere (petere) debitum, quam sibi reddidit illicitam, cognoscendo eius sororem.

5 Quinta conclusio: Nulla infirmitas, vel deformitas corporalis sufficit ad dissolutionem matrimonij,

monij, aut diuortium. Sic Augustinus *lib. de serm. Domini in morte, cap. 31.* consulens: *Vt vir uxorem sterilem, aut deformem, aut debilem membris, aut cæcam, aut claudam, aut morbis, doloribúsque confectam. & quidquid, excepta fornicatione, excogitari potest vehementer horribile, pro societate, fidéque sustineat.*

Annotatio.

HIc videtur docere Magister, virum accedentem ad sororem vxoris non posse reddere debitum propriæ vxori, quia §. *De his etiã* ait: *Item, nec propriæ vxori licet sibi reddere debitum.* Quod à Parisiensibus, & omnibus reprobatur: quia repugnat expresso iuri. *cap. Discretionem* 1. Ego verò credo, verbum illud, *reddere,* fuisse errore calami suppositum pro, *petere*: nam ea ratio Magistri: *Quia sibi vxorem reddidit illicitam, sororem eius cognoscendo.* rectiùs probat, illicitum sibi esse petere debitum, quàm vxori petenti reddere: quod sanè ab omnibus illicitum docetur. Qua ratione eandem propositionem, & verbum in Concilio Aurelianensi *relato cap. Qui dormierit.* 27. corrigit Glossa, & in Magistro etiam Sotus *in præsenti, quæst. vnica, art. 2. §. 2. Secunda conclusio.*

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An auctoritate humana possint apponi matrimonio impedimenta, præsertim dirimentia; & quænam re ipsa sint apposita? Hic S. Thomas, Richardus, Bonauentura, Durandus, Argentina, Mayron, Tarant. & alij q. 1. Valentia *tom. 4. disp.*

10.*q*.5.*p*.1.Sanchez *lib*.7.*disp*.1.*& sequent*.Coninch. *disp*.30.*dubio* 1.Tannerus *tomo* 4.*disp*.8.*q*.4. *dub*.1. Layman *tr*.10.*p*.4.*c*.1. Bonac.*q*.3.*p*.1.Filliuc. *tr*.10. *p*.2.*c*.1.Victoria *relect.de matrimonio,p*.2.*sect*.1. Nauarr.*c*.22.

Quæst. II. An, & quæ impotentia dirimat matrimonium? Hîc S.Thomas *quæst*.1. *artic*.2. Bonauentura *artic*.2.*quæst*.1. Scotus & Argentina *quæst*.1.Durand.*quæst*.2. Richardus *artic*.2.*q*.1.Tarant. *quæst*.3. Sanchez *lib*.7.*disp*.93.*& sequent*.Coninch. *disput*.31. *dubio* 7.Tannerus *tomo* 4.*disp*.8.*quæst*.4.*dubio* 8 Bonacina *quæst*.3.*part*.13.Layman.*tr*.10.*part*.4.*c*.11. Mæratius *disp*.8.*sect*.6.Petrus Ledesma *quæst*.58. *artic*.1. Valent. *tomo* 4.*disput*.10.*quæst*.5.*part*.3. Henriq. *lib*. 12.*cap*.7. Gutierrez *cap*.112.Filliucius *tract*.10.*p*.2. *cap*.3.

Quæst. III. An etiam incestus cum sorore vxoris? Hîc S.Thomas *quæst*.1.*art*.5.Bonauentura *art*.3.*q*.2. Richardus *art*.4.*quæst*.2.Argentina *quæst*.1.*art*.4.Tarant. *quæst*.7. Sanchez *lib*.7. *disp*.65. *&* 66. Henriq. *lib*.12.*cap*.9.*&* 10.Coninch.*disp*.32.*dub*.4. Bonacina *quæst*.3.*p*.13.Petr.Ledesma *q*.55.*art*.3.*& seq*.Valent. *tomo* 4.*disp*.10.*q*.5.*p*.2.Gutierrez *c*.99.Laym. *tr*.10. *p*.4.*c*.5.Tann.*tomo* 4.*disp*.8.*q*.4.*dub*.7.Mærat.*disp*.9. *sect*.11.*& seq*.

Quæst.IV. Quas ob causas negari possit vsus matrimonij, aut repudium intentari? De quo relati *dist*. *præced*.*q*.4.

DISTIN

DISTINCTIO XXXV.

Eodem iure vtitur vir, & mulier.

PRima conclusio: Tam vxor, quàm vir ius æquale habent dimittendi à se coniugem adulterum. Sic Hieronymus in epist. ad Oceanum: *Quidquid viris præcipitur, hoc consequenter redundat ad fœminas. Non enim adultera vxor dimittenda est, & vir mœchus tenendus.* Item, Innocentius Papa in epistola ad Exup. c. 4. *Christiana religio adulterum in vtroque sexu pari ratione condemnat.* Hoc ius dimittendi adulterum non competit coniugi, nisi adulterij experti, ideoque vir adulter non potest vxorem adulteram à se dimittere, neque econtra. Sic Augustinus lib. 1. de serm. in monte, cap. 28. *Quisquis fornicationis causâ vult abijcere vxorem, prior debet esse fornicatione purgatus. Quod similiter & de fœmina dixerim.* Eadem habet *lib. 2. de adult. coniug. c.* 8.

2 Secunda conclusio: Nullus coniugum potest post adulterum dimissum ad alias nuptias transire. Primò, quia Apostolus 1. *Corinth.* 7. ait: *Præcipio, non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere: quod si discesserit, maneat innupta, aut viro suo reconcilietur.* En vxor, quæ à marito discessit, præcipitur innupta manere, aut viro reconciliari. Secundò, quia id docet Augustinus *lib. 1. de serm. Dom. in monte, c.* 26.

3 Tertia conclusio: Licitum est coniugi reconciliare sibi adulterum dimissum iam pœnitentem, & correctum. Porrò, quia Apostolus 1. *Corinth.* 7.

ſuperioribus verbis facultatem vxori tribuit reconciliationis cum viro. Secundò, id docent Auguſtinus *lib.2 de adult. coniug. cap.6.* & Hermeſ. 32. *quæſt.1. cap. Quod autem.* Nam poteſt adulter pœnitentiâ adulterium purgare, & corrigere. Æquum autem eſt, vt condonetur iniuria pœnitenti, & iam correcto.

4 Obiicitur Chryſoſtomus *homil.32.ſuper Matth.* & Hieronymus *epiſt. de diuerſis q.* dicentes, fatuum, & iniquum eſſe, qui meretricem, & adulteram retinet. Reſpondetur: Differunt, cùm adultera ab adulterio non receſſit: tunc enim vir eam retinens conſentire videtur, & fieri turpitudinis patronus. Ideóque tunc tenetur vir eam à ſe abiicere, vt reſipiſcat, & corrigatur.

5 Quarta concluſio: Prohibitum eſt matrimonium cum adultera, cui mœchus fidem dedit contrahendi poſt maritum defunctum. Sic Leo Papa 31.*q.*1. *cap.Nullus.* & Conc. Tiburien. *cap.Relatum,* Neque obſtat Auguſtinus *lib.1.de nupt.cap.*10. probans coniugium, cum qua præceſſit adulterium. Item, *libro de bono coniug. cap.*14. docens, licitas eſſe nuptias factas à perſonis priùs illicitè coniunctis. Nam prius teſtimonium intelligendum eſt, cùm mœchus non dedit adulteræ fidem contrahendi matrimonium poſt mortem mariti. Poſterius verò non eſt de nuptiis celebratis cum adultera, ſed cum concubina; cum qua non eſt illicitum à fornicatione ad honeſtas nuptias tranſire.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An, & quas ob causas liceat diuortium? Hîc S. Th. Bonau. Rich. Tar. & alij *q.*1. Item relati *dist.*33.*q.*4.

Quæst. II. Quid possint, & debeant coniuges diuortiati? Hîc S. Thom. *q.*1.*art.*4.*&* 5. Bonauentura *q.*4. *&* 5. Richardus *artic.*3. *quæst.*1. *&* 2. Argentin. *q.*1. *art.*1. *&* 2. Tarant. *q.*4. *&* 5. Alij relati *dist.*33. *quæst.*5.

Quæst. III. An propria auctoritate possint coniuges diuortiari? Hîc S. Th. *q.*1. *art.*3. Richardus, Brulef, & Tar. *q.*3. Bonauentura *q.*2. Sanchez *lib.*10.*disp.*12. Bonacina *q.*4.*p.*5. Tannerus *tom.*4.*disp.*8.*q.*5.*dub.*5. Laym. *tract.*10.*p.*3.*cap.*7. Sotus *dist.*36. *q.*1.*art.*2. Petr. Ledesma *q.*62.*art.*3. Coninch. *disp.*35.*dub.*1. Henriquez *lib.*11.*cap.*17. Nauarr. *c.*22. Filliuc. *tr.*10. *c.*10.*q.*8.

Quæst. IV. An, & quod crimen dirimat matrimonium? Hîc Bonau. *in litt.dub.*5. Sanch. *lib.*7.*disp.*78. *&* 79. Bonacina *q.*3.*p.*6. Valentia *tom.*4.*disp.*10.*q.*5. *p.*3. Tanner. *tom.*4.*disp.*8.*q.*4.*dub.*5. Laym. *tr.*10 *p.*4. *cap.*10. Coninch. *disp.*31.*dub.*5. Mærat. *disp.*9. *sect.*1. *&* 2. Rebel. *lib.*3.*q.*8. Filliuc. *tr.*10. *p.*2.*c.*8. Henriquez *lib.*12.*c.*14. Nauar. *c.*22. Vgolin. *c.*19. Bellarm. *lib.*1.*c.*22.

DISTINCTIO XXXVI.

Si pro seruili conditione valeat vxor separari à viro, & è conuerso?

PRima conclusio: Error conditionis seruilis irritat matrimonium. Non asserimus matrimonium liberi cum serua esse nullum, cùm liber seruilem coniugis conditionem nouit; sed cùm eam putauit liberam. Sic Concil. Vermer. *c.6.* & habetur 29. *q.2.c. Si quis ingenuus, c. Si fœmina ingenua.* & Zacharias Papa *ibidem, cap. Si quis liber.*

2 Secunda conclusio: Seruus cum serua contrahere matrimonium potest, etiamsi ad diuersos dominos pertineant; consensus tamen dominorum petendus est. Sic Concil. Cabilonense *vbi suprà, cap. Dictum est.*

3 Tertia conclusio: Seruilis conditio superueniens alteri coniugum non dirimit matrimonium priùs in libertate contractum, nec alterum coniugem seruum facit. Sic Triburiense Conc. *vbi suprà, cap. Cuius rei, &c. Perlatum.* de viro, qui se seruituti subiecit, vt iugum deijceret matrimonij.

4 Quarta conclusio: Vir ante quatuordecim annos, & fœminæ ante duodecim annos inire matrimonium nequeunt. Quia ea ætas ad onera matrimonij requiritur: vnde, quampis voluntate parentum ante id tempus iungantur, separari possunt, nisi ætate præscripta ipsi ratum habeant. Sponsalia autem ante septennium

ſeptennium contrahi nequeunt, quia ad conſenſum eius, quod agitur, minor ætas cenſetur inepta. *Sic 33. q. 2. c. Sponſalia.*

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An, & qua ratione conditio ſeruilis dirimat matrimonium? Hîc S. Thomas, Bonauent. Scot. Richard. Durand. Argent. Mayr. Tarant. & alij *q.* 1. Sanchez *lib.* 7. *d.* 19. Bonac. *q.* 3. *p.* 3. Coninch *d.* 31. *dub.* 2. Gutierr. *cap.* 90. Tanner. *tom.* 4. *d.* 8. *quæſt.* 4. *dub.* 3. Layman. *tr.* 10. *p.* 4. *c.* 2. Mæratius *d.* 10. Petr. Ledeſma *q.* 54. *art.* 2. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 10. Filliuc. *tr.* 10. *q.* 2. *cap.* 2. Couar. 2. *p. cap.* 3. §. 7. Rebel. *lib.* 3. *q.* 3. Nauarr. *cap.* 22.

Quæſt. II. An ſeruus poſſit nubere abſque conſenſu domini? Hîc Bonauent. *in litt. dub.* 2. S. Th. *q.* 1. *art.* 2. Sanchez *lib.* 7. *d.* 21. Bonac. *q.* 3. *p.* 3. Tanner. *tom.* 4. *d.* 8. *q.* 4. *dub.* 3. Layman *tr.* 10. *p.* 4. *c.* 2. Coninch *d.* 31. *dub.* 2. Mæratius *d.* 10. Rebel. *lib.* 3. *q.* 5. Gutier. *c.* 92. Filliuc. *tr.* 10. *p.* 2. *c.* 2. Petr. Ledeſm. *q.* 52. *art.* 1.

Quæſt. III. Quæ ætas ſit neceſſaria ad valorem matrimonij? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 5. Bonau. *art.* 2. *q.* 1. Richard. *art.* 6. *q.* 1. Argent. *q.* 1. *art.* 4. Tarant. *quæſt.* 5. Sanch. *lib.* 7. *d.* 104. Nauar. *lib.* 4. *conſ.* 4. & 5. Laym. *tr.* 10. *p.* 4. *c.* 22. Coninch *d.* 31. *dub.* 7. Tann. *tom.* 4. *diſp.* 8. *q.* 4. *dub.* 8. Henriq. *lib.* 12. *c.* 7. Rodrig. *tom.* 1. *ſum. cap.* 235. Petr. Ledeſma *q.* 58. *art.* 5.

Quæſt. IV. Quæ ætas neceſſaria ſit ad valorem ſponſalium? Hîc S. Thomas *quæſt.* 1. *art.* 5. Bonau. *art.* 2. *q.* 2. Scot. *quæſt.* 2. Richard. *art.* 6. *q.* 1. Argent. *q.* 1. *art.* 4. Tarant. *quæſt.* 5. Sanchez *lib.* 1. *diſp.* 51. Tanner.

*tom.4.disp.8.quæst.1.dub.2.*Bonacina *quæst.1.p.6.*Coninch.*disp.23.dub.2.*Molfes.*tr.4.cap.5.*Gutierr.*cap.29.*Filliuc.*tract.10.cap.8.q.4.*Henriq.*lib.11.cap.14.*Couar.*de sponsal.1.p.cap.5.*Valentia *tom.4.disput.10.q.2.p.3.*

DISTINCTIO XXXVII.

In quo ordine nequeat fieri coniugium.

PRima conclusio : In Ordine Sacerdotij, Diaconatus; aut Subdiaconatus constituti nequeunt matrimonium contrahere : constituti verò in minoribus Ordinibus Lectoris, Exorcistæ, &c. possunt, nisi voto continentiæ, & religionis sint obligati. Sic Leo Papa *dist.31.c.ex continentia.dist.32.c.Seriatim.* Carthaginense Conc. *ibidem, c. Placuit.* Sexta Synodus *cap. Si quis.* Calixtus Papa *dist.27. c. Presbyteris.* Gregorius *dist.28. c. Nullum.* & Innocentius *cap. Decernimus* Quorum testimonia in textu sunt plana.

2 Secunda conclusio : Interfectoribus suarum coniugum ad alias nuptias transire prohibetur. Sic Nicolaus Papa *33.q.2.Interfectores,* & Pius *ibidem, c. Quicunque.*

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An, & quis Ordo dirimat matrimonium? Hîc S. Thomas *q.1.* Bonauentura *art.1.* Scot. Richard. Durandus, Mayr. Tarant. Argent. & alij *q.1.& 2.* Sanchez *lib.7.d.28.& seq.* Valentia *tom.4.d.10.q.5.*

10. *q*. 5. *p*. 3. Bonacina *q*. 3. *p*. 9. Tanner. *tom*. 4. *d*. 8. *q*. 4. *dub*. 6. Layman. *tr*. 10. *p*. 4. *cap*. 3. Coninch *d*. 20. *d*. 11. Henriq. *lib*. 12. *c*. 5. Filliuc. *tract*. 10. *p*. 2. *cap*. 4. Guttier. *cap*. 94.

Quæst. II. An vxoricidium, necnon viricidium impediat matrimonium? Hîc S. Th. *quæst*. 2. *art*. 2. Bonau. *art*. 2. *q*. 3. Rich. *art*. 2. *q*. 2. Tarant. *q*. 6. Sanchez *lib*. 7. *d*. 16. Bonac. *q*. 3. *p*. 14. Gutierrez *c*. 88. Nauar. *c*. 22. Rebel. *lib*. 3. *q*. 18. Henriq. *lib*. 12. *c*. 2. Tan. *tom*. 4. *d*. 8. *q*. 4. *dub*. 2. Laym. *tr*. 10. *p*. 4. *c*. 15. Coninch *d*. 30. *dub*. 3. Mærat. *d*. 11. Valentia *tom*. 4. *d*. 10. *q*. 5. *p*. 4.

Quæst. III. An ſit peccatum occidere vxorem in adulterio deprehenſam. Hîc S. Thomas *quæst*. 2. *art*. 1. Bonauent. *art*. 2. *quæst*. 1. Richardus & Argentin. *q*. 1. *art*. 2. Brulef. *q*. 4. Tarant. *q*. 5. Sanchez *lib*. 7. *diſp*. 16. Valentia *tom*. 3. *diſp*. 5. *quæſt*. 8. *p*. 3. Filliuc. *tract*. 29. *c*. 1. *quæſt*. 20. Molina *tom*. 3. *tract*. 3. *d*. 7. Sot. *lib*. 5. *de iuſt*. *quæſt*. 1. *art*. 3. Petr. Nauar. *lib*. 2. *c*. 3. *num*. 220. Bañez, Aragon, Salon. 2. 2. *q*. 64. *art*. 3. Azor. 3. *p*. *lib*. 2. *cap*. 2. *quæſt*. 2.

DISTINCTIO XXXVIII.

De voto, & quod votum faciat illegitimum matrimonium, & nullum?

PRima concluſio: Votum ſolenne continentiæ reddit matrimonium nullum, & dirimit contractum: votum verò priuatum reddit matrimonium illicitum, non verò irritum. Votum eſt promiſſio ſpontanea

ſpontanea Deo facta de iis, quæ Deo grata ſunt: vnde ea vota, quæ ſtultè fiunt de aliis, quæ ad Deum non pertinent, non obligant, & violari poſſunt. Votorum aliud eſt omnibus Chriſtianis commune, vt quod Baptiſmo annexum eſt de renunciando Diabolo & pompis eius: aliud ſingulare, quod ſingularem tantùm perſonam adſtringit, vt votum continentiæ. Rurſus, ſingulare votum aliud eſt ſolemne, quod Eccleſiæ ſolemnitate emittitur, vt votum profeſſionis religioſæ: aliud priuatum, quod in abſcondito fit abſque ſolemnitate Eccleſiæ, vt quod fit priuatim de aliquo bono opere agendo. Violatio cuiuſque voti peccatum mortale eſt, cùm vnuſquiſque teneatur implere ſponſionem Deo factam arctiùs, quàm factam hominibus. Vnde conſtat votum priuatum continentiæ reddere matrimonia illicita, cùm ſine peccato tale votum violari non poſſit. At verò non reddere irrita, inde deprehenditur: quia Eccleſia coniuges eo voto contrahentes non ſeparat: quia votum priuatim, & abſque ſolemnitate factum iudicio Eccleſiæ non ſubiicitur.

2 Votum verò ſolemne irritare matrimonia, colligitur ex Paulo 1. ad Rom. 5. *Adoleſcentiores viduas deuita. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt; habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Vbi damnationi publicæ Eccleſiæ ſubiicit viduas nubere volentes, poſtquàm voto publico adſtrictæ ſunt Chriſto, quod eſt, *in Chriſto luxuriatæ: quia primam fidem irritam fecerunt.* Si autem contendentes nubere damnatæ ſunt, & non permittendæ matrimonio iungi. Ergo arctiori damnationi ſunt ſubiiciendæ, ſi re ipſa nupſerint, & à nuptiis ſeparandæ,

dæ. Quod sic exponit, & faciendum definit Gregorius ad Bonifac. & habetur 27. *quæst*. 1. *cap. Viduas à proposito*. Idem, *in epist. ad victorium, c.* 12. *&* 13. & habetur *suprà* §. *Si virgines*. decernitur de virginibus non velatis quæ simili voto obligatæ sunt Christo. Quibus coniugium interdicitur, & ad propositum redire præcipitur; imó & publica pœnitentia negatur, hoc est, non approbatur, nisi ij, quibus se iunxerant, de mundo recesserint, hoc est, mortui peccato ab eis discesserint. Ergo eiusmodi personas omninò illegitimas ad coniugium Ecclesia docet.

3 Secunda conclusio: Inæqualis est peccatorum incontinentiæ malitia. Nam graue peccatum est fornicatio, grauius adulterium, grauius incestus, & in specie incestus grauius cum matre, quàm cum alia consanguinea commissum: & omnium grauissimum peccatum contra naturam. Sic Clemens Papa *epist.* 1. *ad Iacobum*, & Augustinus *de bono coniug. capit.* 8. & habetur 32. *q.* 7. *cap. Quid in omnibus. & cap. Adulterij malum.*

4 Tertia conclusio: Nullum est matrimonium contractum cum ea, quæ viuente viro absenti, & putans, eum defunctum, cum alio nupsit. Ideóque primo viro reuertenti restituenda; quanquam propter bonam fidem à reatu adulterij possit liberari. Sic Leo Papa *in epist.* 79. *ad Nicetam, c.* 2 *& sequent.* & refertur 34. *q.* 1. *&* 2. *c. Cùm per bellicam.* Quia primus vir per absentiam, aut captiuitatem non amisit ius in vxorem, quæ propterea tanquam aliena secundo viro tradita est. Similiter dicendum de viro, qui ab vxore viuente absens contrahit matrimonium cum alia, quod propter eandem rationem nullum est. Si autem redire

redire volens ad propriam vxorem cogatur ab Ecclesia manere cum secunda fœmina : quia Ecclesiæ non constat, eum esse coniugatum cum alia iam viuente, excusatur per obedientiam, & vim Ecclesiæ, si secundæ fœminæ poscenti debitum reddat.

Annotatio.

HIc notatur Magister, quòd videatur docere, licitum esse viro reddere debitum fœminæ, cum qua, viuente propria vxore, nuptias peregrinus celebrauit. Quia id ab omnibus reprobatur. Sed à nota liberari potest:tum, quia id non docet absolutè licitum; sed tantùm excusabile per vim, & obedientiam Ecclesiæ: opus autem excusabile non est idem, quod licitum;nam excusatio etiam est eorum,quæ minuunt culpam,quamuis omninò non auferant. At eo in casu per vim, & obedientiam Ecclesiæ culpam reddendi debitum minui, exploratum est. Tum, quia intelligi potest excusatio auferens culpam, quoad damnationem externam, cùm ab Ecclesia cogatur reddere debitum poscenti fœminæ, non verò petere.

QVÆSTIONES.

Quæst.I. Quid sit votum? Hic S.Thomas, Bonauent.Richard. Mayr.Tarant.& alij *q.* 1.Sanch. *lib.*4. *sum.c.*1.Bonac.*de precept.d.*4.*q.*2.*p.*1.Valentia *tom.*3. *d.*6.*q.*6.*p.*1.Nauar.*c.*12.Azor.*lib.*11.*cap.*13. Clau. reg.*lib.*6.*c.*1. Filliuc.*tr.*26.*c.*1.Less. *lib.*2.*c.*40.*dub.*4. Layman *lib.*4.*tr.*4.*cap.*1.Suarez *lib.*1.*de voto,c.*2.Sot. *lib.*7.*de iust.quæst.*1.*art.*2.Henriq.*lib.*11.*cap.*13.

Quæst.

Quæst II. Quid votum solemne, & simplex? Hîc Bonauent. *in lit. dub.* 1. *&* 2. S. Thomas *quæst.* 1. *art.* 2. Scot. *q.* 1. Palud. *q.* 4. *art.* 4. Palac. *d.* 2. Sanch. *lib.* 7. *de matr. d.* 25. *& lib.* 5. *summ. c.* 1. Suar. *tom.* 3. *de statu Relig. lib.* 2. *cap.* 6. *& sequent.* Azor. *lib.* 12. *instit. c.* 6. Val. 2. 2. *disp.* 6. *q.* 6. *p.* 5. Petr. Ledesm. *de matrimon. q.* 53. *art.* 2. Henriq. *lib.* 12. *de matr. c.* 5. Medina *lib.* 4. *de contin. controuers.* 7. *c.* 35. Caietan. Pesantius, Aragon, Salon. Sylu. & alij 2. 2. *q.* 88. *art.* 7.

Quæst. III. Quænam sit materia voti? Hîc S. Thom. *quæst.* 1. *art.* 1. Bonauentura *art.* 1. *q.* 2. Richar. *quæst.* 3. Tarant. *quæst.* 2. Mayr. *quæst.* 1. *art.* 2. Caiet. Pesant. Sylu. Aragon. Salon. & alij cum S. Th. 2. 2. *q.* 88. *art.* 1. Sot. *lib.* 7. *de iust. q.* 1. *art.* 3. Nauar. *cap.* 12. Sanch. *lib.* 4. *sum. c.* 6. *& sequent.* Suar. *lib.* 2. *de voto, cap.* 5. *& sequent.* Filliuc. *tract.* 26. *cap.* 2. Layman. *lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 2. Rodrig. *p.* 2. *sum. cap.* 94. Val. 2. 2. *d.* 6. *q.* 6. Azor. 1. *p. lib.* 11. *c.* 14.

Quæst. IV. Voti commutatio? Hîc S. Thomas *quæst.* 1. *art.* 4. Bonauent. *art.* 2. *quæst.* 2. Richard. *art.* 8. *q.* 1. *&* 2. Mayr. *q.* 1. *art.* 5. Tarant. *quæst.* 6. Caietanus, Aragon. Salon, Pesant. Sylu. & alij cum S. Thoma 2. 2. *q.* 88. *art.* 12. Sanch *lib.* 4. *summ. c.* 49. *& sequent.* Suar. *lib.* 6. *de voto, c.* 18. *& sequent.* Val. *tom.* 3. *d.* 6. *q.* 6. *p.* 7. Azor. 1. *p. lib.* 11. *c.* 18. Laym. *lib.* 4. *tr.* 4. *c.* 8. Filliuc. *tract.* 26. *c.* 10. Lessius *lib.* 2. *c.* 40. *dub.* 11. *& seq.* Clau. reg. *lib.* 6. *cap.* 10. *& sequent.*

Quæst. V. Voti dispensatio? Vbi præcipuè, an Papa possit dispensare in voto solemni? Hîc S. Th. *q.* 1. *art.* 4. Bonauent. *art.* 2. *quæst.* 3. Richard. *art.* 9. *quæst.* 2. Mayr. *q.* 1. *art.* 7. Tarant. *q.* 9. *&* 10. Sanch. *lib.* 4. *sum. c.* 37. *& seq. & lib.* 8. *de matrim. d.* 8. Valentia *tom.* 3.

d. 6.

d.6.quæst.6.p.7. Lessius *lib.2.cap.40.dub.12.* & 14. Azor. 1.*p.lib.11.cap.18.* Suarez *lib.6.de voto, cap.9.* & *sequent.* Clau.reg.*lib.6.cap.11.* Nauarr.*c.12.* Guttierrez *de matrimon.cap.123.* Bonac.*de præcept. disput.4. q.2.part.7.§.4.*

Quæst. VI. An, & quo iure votum solemne dirimat matrimonium? Hîc Scot. Gabr. Rubion. Ouand. & alij *quæst.1.* Palud. *q.4.art.4.* Richard. *art.7.q.2.* Sanch. *lib.7.de matrimon.d.26.* Bellarm.*lib.2.de Monac. à cap.22.* Coninch.*d.31.dub.6.* Tann.*tom.4.d.8.q.4.dub.3.* Mæratius *disp.8.sect.1.* & 3. Layman.*tract.10.p.4.cap.3.* Bonac.*q.2.p.4.* Valentia *tom.4.disp.10.q.5.p.3.* Henriq.*lib.11.cap.8.* & *lib.12.cap.3.* Guttier. *cap.54.* & 94. Rebel.*lib.3.q.4.* Lessius *lib.4.capit.41. num.68.* Azor.*lib.12.c.6.*

Quæst. VII. An votum simplex impediat valorem, aut vsum licitum matrimonij? Hîc S.Th. *q.1. art.3.* Scot. Durand. Argent. & Mayr.*q.1.* Richard.*art.7.* Tarant.*q.5.* Sanch.*lib.7.d.11.* Bonac.*q.3.p.14.* Coninch.*d.30.dub.3.* Mæratius *disp.11.* Tann. *tom.4.d.8.q.4.dub.2.* Laym.*tract.10.p.4.c.15.* Filliuc.*tract.10.p.2.cap.9.q.5.* Guttierrez *cap.85.* Rebel.*lib.3.q.12.*

DISTINCTIO XXXIX.

De impedimento ad contrahendum matrimonium ex cultus disparitate.

PRima conclusio: Matrimonium fidelis cum infideli interdictum est. Primò, quia in lege veteri interdicebatur. Sic Exod. 34. *Non accipies vxores de filiabus*

filiabus alienigenarum filiis tuis, ne traducant eos post Deos suos. Secundò 1. Esdr. 10. præcipit Deus, vt coniugia Iudæorum cum alienigenis inita dissoluantur. Tertiò, quia id prohibetur in nouo Testamento, vt testatur Augustinus lib. 1. de adulter. coniug. c. 2. *Ne nubat fœmina, nisi suæ religionis viro, vel ne vir talem ducat vxorem. Id enim iubet Dominus, docet Apostolus. vtrunque præcipit Testamentum.* Similiter Ambros. *lib. de Abraham Patriar. c. 9.*

Obiicitur Apostolus 1. *Corinth.* 7. dicens: *Ego dico, non Dominus, si quis frater habet vxorem infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam.* Vbi probat coniugium fidelis cum vxore infideli. Respondetur: Apostolus loquitur de coniugio in infidelitate inito ab infidelibus, quorum alter posteà fidelis factus est, altero in infidelitate permanente. At superior conclusio differit de coniugio inito cum disparitate religionis à fideli cum infideli: tunc enim facultas non datur fideli ad coniungendum cum infideli, quia ab initio coniugium, fuit initum contra ius, & legem Domini. Sic Augustinus *suprà, & lib. 1. de serm. in monte, c. 27. & lib. de adul. coniug. cap.* 18. & Ambr. *super 1. ad Corinth.* 7.

3 Secunda conclusio: Infidelis cum infideli verum matrimonium contrahit. Primò, quia Paulus 1. *Cor.* 7. hortatur coniugem ad fidem conuersum manere cum coniuge infideli volente cohabitare cum illo. Id autem non liceret, si non esset verum matrimonium inter illos. Secundò, quia supponit Augustinus lib. de fide & operibus, cap. 16. *Vxor legitima societate coniuncta sine vlla culpa relinquitur, si cum viro Christiano permanere noluerit.* Vbi legitima societa-

tis coniunctio legitimum matrimonium est.

4 Obiicitur, illud matrimonium non esse ratum, quia solui potest altero conuerso ad fidem, vt mox dicemus: nec legitimum; quia iuxta Apostol. Roman. 14. *Omne, quod non est ex fide, peccatum est.* Peccatum autem non est legitimum, cùm non sit iuxta leges Dei, nec naturæ rationalis. Sic Augustinus *ad Polent. cap.* 18. ait, *non esse veram pudicitiam infidelis cum fideli.* Respondetur: Tale matrimonium legitimum est: quia nulla lege prohibente contrahitur, vt supponit Augustinus *suprà.* Neque obstat Apostolus: tum, quia fides ibi intelligitur conscientia, id est, quod non est iuxta conscientiam, peccatum est: tum, quia tale matrimonium potest dici peccatum solùm extrinsecè, & non intrinsecè; quia ab infideli non refertur in finem, & cultum veræ religionis. Neque obstat August. qui veram pudicitiam negat inter fidelem, & infidelem, solùm quia non habet bonitatem Sacramenti, & indissolubilitatem, quæ competit matrimonio fidelium.

5 Tertia conclusio: Coniux conuersus ad fidem potest dimittere vxorem infidelem nolentem conuerti; & è contra. Primò, quia id permittit Paulus 1. *Cor.* 7. ibi: *Ego dico, non Dominus.* Vbi innuit, non esse præceptum, sed consilium manere cum infideli volenti cohabitare. Secundò, quia docet August. *lib. de adult. coniug. c.* 18. dicens, à Deo non iuberi, neque prohiberi cohabitationem fidelis cum infideli. Non iuberi: quia iustitia permittit discedere à fornicante, & infidelitas quædam fornicatio est contra fidem debitam Deo. Neque prohiberi: quia coniugium non fuit initum contra legem prohibentem Dei. Item, quia spes fortè erit, vt infidelis societate coniugis fidelis conuertatur

ad

ad fidem. Vnde coniux fidelis potest discedere licitè à coniuge fideli, quando societas coniugis prouocat ad aliquod peccatum, vt si vir nolit coniungi cum vxore, nisi furetur, aut mœchetur, aut quid aliud flagitiosum expetat. Nam non solùm infidelitas, sed etiam quæuis alia illicita cupiditas, fornicatio quædam est, cuius causa facultas datur coniugi ad dimittendum coniugem. Sic Augustinus *lib. 1. de serm. Dom. in monte, 28. & de fide, & operib. cap. 16.*

6 Quarta conclusio: Coniux conuersus ad fidem, & dimissa coniuge infideli, nolente conuerti, potest ad alias nuptias transire. Primò, quia ait Apostolus 1. Cor. 7. *Quod si infidelis discedit, discedat; non enim seruituti subiectus est frater, aut soror in huiusmodi.* Vbi coniugem fratrem non esse seruituti subiectum, non est aliud, quàm non manere vinculo matrimonij obligatum: quia non est alia seruitus, de qua Apostolus loquatur. Secundò, quia sic intelligit Apostolum Ambrosius reddens rationem: *Non est enim ratum matrimoniũ, quod sine deuotione Dei est, & ideò non est peccatũ ei qui dimittitur propter Deum, si alij se copulauerit, Contumelia enim Creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur, ne accusetur alij copulatus.* Vnde, si coniux infidelis velit conuerti, aut liberè cohabitare cum fideli absque contumelia Creatoris, non potest fidelis alias nuptias inire, Quo explicatur idem Ambrosius dicens, esse adulteros eos, qui copulantur aliis vxoribus post dimissas infideles. Differit enim expresśè, quando infideles volunt liberè cohabitare cum fideli absque contumelia Creatoris. Quod non contradicit superioribus.

QVÆSTIONES

Quæst. I. An matrimonium fidelis cum infideli possit validè contrahi? Hîc S. Thomas, Bonauent. Scot. Richard, Durand. Argent. Mayr. Tarant. & alij *quæst.*1. Sanchez *lib.*7.*d.*71. Bonac.*q.* 3.*p.*7. Tanner. *tom.*4 *d.*8.*q.*4,*dub.*5. Mærat.*d.*9 *sect.* 3. & 4. Coninch. *d.*31. *dub.*3, Henriq. *lib.*12.*cap.*12. Val, *tom.* 4. *d.* 10. *q.* 5.*p.*3. Filliuc.*tr.*10.*c.*7. Gutier.*c.* 104. Petr. Ledesm.*q.*59. *art.*1. Laym.*tr.*10.*p.*4.*c.*14.

Quæst. II. An matrimonium infidelis cum infideli sit Sacramentum, aut eis conuersis ad fidem fiat Sacramentum? Hîc S. Thomas *quæst.*1.*art.*2. Bonaui Richard. Tarant. & Brulef. *quæst.*2. Argent. *q.* 1. Alij relati *dist.* 26. *q*...

Quæst. III. An infidelis conuersus ad fidem possit dimittere coniugem infidelem nolentem conuerti; Hîc S. Thom. *quæst.* 1. *artic.* 2. Bonau. & Richard. *art.*2. *quæst.*1. Argent. *quæst.* 1. *artic.* 2. Tarant. *quæst.* 5. Alij relati *q.*1.

Quæst. IV. An infidelis conuersus ad fidem, & dimittens coniugem nolentem conuerti, possit ad alias nuptias transire? Hîc Interpretes relati *quæst. præced.* Sanchez *lib.*7. *d.*74. Coninch. *d.* 26. *dub.* 5. Bonacina *quæst.*3.*p.*7. Rebel. *lib.* 3. *quæst.*10. *sect.* 2. Petr. Ledes. *quæst.*59. Filliuc. *tract.*10.*p.*2. *c.* 7. Tanuer. *tom.* 4. *d.*8. *quæst.* 4. *dub.* 5. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 8. & *lib.* 12. *cap.* 13.

DISTINCTIO XL.

De cognatione carnali omninò impediente matrimonium.

PRima conclusio: Cognatio carnalis, seu consanguinitas iure antiquo Ecclesiæ impedit omninò matrimonium vsque ad septimum gradum. Sic Gregorius *lib.* 12. *Regist. epist.* 31. & refertur. 35. *quæst.* 3. *cap. Progeniem.* Nicolaüs Papa *ibidem, cap. De consanguinitate*, & Concil. Lugdunense *ibidem*, *cap. Nulli.* Porrò hi gradus sunt generationes ordine descendentes ad eodem stipite, seu parente. Quod Isidorus *lib.* 9. *Etymolog. cap.* 5. & 6. & habetur 35. *quæst.* 5. *cap. Series.* sic computat, vt à filiis, & non à parente numeret primum gradum, ideóque gradus impedientes matrimonium sex tantùm recenset. Alij verò ipsum parentem inter gradus numerant, ab eóque primum gradum inclusiuè incipiunt, vt habetur 35. *quæst.* 3. *cap. Contradicimus.* & *cap. Parentelæ.* Qua ratione computant Canones Ecclesiæ, qui vsque ad septimum gradum matrimonium interdicunt. Isidorus ea ratione sex tantùm gradus impedientes matrimonium constituit, vt sicut sex ætatibus mundi generatio, & hominis status concluditur; ita propinquitas tot gradibus terminetur. Alij verò ideò septem computant gradus, vt post septem gradus iungatur sponsus sponsæ, sicut post hanc vitam, quæ septem diebus agitur, Ecclesia Christo iungetur.

2 Secunda conclusio: Potest Ecclesia dispensare in matrimonio contracto cum cognatis intra septem gradus enumeratos. Nam Gregorius *lib.* 12. *Regist. & in responsione ad quintam interrogationem Augustini, Anglorum Episcopi*, licentiam concedit Anglorum genti, nuper ad fidem conuersæ, vt intra quartam, vel quintam generationem matrimonia contrahant. Vbi meminit legis Romanæ permittentis coniugia intra secundum gradum. Quod ipse non probat: quia experimento compertum est ex talibus coniugiis soboles non succrescere.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An, & qui gradus consanguinitatis dirimant matrimonium iure ecclesiastico? Hîc S. Thom. *q.* 1. *art.* 2. *&* 3. Bonauent. *art.* 1. *q.* 2. *&* 3. Scotus, Durandus, Mayron, & Argent. *q.* 1. Richardus *q.* 2. *&* 3. Tarant. *q.* 3. *&* 4. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 53. Tann. *tom.* 4. *disp.* 8. *q.* 4. *dub.* 4. Mæratius *disp.* 9. *sect.* 5. *&* 6. Bonac. *q.* 3. *part.* 5. §. 1. Valent. *tom.* 4 *disp.* 10. *q.* 5. *p.* 3. Laym. *tr.* 10. *p.* 4. *cap.* 4. Petr. Ledesma *q.* 54. *art.* 3. Coninch. *disp.* 32. *dub.* 1. Rebel. *lib.* 3. *q.* 5.

Quæst. II. An, & qui gradus dirimant matrimonium iure naturæ, quin Ecclesia possit in eis dispensare; Hîc Scotus, Mayron. Durand. Rubion & alij *q.* 1. *&* 2. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 51. *&* 52. Tanner. Petr. Ledesma, Bonacina. Valentia, Mæratius, Coninch. Rebel. relati *q. præcedent.* Henriq. *lib.* 12. *c.* 4. Filliuc. *tr.* 10. *p.* 2. *c.* 5. *q.* 4. Gutier *cap.* 98.

DISTIN

DISTINCTIO XLI.

De gradibus affinitatis impedientibus matrimonium.

PRima conclusio: Affinitas iure antiquo Ecclesiæ matrimonium omninò impedit, sicut cognatio sanguinis. Sic Gregorius relatus 35. *q.5.c. Porrò. & cap. De affinitate.* Iulius Papa *ibidem*, *q.2.& 3.cap. Æqualiter. & c. Nullum.* Isidorus *cap. Sanè consanguinitas,* Nam vir, & vxor per copulam fiunt vna caro, ideóque consanguinei viri fiunt vxori propinqui, & è contra: quæ propinquitas ratione alterius coniugis conueniens dicitur affinitas. Ergo, sicut consanguinei ratione propinquitatis sunt inhabiles ad matrimonium, ita & affines.

2 Secunda conclusio: Gradus affinitatis impedientes matrimonium non fuerunt omninò iidem iure ecclesiastico constantes. Nam iura proximè relata vsque ad septimum gradum affinitatem impedientem matrimonium, sicut consanguinitatem protrahebant. At verò Fabianus Papa relatus 35. *q.2.cap. De propinquis.* & Iulius *cap. Et hoc quoque.* coniugia in quinto gradu affinitatis permittebant, in quarto verò contracta non dissoluebant.

3 Tertia conclusio, Affinitas iure antiquo paris affinitatem impedientem matrimonium: v.g. Petrut ducens Mariam, eáque mortua Ioannam, parit affinitatem inter fratrem Mariæ, & Ioannam, filiósque,

& filias eorum. Sic Gregorius relatus 35. q. 10. *cap. Fraternitatis*. & Innocentius *ibidem*, *cap. Si qua mulier*.

4 Quarta conclusio: Quamuis matrimonia bona fide inter consanguineos, aut affines gradibus impedientibus inita, post notitiam impedimenti dissoluantur ab Ecclesia; tamen ante illam, quoad affectus externos, iudicantur vera, & legitima matrimonia. Tum, quia eorum filij habentur legitimi. Tum, quia Canones Ecclesiæ eorum coniunctionem vocant matrimonium, vbi de Personis agunt, quarum testimonio sit dirimenda coniunctio. Sic Vrbanus Papa 36. q. 6. *cap. Si duo viri. & cap. Notificamus*. & Fabianus Papa *cap. Consanguineos*.

5 Quinta conclusio: Accessus ad consanguineam, aut affinem, specialem continet differentiam malitiæ in confessione explicandam: sunt enim variæ incontinentiæ species, quarum vna est incestus cum cognata, aut affine. Prima species est fornicatio simplex, quæ est coïtus illicitus cum fœmina non vxore: ideóque est quasi generica ad omnes species incontinentiæ, quãuis specialiter sortiatur hoc nomen coïtus illicitus cum fœmina, non habens differentias sequentes. Secunda, stuprum, quæ est virginis illicita defloratio. Tertia, adulterium, quæ est alieni thori violatio, seu alterius thori accessio. Quarta, incestus, quæ est consanguinearum vel affinium abusus. Postrema, raptus, quæ est violenta puellæ à domo patris eductio, vt corrupta in vxorem habeatur. Quod delictum secundùm leges morte raptoris punitur, nisi ad Ecclesiam cum rapta puella confugiat, cuius priuilegio mortis impunitatem consequitur.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. Per quam copulam affinitas contrahatur; Hîc S. Thomas *quæst.* 1. *art.* 4. Bonauentura, Richardus, Argent. Tarant. Durandus, & alij *q.* 1. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 64. *& sequent.* Bonacina *quæst.* 3. *p.* 13. Petr. Ledesma *quæst.* 57. *art.* 3. Coninch. *disp.* 32. *dubio* 4. Sotus *dist.* 27. *quæst.* 1. *art.* 4. Filliuc. *tract.* 10. *parte* 2. *cap.* 6. *quæst.* 2. Medina *decontinent. cap.* 76. Henriquez *lib.* 12. *cap.* 10. Guttierrez *cap.* 87. Tanner. *tom.* 4. *disp.* 8. *quæst.* 4 *dubio* 7. Laymam *tract.* 10. *parte* 4. *cap.* 5. Mæratius *disp.* 9. *sect.* 11. *& sequent.*

Quæst. II. Quæ affinitas dirimat matrimonium; Hîc S. Thomas *quæst.* 1. *art.* 6. Bonauentura, Brulef. & Tarant. *q.* 3. Scotus, Durandus, Sotus, Argentina, & Mayron. *q.* 1. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 67. Henriquez, Petr. Ledesma, Tannerus, Bonacina, Layman, Coninch, & Mæratius relati *quæst. præcedenti.* Rodriguez *cap.* 228. Valentia *tom.* 4 *disp.* 10. *q.* 5. *par.* 2. Couar. 2. *p. cap.* 6.

DISTINCTIO XLII.

De spirituali cognatione.

PRima conclusio: Datur spiritualis cognatio differens à cognatione carnali, & affinitate. Nam datur spiritualis paternitas, & filiatio, vt inter baptizantem, & confirmantem, & patrinos suscipientes ex vna parte, & inter baptizantem, & confirmatum ex alia: vnde spirituales parentes parentibus naturalibus

compatres, & commatres dicuntur comparatione eiusdem filij. At hæc spiritualis cognatio differt à carnali exigente communionem sanguinis, & ab affinitate exigente copulam vxoris cum viro, cùm neutrum exigat spiritualis cognatio. Ergo.

2 Secunda conclusio: Cognatio spiritualis orta ex Sacramento Baptismi, & Confirmationis, impedit matrimonium contrahendum inter baptizantem, & confirmantem, & patrinos suscipientes ex vna parte & baptizatum, & confirmatum, & parentes naturales eius ex alia: Sic Moguntinense Concilium *cap.* 10. & habetur 30. *quæst.* 1. *cap. De eo.*

3 Tertia conclusio: Eadem cognatio impediens matrimonium est iure antiquo inter filios naturales, & filios spirituales, vel adoptiuos compatrum, vel commatrum. Sic Nicolaüs Papa *ad consulta Bulgarorum*, & habetur 30. *quæst.* 3. *cap. Ita diligere.* Quod alij de illis tantùm filiis intelligunt, per quos compaternitas contracta est. Quibus consentire videtur Vrbanus *sup. cap. Super quibus.* Alij verò etiam de illis, qui ante, vel post compaternitatem, vel commaternitatem geniti sunt, vt definire videntur Paschalis II. *ibidem, cap. Post susceptum.* & Triburiense Concilium *cap. Illud etiam.*

4 Quarta conclusio: Contrahitur iure antiquo Ecclesiæ cognatio spiritualis impediens matrimonium inter virum, & commatrem vxoris, post obitum vxoris. Sic Nicolaüs Papa 30. *quæst.* 4. *cap. Sciscitatur.* & Vrbanus *cap. Quod autem.* Cuius oppositum docere videntur Triburiense Concilium *cap.* 47. relatum *super cap. Qui spiritualem.* & Paschalis Papa *cap. Post vxoris.* Sed componuntur cum conclusione.

Quippe

Quippe ea est de viro, qui copulatus est carnaliter cum vxore post commaternitatem; aliæ verò decisiones de viro, qui eam copulam cum vxore post commaternitatem non habuit.

5 Quinta conclusio: Inter virum, & fœminam suscipientes eandem sobolem non contrahitur cognatio dirimens matrimonium. Sic Vrbanus 30. *quæst*. 4. *cap. Quod autem.* dicens, nullo iure prohibitum, virum, & vxorem suscipere eundem puerum, quanuis id minùs conueniat.

6 Sexta conclusio: Cognatio spiritualis matrimonio superueniens non dirimit matrimonium contractum, vt si alter coniugum baptizet alterius, vel vtriusque filium, aut patrinus eius in Baptismo, aut Confirmatione sit. Sic Nicolaüs Papa 30. *q*. 1. *cap. Nosse.* Concilium Cabilonense *ibidem*, *cap. Dictum est*, Ioannes Papa *cap. Ad limina.* Quibus repugnare videtur *ibid. c. Peruenit. & c. Si quis filiastrum.* vbi decernitur, separandos esse coniuges, quorum alter alterius filium in Baptismo, aut Confirmatione susceperit. Sed hæc iura solùm ad terrorem, vel de cognatione ante matrimonium contracta intelligenda sunt.

7 Septima conclusio: Cognatio spiritualis orta ex Sacramento Pœnitentiæ inter Confessarium, & filiam pœnitentem, afficit speciali malitia copulam inter eos habitam, Tum, quia Symmachus Papa 30. *quæst*. 1. *cap. Omnes, quos.* & Syluester *ibidem* admonent, tam esse nostras spirituales filias, quas in Sacramento Pœnitentiæ absoluimus, quàm eas, quas baptizamus. At copula cum eis habita continet specialē malitiā. Ergo etiam habita cum filiabus Confessionis.

Tum,

Tum, quia Syluester *suprà* eam vocat *flagitiosam commixtionem.*

8 Octaua conclusio: Secundæ nuptiæ, tertiæ, & quartæ licitæ sunt. Sic Augustinus *lib. de sancta viduitate, cap.* 12. & Hieronimus *ad. Pammachium apolog. & lib. contra* Iouinianum. At videtur aduersari Paulus 1. *Timoth.* 2. prohibens bigamis Sacerdotium. Item, Neocæsariense Concilium *cap.* 7. prohibens Presbyteris, nuptiis bigamorum interesse, quia bigami pœnitentia indigent. Sed Paulus Sacerdotium bigamis interdicit, solùm propter maiorem Sacerdotij reuerentiam, non verò propter culpandam bigamiam. Concilium autem Neocæsariense de nuptiis bigamorum differit, qui primæ vxori propter secundas nuptias insidiati sunt. Aut vtraque prohibitio ideò facta est, quia in eis nuptiis desideratur significatio sacramectalis perfecta coniunctionis vnius cum vna, quæ refert vnionem Ecclesiæ, & Christi.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An, & quæ cognatio spiritualis dirimat matrimonium? Hîc S. Thomas *quæst.* 1. *art.* 1. Bonau. *q.* 2. Scotus, Durandus, Richardus, Argent. Mayron. Tarant & alij *q.* 1. Sanchez *lib.* 7. *disput.* 54. *& seq.* Bonacina *q.* 3. *p.* 5. §. 2. Tanner. *tom.* 4. *disput.* 8. *q.* 4. *dub.* 4. Mærat. *disput.* 9. *sect.* 8. *&* 9. Coninch. *disp.* 32. *dub.* 2. Layman. *tr.* 10. *p.* 4. *cap.* 8. Henriquez *lib.* 11. *cap.* 11. Filliuc. *tr.* 10. *p.* 2. *cap* 5. Valentia *tom.* 4. *disp.* 10. *q.* 5. *p.* 3 Gutier. *cap.* 100. Nauarr. *cap.* 22.

Quæst. II. An, & quæ cognatio legalis dirimat matrimonium? Hîc S. Thomas *q.* 2. *art.* 2. Richardus,

&

& Bonauentura *art.2.quæst.* 2. Argentina, & Baccon. *q.*1. Tarant.*q.*9. Sanchez *lib.*7.*disp.*63. Bonacina *q.* 3. *p.*5.§.3. Tannerus *tom.* 4. *disp.* 8. *q.* 4. *dubio* 4. Mærat. *disp.*9.*sect.*10.Coninch.*disp.*32. *dub.*3.Laym.*tract.* 10. *p.*4.*cap.*7. Valentia *t.* 5. *disp.* 10.*quæst.* 4. *p.* 3. Nauar. *cap.* 32. Henriquez *lib.*12.*cap.*12.Rebel.*lib.* 3. *quæst.* 7. Petr. Ledesma *quæst.* 54.

DISTINCTIO XLIII.

De resurrectionis, & Iudicij conditione

ANte omnia præmittendum est, futurum esse iudicij, & resurrectionis diem. Tum ex illo Esaïæ 26. *Resurgent mortui, & resurgent, qui erunt in sepulcr is.* Tum ex illo 1. Thessal. 4. *Si enim credimus, quod Iesus mortuus est, & resurrexit; ita & Deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos, qui viuimus, qui residui sumus in aduentum Domini, non praueniemus eos, qui dormierunt: quonium ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo, & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi.* Quibus satis expressa est futura mortuorum resurrectio.

2. Nunc quæritur primò: Quid significet, conferátve vox tubæ in die resurrectionis? Voce tubæ facienda dicitur resurrectio, quia eius virtute, & efficacia facienda est. Vnde Propheta Psalm. 67. *Dabit voci suæ vocem virtutis*, id est, efficaciam suscitandi mortuos. Et Ioann. Euangelista 5. *Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei: & procedent,*

procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Vbi voci filij Dei, tanquàm causæ, tribuitur resurrectio. Vnde, cùm ab Apostolo *suprà* dicitur resurgendos mortuos *in voce Archangeli*, per Archangelum potest intelligi Christus Archangelorum Princeps, vel vox vnius, vel plurium Angelorum, quæ virtute Dei resurrectionem operetur. Quæ vox *tuba* dicitur: quia erit grandis, & omnibus manifesta: ideòque in Euangelio Matthæi 25. clamoris nomine significatur: *Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit.*

3 Quæritur secundò: Quare media nocte Christus venturus annuntietur? Augustinus docet, mediam noctem non intelligi horam temporis, sed circunstantiam, scilicet, quia veniet occultus, cùm non speratur. Cassiodorus verò ideò nocte venturum, quia primogenita Ægypti nocte percussa sunt. Sed rectiùs noctem, non temporis, sed euentus qualitatem interpretari constat: quia ea ratione etiam *Dies Domini* dicitur, quia tunc cogitationes, & consilia singulorum, quasi in die patebunt, iuxta illud Dan. 7. *Vetustus dierum sedit, & libri aperti sunt coram eo.* Hoc est, conscientiæ singulorum, vt impleatur illud Matth. 10. *Nihil occultum, quod non reueletur.* Quod etiam testatur Augustinus *lib. 20. de ciuitate Dei, cap. 14.*

4 Quæritur tertiò: An electorum tunc peccata manifestanda sint? Certum est, ipsis electis ea in memoriam reuocanda: quia eorum memoria auget in eis gloriam, & gratitudinem, iuxta illud Psalm. 88. *Misericordias Domini in æternum cantabo.* Quod expendens Gregorius *lib. 4. Moral. cap. 42.* ait. *Quomodo in æternum misericordias Domini canit, qui miseriæ non*

non meminit? Quomodo autem plena beatitudo, si memoria reatus mentem tangit? Sed sæpè læti tristium meminimus, & sani dolorum meminimus sine dolore, & inde ampliùs læti, & grati sumus. Vnde explicatur illud Esaïæ 65. *Non erunt in memoria priora*: hoc est, non erunt ad pungendum cor; sed ad gaudendum de illis, vt exponit Hieronymus *in eum locum.* At expressum in sacra Pagina non est, electorum peccata cæteris omnibus notificanda. Vnde non est improbabile, ea tegenda: quia per pœnitentiam omninò recta, & deleta sunt, quasi non fuerint.

5 Quæritur quartò, an illi, quos Christus inueniet viuentes, morituri tunc sint? Apostolus 1. *Thess.* 4. ait: *Nos, qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aëra.* Verius autem est, vt tunc, dum per aëra ferunt, moriantur, & continuò reuiuiscant: nam 1. Cor. 15. ait: *Quod seminas, non viuificatur, nisi priùs moriatur.* Idem suprà: *Omnes quidem resurgemus; sed non omnes immutabimur.* Scilicet, quia omnes post mortem recuperaturi sunt vitam, quanuis aliqui, scilicet, tunc viuentes, non resurgent solenni, & manifesta resurrectione: quia *anima,* vt ait Ambrosius, *quasi per soporem egressa de corpore, eidem in momento reddetur.* Cuius sententiæ est Augustinus *lib.* 20. *de ciuitate Dei, cap.* 20. sed Hieronymus videtur contrarius dicens: *Quosdam in fine sæculi, adueniente Christo, non esse morituros, sed viuos repertos in immortalitatem repentè mutandos.* Vnde quod dicitur Christus iudicaturus viuos, & mortuos, alij viuos intelligunt tunc viuentes, alij verò iustos.

6 Quæritur quintò, quomodo omnes iuxta Apost.

1. *Corinth.*

1. *Corinth.*15.refurgena incorrupti? Scilicet, quia omnes resurgent immortales absque vlla diminutione membrorum futurâ, At non, quia omnes resurgent impassibiles, cùm reprobi mortem, & pœnas passuri sint æternas.

Annotatio.

PArisienses hîc reprobant, electorum peccata non esse aliis in Iudicij die manifestanda. Sed id à Magistro omninò non docetur; sed tantum ait, non esse expressum in sacra Scriptura oppositum, neque certa fide tenendum: ideóque non esse tunc temerè dictum, si electorum peccata aliis occultanda dicantur: siquidem tunc, neque testimonia sacræ Paginæ, neque Scholasticorum, & Patrum suffragia ei asserto repugnantia, sibi erant explorata.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An resurrectio hominum sit supernaturalis, & miraculosa; Hîc S. Thomas *quæst.*1.*art.* 2. & *in supplem.*3.*p.quæst.*75.*art.* 3. Bonuentura *ar.* 1. *quæst.* 5. Scotus & Tarant. *quæst.*4. Argent. *q.* 1. *artic.* 2. Brulef. *q.*5. Suarez *tom.*2. *in* 3.*p.disp.* 44.*sect.* 6. Granadus *tom.*5.*controuers.* 13.*tr.*2.*disp.* 2. Valentia *tom.* 4. *disp.* 11.*quæst.*3.*p.*2. Sal. 1.2.*tr.*2.*disp.* 14. *sect.* 2. Syluest. & Pesant. *in* 3.*p.* *q.* 75. *supplem. art.* 3. Ægid. de Præsent *tom.*3.*lib.*1.*q.*3.*art.*3.

Quæst. II. An resurrectio sit futura; Hîc S. Thomas, Bonauentura, Scotus, Richardus, Argent. Mayr. Brulef. Durandus, Tarant. & alij *quæst.* 1. Sylui. Pesant

Pesant. & alij *in 3.p.q. 75. supplement. art.1.* Valentia *tomo 4.disp.11.q.3.p.1.* Suarez *tomo 2. in 3.p. disp. 50.* Granad. *tomo 5. controuers. 13.tr.2.disp.3.* Salas 1.2.*tr.2. disp.14.sect.4.* Acosta *lib. vlt. de nouissimis.* Tannerus *tomo 4.disputat.2.quæst.4.dubio 2.* Ægidius de Præsent. *tomo 3.lib.1.q.4.*

Quæst. III. An corpora resurgentium erunt omninò eadem, quæ primò viua? Hîc S.Th.*q.1. art.4.* Bonauent. *art.1.q.4.* Richard.*ar.5. q.3.* Argent. *q.1. art.3.* Brulef.*q.4.* Tarant.*q.11.* Durand. *dist. 44.q. 1.* Valentia *tom.4.d.11.q.3 p.1.* Sal. 1.2.*tract. 2. d. 14. sect. 12.* Sot. *dist.44.q.1.art.1.* Granad. *tom.5. controuer.13. tr. 3. d.2.* Ægid.de Præsent.*tom.3.de beatit.lib.2.q.3. art. 1.& sequenti.* Pesant Sylui. & alij *q.79.supplem. art.1.* Suarez *tomo 2.in 3.p.disp.44.sect.2.* Tannerus. *tomo 4. disp. 2. q.4. dubio 2.*

Quæst. IV. An ante resurrectionem omnes homines sint morituri? Hîc S.Th.*q.1.art.4.* Scot.& Mayr.*q. 1.* Brulef.& Tarant.*q.2.* Valentia *tomo 4.d. 11.q. 3.p.3.* Acosta *lib.vltim.de nouissimis,c.21.* Suar. *tomo 2. in 3.p. disp.50.sect.2.* Sal.1.2.*tract.2.disp. 14.sect. 4.* Tannerus *tomo 4.d.2.q.4.dub.2.* Ægid.de Præsent.*tom. 3. lib. 1.q. 4.art.1.§.3.à num.40.*

Quæst. V. An omnium etiam electorum peccata sint omnibus manifestanda? Hîc S.Th.*q.2.art. 5.* Bonauent. *art.2. q.3.* Tarant. *q.14.* Brulef. *q.9.* Alber. & Carthus. *quæst. 1.* Pesant. Sylui.& alij cum S. Thom. *q.87.art.1.& 2.* Suarez *tomo 2. in 3.p.d. 37. sect. 9.* Valentia *tomo 4.d.11.quæst.4.p.2.* Acosta *lib.4. de nouissimis, cap.23.& 24.* Granad.*tomo 5. controuers. 13. tract. 4.disp.5.* Sot.*distinct.47.q.2. art. 3.* Tannerus *tomo 4. d. 2.q.4.dub.4.*

Quæſt. VI. Quænam futura ſit reſurrectionis cauſa efficiens? Hîc S.Th.*q.*1.*art.*1.Bonau.*art.*1. *quæſt.*6. Mayr.& Sot.*quæſt.*1.Brulef. *quæſt.* 6. Tarant. *q.* 5. Valentia *tom.*4.*d.*11.*q.*3.*p.*2.Sal.1.2.*tract.*2. *d.* 14.*ſect.* 5. Suarez *tom.*2. *in* 3.*p.d.*50.*ſect.*4. Acoſta *lib.*4.*de nouiſſimis cap.*17.*& ſequenti.* Peſant.Silui. & alij *q.*76.*ſupplem.art.*1.2.*&* 3. Granad.*tom.*5.*controuerſ.* 13.*tr.* 2. *d.* 4. *& ſeq.*Tanner.*tom.*4.*d.*2.*q.*4.*dub.* 2. Ægid. de Præſent.*tom.*3 .*lib.*1.*q.*5.

DISTINCTIO XLIV.

De ætate, & ſtatura reſurgentium.

PRima concluſio: Omnes reſurgent in ætate Chriſti. Sic enim teſtatur Apoſtolus Eph.4. *Donec occurramus omnes in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* Vbi in virum reſurrecturi omnes dicuntur; non, quia in ſexu virili omnes; ſed, quia in virilis ætatis fortitudine, & valetudine corpora reſument.

2 Secunda concluſio: Non reſurgent omnes in ſtatura corporis Chriſti; ſed in ea, quam viuentes habuerunt, vel habituri eſſent attingentes ætatem Chriſti. Sic Auguſt. *lib.*22.*de ciuit.Dei,c.*15.Nam Apoſtolus *ſuprà* ſolùm ait, reſurgendos omnes in menſuram ætatis; non verò ſtaturæ corporis Chriſti. Prætereà, quia, ſi in ſtaturam Chriſti omnes reſurgerent, perirent plures corporis partes iuſtorum, qui magnitudine Chriſtum excelluerunt. Quod eſt contra illud Luc.12. *Capillus de capite veſtro non peribit.* Vnde conſequenter

ter ex omni collectione partium corporis, quas animus informauit, redintegrabit diuinus artifex corpora Sanctorum, quin materiam capillorum ad capillos formandos, nec oculorum ad oculos, sed ad fabricandam, quam sibi libuerit, partem adigatur.

3 Tertia conclusio: Omnes electi resument corpora absque deformitatibus huius vitæ: quod de reproborum corporibus incertum est. Prima pars probatur: quia sic testatur Augustinus *in Enchir. c. 91.* Item, quia sic decet eorum pulchritudinem, propter quam lucidiora Sole prædicantur. Secunda pars probatur: quia Augustinus *supra* attingens rem, iudicium dubium relinquit.

4 Quarta conclusio: Reproborum corpora non consumentur igne: quia tormentum ignis erit perpetuum. Quod etiam Augustinus *lib. 21. de ciuit à cap. 1.* illustrat variis exemplis, præsertim tormentis animę, quibus ipsa non consumitur.

5 Quinta conclusio: Etiam Spiritus angelici, & humani nunc, ante vnionem cum corpore, igne materiali comburuntur, Tum, quia *Apoc. 9.* apud gehennam dicitur esse stagnum ignis, & sulphuris ad tormentum spiritū. Tū, quia *Matth. 25.* ignis æternus, quo corpora hominum vrenda sunt, dicitur paratus Diabolo, & Angelis eius. Tum, quia *Luc. 16.* anima diuitis proponitur cruciata flammis ignis, & petens ad refrigerium guttam aquæ. Tum quia August. *lib. 21. de ciuit c. 10.* testatur, Spiritus ibi miris, sed veris modis, quamuis incorporeos corporeis ignibus cremari. Similiter Gregorius *dialog. 4. c. 29.* & Cassianus *lib. 10. collat. 1.*

6 Sexta conclusio: Abortiui fœtus, qui anima in ventre matris informati sunt, etiam tunc resurgent.

Sic Augustinus *in Enchir.c.85.& 86* quia resurrectionis illi, sicut praecedentis vitae, & mortis capaces sunt. At verò foetus, qui ante informationem animae euanuerunt, sicut vitae rationalis praeteritae; ita & resurrectionis futurae erunt expertes. Vnde etiam monstra, quae animâ vixerunt, resurrectura creduntur, sicut foetus animati, quamuis citò perierint, quia iteratò viuere possunt, quae vixerunt semel. Quanquam monstrositas corporis erit emendanda, vt Augustinus *suprà cap.* 87. declarat.

QVAESTIONES.

Quaest. I. An corpora resurgentium erunt omninò eadem, quae eorundem viuentium? Hîc S.Thomas *q.* 1.Dur.& Sot.*q.*1.Alij relati *dist.praeced. q.*3.

Quaest. II. An corpora Beatorum resurgent cum deformitatibus vitae? Hîc S.Th.*q.*3.*art.*1. Bonau, *ar.*3. *q.*1.Richard.*q.*6.Sot.*q.*1. *art.* 3. Tarant. *q.*7. Granad. *tom.*5.*controuer.*13.*p.*2.*tr.*3.*d.*3. Ægid. de Praesent. *tom.* 3.*lib.*3.*q.*6.*art.*5.Conimbric. 2. *de generat. cap.* 8. *q.* 3. *art.*3.Suar.*tom.*2.*in* 3.*p.d.*43 *sect.* 3.

Quaest. III. Impassibilitas corporum Beatorum? Hîc S.Th.*q.*2.*ar.*1.Durand.*q.* 4.Palac.*d.*2.Granad. *tom.* 5.*controu.*13.*p.*3.*tr.*3.*d.*3.Ægid. de Praesent. *tom.* 3. *lib.* 5.*q.*3.Suarez *tom.*2.*in* 3.*p.d.*48.*sect.* 2.Sal. 1.2. *tr.* 2. *d.* 14.*sect.*17.Pesant. Sylui. & alij cum S. Thoma 3. *p. in supplem.q.*82.*art.*1.*& seq.* Valent. *tom.*4.*d.*11.*q.*5. *p.*1. Lorca 1.2.*q.*4.*art.*6. *annotat.*1.

Quaest. IV. Agilitas eorundem? Hîc S. Thom. *q.*2.*ar.*3.Dur.*q.*7.Valent.*tom.*4.*d.*11.*q.* 5.*p.* 1. Granad. *tom.*5.*contr.*13.*p.*3.*tr.*3. *d.*5. Ægid. de Praesent. *tom.*3.

lib.

*lib.*5.*q.*5.Suar.*tom.* 2.*in* 3.*p.d.*48.*sect.*4.Salas 1.2.*tr.*2.*d.* 14.*sect.*18.Viguer.*Instit. theolog.c.* 14.§. 2. Nisse *resolut.tract.*7.*p.*3.*q.*3.Angles *de Beat.ar.* 5.*difficult.*3.

Quæst. V. Claritas eorundem? Hîc S. Thomas *q.* 2.*art.*4.Dur.*q.*8.Palud.*q.*5.Palac.*d.*4.Val.*tom.*4. *d.* 11. *q.*5.*p.*1.Suar.*tom.*2.*in* 3.*p.d.*48.*sect.*2.Salas 1. 2. *tr.*2.*d.* 14.*sect.*16. Nisse *resolut.theolog.tr.*7.*p.*3.*port.*3.*quæst.*4. Ægid.de Præsent.*tom.*3.*lib.*5.*q.*4.Gran.*tom.*5.*contr.*13. *p.*3.*tr.*3.*d.*6.Pesant. Sylui.& alij cum S.Thom. 3.*q.in supplem.q.*85.

Quæst. VI. Subtilitas eorum? Hîc S. Thom. *p.*2. *art.*2.Durandus *q.*5.& 6.Paludanus *q.*5. Capreol. *q.*3. Palac.*d.*3.Valentia *tomo.*4.*disp.*11. *q.*5. *part.* 1. Suarez *tomo* 2. *in* 3.*p.disp.*48.*sect.*1.Salas 1.2. *tract.*2. *disp.*14. *sect.*19 Granadus *tomo* 5.*controuers.*13.*p.*3.*tract.*3.*disp.* 4.Ægidius de Præsent.*tomo* 3.*lib.*5.*q.*6.Horont. *de loc. lib.*11.*cap.*40.Nisse *resolut. theolog.tr.* 7.*p.*3. *port.* 2. *q.* 5. Viguer. *institut. theolog. cap.* 14. §. 2. Pesantius, Sylui. & alij cum S. Thoma *in supplement.* 3. *part. quæst.*83.

Quæst. VII. Qualia resurgent corpora reproborum? Hîc Bonauent. *p.*1.*art.*3.*q.*2.Richard.& Brulef. *q.*6. Tarant. *q.*8. Argent.*q.*1.*art.*2.Valentia *tom.*4. *disp.* 11.*q.*5.*p.*3.Granad.*tom.*5.*controu.*13.*p.*3.*tr.*4.*disp.* 1. & *sequenti.* Pesantius, & Sylui. cum S. Thoma *supplement.*3.*p.q.*86.

Quæst. VIII. An vero igne corporeo sint cremanda? Hîc Bonauent.*p.*2.*art.*2.*q.* 1.Richard.*art.*2.*q.*3.Tarant.*q.*13.Carthus.*q.*18. & 10. Valentia *tom.* 4. *d.* 11. *quæst.*5.*p.*3.Granadus *tomo* 5.*controuers.*13.*p.*3. *tract.*4. *d.*3.Pesantius, & Sylui. cum S. Thoma *in supplem.*3. *p.q.*86.*art.*3.

Quæst. IX. An spiritus quoque igne corporeo sint vrendi, & quomodo? Hîc Bonauentura *p.2.art.3.q.2.* Scot. & Mayr. *quæst.* 2. Richard. *art.* 2. *quæst.* 6. *&* 10. Durand. *quæst.* 10. Tarant. *quæst.* 6. Alij relati *lib.* 7. *dist.* 6. *q.* 6.

DISTINCTIO XLV.

De diuersis animarum receptaculis, & conditionibus.

PRima conclusio: Animæ decedentes è corpore ad diuersa receptacula transeunt. Sic Augustinus *tract.* 49. *super Ioan. & in Enchiridio, cap.* 109. Nam aliæ in gaudium, aliæ in tormenta deputantur, prout fuerint huius merita vitæ. Vnde vltimo resurrectionis die peccatoribus pœna, iustis verò augebitur gloria: nam vtraque in corpora redundabit, in quibus antè illam experti non sunt.

2 Secunda conclusio: Suffragia Ecclesiæ, & fidelium prosunt animabus iustorum. Triplex est animarum differentia. Aliæ valdè bonæ, quæ de corpore immediatè transeunt in gloriam; aliæ valdè malæ, quæ immediatè transeunt in damnationem æternam; aliæ mediæ, & mediocriter bona, quæ prædestinatæ sunt in gloriam, sed indigent purgari pæna temporali, priusquàm beatitudine potiantur. Igitur suffragia Ecclesiæ, & fidelium non conferunt primæ, neque secundæ differentiæ animarum, sed tertiæ. Nam primæ animæ

animæ eis non indigent; secundæ, quanuis indigeant, iuuari non possunt; tertiæ verò & indigent, & iuuari possunt. Quam inæqualem conditionem merita inæqualia huius vitæ pepererunt. Vnde ea suffragia pro primis oblata conferunt in gratiarum actionem; pro secundis in viuentium consolationem; pro tertiis verò in propitiationem. Tum, quia traditione Ecclesiæ sic creditur. Tum, quia animæ purgandæ communione gaudent Corporis, & Sanguinis Christi, ad quam spectat hæc suffragiorum participatio. Tum, quia impium est, credere, oblationes Ecclesiæ pro defunctis vanas, & inutiles esse. Hæc Augustinus *in Enchiridio, cap.* 110. *& serm.* 32. *de verbis Apostoli.* & habetur 13. *q.* 2. *cap. Tempus.*

3 Tertia conclusio: Funeris pompa, & præclara sepultura nihil iuuant animas defunctorum. Tum, quia Augustinus testatur *lib. de cura pro mortuis agenda, cap.* 2. *& serm.* 32. *de verbis Apostoli.* Tum, quia diues his honoribus præcessit apud homines pauperem; quem tamen meritis superiorem apud Deum non præcellit, vt constat ex parabola animæ diuitis & pauperis, *Luca* 16. Neque propterea negligendum est officium funeris, & sepulturæ; & quia in sacris Literis commendatur; & quia iuuat ad pietatem, & lenimentum mœroris viuentium. Tamen suffragia orationum, & oblationum, quæ animabus prosunt, multò obseruantiùs procuranda.

4 Quarta conclusio: Ex duobus cum æquali merito, & demerito defunctis; altero diuite, pro quo offerunt plura specialia suffragia; altero paupere, pro quo nulla specialia, sed communia tantùm suffragia oblata sunt; non erit diues ampliori mercede gloriæ

remunerandus, ſed celeriori abſolutione purgandus. Nam merces gloriæ ſolùm ſecundùm merita datur; ſolutio tamen pœnæ temporalis ſuffragiis fidelium acceleratur, Quanquam etiam dici poſſit, pauperi æqualiter communia, ac diuiti ſpecialia prodeſſe ad eandem ſolutionem pœnæ: quia applicatio ſuffragiorum fit à Deo iuxta merita huius vitæ, quæ in vtroque æqualia ponuntur.

5 Quinta concluſio: Etiam animæ iuſtorum in aduentu Chriſti viuentium ſoluent pœnam temporalem breui punitione ignis; quanuis nulla pro eis ſuffragia offerantur. Soluent pœnam: quia debita illa eſt: breuem tamen, & citò tranſeuntem; quia theſaurus Eccleſiæ meritis Chriſti, & iuſtorum diues eis applicabitur ad citam punitionem, vt poſſint ſtare ante tribunal Chriſti.

6 Sexta concluſio: Audiunt, & cognoſcunt Sancti preces & vota fidelium, quæ pro defunctis funduntur. A priori; quia in Verbo innoteſcunt Beatis ea, quæ ad ipſorum gloriam ſpectant At vota fidelium in ipſos relata ad eorum gloriam ſpectant. A poſteriori: quia Angeli audiunt noſtras orationes. Ergo etiam Sancti, cùm par ſit vtriuſque ratio. Antecedens oſtendit Auguſt. *lib. de orando Deum, c. 9.* ex illo Tobiæ 12. ab Angelo hominibus denuntiato: *Cùm oraretis, orationem veſtram obtuli Deo.* aliiſque ſacræ Paginæ prolatis, quibus docemur ab Angelis noſtras orationes deportari ad Deum. Quod interprete Auguſt. *ſuprà*, non fit, vt Deo innoteſcant per Angelos, cùm omnia à ſe perfectè prænoſcat: ſed, vt eorum meritis, & impetratione iuuentur. Quod idem de precibus ad Sanctos fuſis credendum eſt.

QVÆSTIO

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An suffragia viuentium prosint defunctis in Purgatorio; Hîc S. Thomas *quæst.* 2. Bonau. Richard. & Argent. *q.* 1. Brulef. *q.* 4. Tarant. *q.* 7. Alij relati *dist.* 20. *q.*

Quæst. II. An animæ puniantur in Purgatorio, & Inferno igne corporeo? De quo relati *distinct. præced. q.* 9. & *lib.* 2. *dist.* 6. *q.* 6.

DISTINCTIO XLVI.

Si valdè malis detur mitigatio pœnæ?

COnclusio est: Deus punit reprobos citra condignum, miscens misericordiam cum iustitia. Primò, quia Cassiodorus *in Psalm.* 50. ait: *Hæ duæ res*, scilicet, misericordia & iustitia, *iudicio Dei semper adiunctæ sunt. Ergo, & in punitione malorum non est iustitia sine misericordia.* Idem in Psalmo 100. *Hæc duo mutua societate sibi iunguntur.* Secundò, quia Augustinus *in Enchiridio, cap.* 112. differens cum illis, qui reproborum supplicia finem habitura contendebant ex illo Psalmo 76. N*on enim obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas.* Sic eis respondet: *Si hoc ad omnes existimant pertinere, non ideo necesse est, vt damnationem opinentur finiri posse; sed pœnas damnatorum certis temporibus existiment (si hoc eis placet) aliquatenus mitigari, non æterno supplicio finem dando, sed leuamen adhibendo, vel interponendo*

cruciatibus. Ergo etiam circa damnatos misericordia admiscetur iustitiæ.

Sed obiicitur primò, illud Iacob. 2. *Iudicium sine misericordia fiet illi,qui non fecit misericordiam.* Secundò,Augustinus in Psalmo 19. *Misericordia hîc, iudicium in futuro,*Item, explicans illud Psalmi 24. *Omnes viæ Domini misericordia,& veritas*, sic ait:*Erga sanctos omnes via Dei misericordia: erga iniquos omnes veritas: quia vbi non miseretur, vindicta veritas datur.* Ad primum respondetur: Iudicium sine misericordia Deus facere dicitur:quia iustitiam exercet sine misericordia liberante, & saluantę; quanuis non sine misericordia minuente pœnas peccatis condignas. Ad secundum: Misericordia hîc dicitur fieri á Deo,& iudicium in futuro:quia hîc,etiam circa reprobos, magis elucet misericordia, quàm iustitià; & in futuro magis iustitia, quàm misericordia. Nam sic peccatores Deus vocat, & iustificat, variìsque modis promouet ad salutem. Illud verò:*Omnes viæ Domini misericordia, & veritas.* multiplicem accipit expositionem. Primò enim,omnes viæ Domini,quibus Deus ad nos venit, misericordia,& veritas dicuntur: quia, vt Augustinus exponit, duo sunt Dei aduentus ad homines. Primus, in quo factus homo manifestam, & multiplicem misericordiam exhibuit. Secundus,in quo Iudex factus meritis,& demeritis hominum præmia, & supplicia iusta decernit. Secundò: Viæ Domini dicuntur, quæ nos ad Dominum dirigunt, illæque misericordia, & veritas: quia misericordia est,qua bonum facimus,& veritas,seu iustitia, qua à malo declinamus. Nam in hæc duo omne meritum, quo in Deum tendimus, reuocatur.Augustinus veró dicens erga iniquos viam Domini

mini esse iustitiam, vbi non miseretur, intelligendus est de iustitia excedente misericordiam, quando in futuro reprobos post multam misericordiam suppliciis deputat æternis.

1 Hîc tamen annotare est, cùm Patres distinguunt in Deo iustitiam, & misericordiam, non intelligendum, eas inter se distingui realiter, cùm ambæ identificentur essentiæ diuinæ, & inter se nulla ratione opponantur, eodèmque Deus realiter sit misericors, quo iustus est. Duo ergo dicuntur: quia diuersos effectus operantur; alios, quibus sola misericordia; alios, quibus sola iustitia ostenditur, quamuis vtrosque eadem realiter natura Dei operetur. Quanquam pluribus placet, nullum fieri opus à Deo, in quo vtrunque attributum non eluceat, sic intelligentibus vniuersas vias Domini esse misericordiam, & iustitiam: quia omnia opera sua iustè, & misericorditer facit: quia etiam quando punit, nostram salutem intendit, & quando miseretur, iustam misericordiam largitur. Sed quidquid sit de effectu interno Dei, negari non potest in effectu externo alia esse opera, quæ solam misericordiam; alia, quæ solam iustitiam nobis testantur.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An in Deo sit stricta iustitia? Hîc S. Th. *q.* 1. *ar.* 1. Dur. & Capr. *q.* 1. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 44. *q.* 6.

Quæst. II. An in Deo iustitia sit ex natura rei à misericordia? Hîc Bonau. *in litt. dub.* 5. *&* 6. S. Th. *q.* 1. *art.* 2. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 2. *q.* 7.

Quæst. III. An sit distincta virtualiter & ratione? Hîc Bonau. *in litt. dub.* 5. *&* 6. S. Th. *q.* 1. *art.* 1. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 2. *q.* 6.

Quæst.

Quæſt. IV. An præmium gloriæ ſit mathematicè maius, quàm meritum, ideóque miſericordia miſceatur cum iuſtitia in retributione illius? Hîc S. Thom. *q.* 2. *art.* 6. Bonau. *art.* 2. *q.* 2. Scot. *q.* 3. Richard. *art.* 2. *q.* 3. Argentin. *q.* 1. *ar.* 3. Tarant. *q.* 4. Alij relati *lib.* 2. *diſt.* 27. *quæſt.* 7.

Quæſt. V. An pœna æterna ſit debita malitiæ peccati mortalis? Hîc Bonauentura *in litter. dubio* 1. & *art.* 1. *q.* 2. Durandus *q.* 2. Richard. *artic.* 2. *q.* 4. Brulef. *q.* 8 Alij relati *lib.* 2. *diſtinct.* 43. *q.* 6. vbi de grauitate infinita peccati. De quo relati *lib.* 2. *diſtinct.* 43. *quæſt.* 7.

Quæſt. VI. An item ſit debita peccato veniali coniuncto cum mortali? De quo relati *lib.* 2. *diſt.* 43. *q.* 6.

DISTINCTIO XLVII.

De ſententia Iudicij.

QVæritur primò, an ſententia illa Iudicij Matth. 21. *Venite, benedicti.* &, *Ite, maledicti.* futura ſit vocalis, an ſolùm mentalis? Sunt enim, qui velint, ſolùm exprimendam in mentibus hominum, & non voce proferendam: quia Apoſtolus 1. *Cor.* 15. ait: *In momento, & in ictu oculi,* myſterium peragendum. Quod momento fieri non poteſt, ſi ſententia, & increpatio reproborum: *Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare.* & electorũ laudatio verbis perficienda eſt. Alij vero, voce promendã ſententiã putant: quia id indicant Scripturæ: quare illud, *in momento, & in ictu oculi,* ſolùm ad reſurrectionẽ mortuorũ, & non ad acta Iudicio referũt,

Quæ

2 Quæritur secundò : An alij præter Cristum futuri sint Iudices nationum ? Sententiam affirmantem docere videtur Christus Matthæi 19. Apostolis dicens: *Sedebitis , & vos iudicantes duodecim Tribus Israël.* Vbi non solùm Apostolis , sed etiam aliis iustis Apostolorum vestigia sequentibus potestas iudicandi promittitur Tum, quia etiam Paulus, qui plùs omnibus laborauit, iudicaturus sedebit. Tum, quia illud Psalm. 149. *Gladij ancipites in manibus eorum.* de aliis Sanctis , qui personam iudicantis induent , communiter intelligitur. Vnde Gregorius *ad cap. 36. Iob, lib. 26. Moral. c.* 24. quatuor ordines in iudicio distinguit , duos electorum, & duos reproborum. Primus eorum , qui iudicantur , & pereunt , quibus inclamabit Dominus: *Esuriui , & non dedistis mihi manducare* , &c. scilicet, qui fidem sine operibus professi sunt. Secundus eorũ, qui non iudicantur, & pereunt : de quibus Dominus ait Ioan. 3. *Qui non credit , iam iudicatus est* ; scilicet, qui à fide remoti fuerunt , quia eorum damnatio toti Ecclesiæ nota est. Tertius eorum, qui iudicant , & regnant , quibus in dextera Iudicis consistentibus dicit: *Esuriui, & dedistis mihi manducare*; scilicet, electi , qui sola præcepta legis impleuerunt, & perfectionem cõsiliorũ non attigerunt. Quartus denique eorũ, qui non iudicantur, & regnant ; scilicet , qui consiliorum perfectionem, & Apostolorum vestigia sequuti sunt: quia hi non iudicandi, sed iudicaturi cum Domino sedebũt. De quibus Esaias 3. ait: *Dominus ad iudicium veniet cũ Senatoribus populi sui.* Et Salomon Prouerbior. vlt. *Nobilis in portis vir eius , quando sederit cum Senatoribus terræ.* Et Iob. 36. *Non saluat impios , & pauperibus iudicium tribuit.* Et Apocalyp. 3. *Qui vicerit, dabo ei sedere*

sedere mecum in throno meo. Quibus omnibus satis exprimitur, præclaros virtutum amatores propter Christum potestate Iudicis functuros.

3 Quæritur tertiò : An Angeli ministraturi sint in Iudicio? Pars affirmans ostenditur Matthæi 13. *Exibūt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis* Et Matthæi 24. *Mittet Angelos suos cum tuba, & congregabunt electos à quatuor vētis.* Iuxta illud Ps. 49. *Congregate illi Sanctos eius.* Quibus ministerium Angelorum illo die satis exploratum est. Etenim aduentum Iudicis præcedet ignis comburens elementa mundi, & ascendens, quo ascenderunt aquæ diluuij, purgans viuentes iustos, & consumens iniquos. Quot peracto Angeli segregabun bonos à malis, & rapient bonos obuiam Christo in aëra, iuxta Pauli 1. *Thessal.* 4. reprobis in terra relictis. Rursus, proferente iudice sententiam assument benedictos â Christo in gloriam, & maledictos mittent in ignem æternum. Erunt igitur Angeli illius iudicij cooperatores, & ministri Deo.

4 Quæritur quartò : An post Iudicij diem vsurus sit Deus Dæmonibus ad tormentum reproborum hominum; Volunt enim aliqui, tunc destituendos Dæmones potestate torquendi, qua modò funguntur, iuxta illud 1. Corint. 15. *Tunc euacuabit omnem principatum, & potestatem, & virtutem.* Ideóque reprobos homines deinde cruciandos immediatè à Deo sine ministerio Dæmonum. Verùm, Apostolus id non exprimit: aliud enim est euacuari, principatum, & potestatem: aliud euacuari ministerium. Quanuis igitur Dæmones non præsideant hominibus ad torquendum poterunt Deo ministrare ad tormentum hominum,

num, cum eos Scriptura *Ecclef.* 39. carnifices, tortorésque animarũ appellet. Erunt igitur hominibus tortores in pœnam, ſicut fuerunt incentores in culpam.

QVÆSTIONES.

Quæſt. I. An futurum ſit Iudicium generale Hîc S. Thom. Bonau. Richardus, Argentina, Durandus, Carthuſianus, Sotus, Paludanus, & alij *quæſt.* 1. Val. *tom.* 4. *diſp.* 11. *q.* 4. *p.* 1. Suarez *tom.* 2. *in* 3. *p. diſp.* 53. Ægid. de Præſent. *tom.* 3. *lib.* 1. *q.* 7. *art.* 1. Gran. *tom.* 5. *controu.* 13. *p.* 2. *tr.* 4. *diſp.* 1. Peſant. & Sylui. cum S. Th. 3. *p. in ſupplement. q.* 88. *art.* 1.

Quæſt. II. An, & qui alij præter Chriſtum ſint iudicaturi? Hîc S. Thomas, Bonauentura, & alij Interpretes relati *quæſt. praecident.* Valentia *tom.* 4. *diſp.* 11 *q.* 4. *par.* 2. Suar. *tom.* 2. *in* 3. *par. diſp.* 57. *ſect.* 4. Granad. *tom.* 5. *controu.* 13. *p.* 2. *tr.* 4. *diſp.* 7. Platin. *lib.* 2. *de relig.* *c.* 17. Salmer. *tom.* 4. *p.* 3. *tr.* 25. Maldonat. & alij Interpretes *Matth.* 19. Peſant. & Sylui. cum. S. Thoma *in ſupplement.* 3. *p. q.* 89. *art.* 1.

Quæſt. III. An omnes ſint iudicandi, etiam iuſti, eorúmque peccata omnibus manifeſtanda? Hîc S. Thomas *art.* 3. Bonauentura *q.* 3. Richard. *art.* 1. *q.* 6. Durand. *q.* 2. Argent. *q.* 1. *art.* 2. Tarant. *q.* 4. Alij relati *diſt.* 43. *q.* 5.

Quæſt. IV. Quæ ſigna præcedant Iudicium generale? Hîc S. Thomas *quæſt.* 2. *art.* 3. Durandus *quæſt.* 3. Bonauentura, & Richard. *artic.* 2. *quæſt.* 4. Argent. *quæſt.* 1. *art.* 4. Tarent. *quæſt.* 11. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 11. *quæſt.* 2. Granad. *tom.* 5. *controuerſ.* 13. *p.* 2. *tract.* 1. Suar. *tom.* 2. *in* 3. *diſp.* 56. *ſect.* 1. Peſant. & Sylui. cum

S. Thoma

S. Thoma 3.*p. supplement.q.*73.*&* 74. Maldon.& alij Interpretes *Matth.* 24. *& Luca* 21. Acosta *de nouiss. lib.*4.*cap.*8.

Quæst. V. An sententia Iudicij proferenda sit voce sensibili? Hîc S. Bonauentura *in littera, dubio* 1. Sotus *q.*2.*ar.* 4. Valent.*tom.*4.*disp.*11.*q.* 4.*p.* 2. Suarez *tom.* 2.*in* 3.*p.disput.*57.*sect.*10. Acosta *de nouiss.lib. vlt. c.* 25. Gran.*tom.*5.*controuers.*13.*part.*2. *tr.* 4. *disputat.* 6. Pesantius, & Sylui. cum S. Thoma *in supplement.* 3.*p. q.*88.*art.*2.

Quæst. VI. An vero igne corporeo cremandi sint Spiritus in Inferno? & quo modo; Hîc S. Bonauentura *artic.*2. *quæst.* 1. Durandus *q.* 3. Argent.*q.* 1. *art.* 4. Tarant. *quæst.*7. Alij relati *dist.*44.*q.*9. *& lib.*2. *dist.* 6.*quæst.*6.

DISTINCTIO XLVIII.

De forma, & Potestate Iudicis.

PRima conclusio: Christus iudicans apparebit omnibus in forma humana. Primò, quia Zacharias *c.*12. referens Iudicij diem ait de reprobis: *Et aspicient eum, in quem confixerunt.* Secundò, quia *Ioan.* 5. dicitur: *Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio.* Quod non est sic accipiendum, vt solus Filius iudicet sine Patre, sed vt solus Filius cunctis in Iudicio apparebit, & non Pater: ideòque etiam iudicaturus dicitur: *quia Filius hominis est*, scilicet, quia in forma hominis Iudicis personam induet. Sic

Augustinus

Augustinus lib. 1. de Trinitate, *c.* 13. *Omne iudicium dedit Filio, quia forma Filij humana cunctis in iudicio apparebit.* Cæterùm, forma Diuinitatis reprobis erit inuisa: quia Diuinitas sine summa felicitate, & gaudio videri non potest: ideòque Esaiæ 26. dicitur: *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* Hinc explicari potest, quomodo verum sit, Christum secundùm humanitatem suscitaturum mortuos, cùm potestas suscitandi Diuinitatis sit: scilicet, quia secundùm humanitatem meruit, vt suscitarentur. Nam, sicut Christus secundùm humanitatem dicitur iudicare, quanuis potestas iudicandi sit Diuinitatis, quia secundùm humanitatem apparet iudicaturus: ita secundùm humanitatem dicitur suscitare mortuos: quia secundùm illam meruit resurrectionem mortuorum. Sic Augustinus *tr.* 13. *in Ioannem.*

2 Secunda conclusio: Christus cunctis apparebit secundùm humanitatem gloriosus. Sic expressè August. suprà: *Forma humana in Christo glorificata videbitur à cunctis.* Nec obstat illud Esaiæ 26. *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* Quia, Augustino interprete, sola gloria Diuinitatis, non humanitatis, oculis impiorum ibi negatur.

3 Tertia conclusio: Christus non descendet iudicaturus in vallem Iosaphat. Tum, quia Glossa *Ioëlis* 3. id friuolum censet. Tum, quia Chrysostomus *homilia de Cruce, & Latrone*, docet; iustos ad Iudicium in aëra eleuandos. Quod confirmat ex illo 1. Thessalonic. 4. *Rapiemur obuiam Christo.* Nec obstat illud Ioël. 3. *Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat.* Quia vallis Iosaphat ibi non sensu materiali, sed mystico accipienda est: quippe *Iosaphat* inter-

pretatur *iudicium Domini.* Deus igitur descendens in Iosaphat, solùm significat in iudicium adueniens: aut, si vis etiam, adueniens in eam aëris regionem, quæ materiali Iosaphat respondet.

4 Quarta conclusio: Eo tempore varias cœlestia mutationes subibunt. Primò, Sol, & Luna obscurabuntur, non quia priuabuntur lumine; sed, quia maiori Christi claritate abscondentur. Secundò, virtutes cœlorum mouebuntur: quia Angeli admiratione pauebunt, iuxta illud Iob 16. *Columnæ cœli pauent aduentum eius.* Tertiò, diem iudicij præcedet mira Solis, & Lunæ eclipsis, iuxta illud Ioëlis 2. *Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequàm veniat dies Domini magnus, & horribilis.* Quartò, deinceps Sol, & Luna maiora lucis incrementa accipient, & dies erunt absque vicissitudine noctis: nam, teste Esaïa 30. & 65. tunc fulgebit Luna, sicut Sol, & Sol septuplò lucidior apparebit, & Zacharia teste: *Erit dies vna, quæ nota est Domino, non dies, neque nox.* Neque contradicit Esaïas 60. *Non erit ibi ampliùs Sol ad lucendum per diem, nec splendor Lunæ.* Nam Interpretibus Hieronymo, & Isidoro, ibi non negatur lux Solis, & Lunæ futura; sed vsum Beatis præstitura: quia, vt Esaïas adiungit: *Tunc erit tibi Dominus in lucem sempiternam.* Vt quid ergo ea lux superstes futura est? Deus scit, qui in Scripturis solùm tradit, eam lucem superstituram, non verò quem vsum habitura sit.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An Christus apparebit in Iudicio secundùm humanitatem visibilis, & gloriosus? Hîc S. Th. *quæst.*

*quæst.*1.*artic.*2. Bonauentura *art.* 1. *q.* 2. *&* 3. Durandus,& Argent.*quæst.*1.Richard.*q.*2.Tarant.*q.* 2. *&* 3. Valentia *tom.*4. *disp.*11.*quæst.*4.*p.* 1. Gran. *tom.* 5. *controuers.* 13.*part.* 2.*tr.*4.*disp.*3.Suarez *tom.* 2. *in* 3. *part. disp.*57.*sect.*3. Acosta *lib.*4.*de nouiss. cap.* 16. Pesantius, & Sylui.cum S. Thoma *supplement. quæst.*90. *artic.*1. *&* 2.

Quæst. II. An, & quomodo humanitas Christi futura sit causa resurrectionis hominum? De quo relati *dist.*43.*q.*6.

Quæst. III. Quæ immutationes orbis futuræ sunt? Hîc S. Thomas *q* 2.Bonauentura,& Richardus *artic.* 1.Mayron.*q.*1. Tarant.*q.* 6.*&* 7. Alij relati *dist. paced.q.*4.

Quæst. IV. In quo loco futurum est Iudicium? An in valle Iosaphat? Hîc Bonauentura *in littera, dubio* 1.S.Thomas *q.*1.*art.*4. Albertin. *art.* 8.Val. *tom.*4. *d.* 11.*q.*3.*p.*2.Suar.*tom.*2.*in* 3.*p. d.* 54.*sect.* 3. Ægid. *de Præsent.tom.*3.*lib.*1.*q.*7.*art.*1.§.2.Gran.*tom.*5.*contrű.* 13. *p.* 2.*tr.*4. *d.*2. Acosta *lib.*4. *de nouiss. c.* 13. *&* 14.Sot. *dist.* 47.*q.*1.*art.*4.Pesant. & Sylui. cum S. Th. *supplement.*3.*p.q.*88.*art.*4. Interpr.Ioëlis *c.*3.

Quæst. V. An damnati percipiant, aut queant percipere delectationem ex visione gloriæ Christi, aut alia ex causa? Hîc S.Thomas *q.*1. *art.*3. Bonauentura *art.*1.*quæst.*3.Argent *q.*1.Richardus, & Durandus *q.*2. Tarant.& Brulef. *q.* 3. Pesant. & Sylui. cum S. Th. *supplement.* 3.*p.q.*90.*art.*3.Item. Caietan Bañez.Naz. Molina, Vazq. Valentia,Pesant.Præpos. Sylui. Ripa, Zumel,& alij cum S.Thoma 1.*p.q* 64.*art.*3.Suarez *de Angelis,lib.*8.*c.*15.

Quæst. VI. An Diuinitas sit visibilis oculis corpo-

reis? Hîc S.Th.*q.*1.*art.*3. Bonauentura, Richard. & Tarant.*q.*2. Mayron.*q.*1.*art.*5. Alij relati *dist.*8.*q.* 6.

DISTINCTIO XLIX.

De differentia mansionum in cælo, & in Inferno.

PRima conclusio: Mansiones damnatorum, & Beatorum non sunt inæquales quoad durationem, Nam omnes erunt sine fine beati, aut miseri: sicut enim boni in vitam æternam, sic mali in pœnam deputantur æternam.

2 Secunda conclusio: Inæquales sunt Beati in gloria, & damnati in pœna. Iniqualitas beatitudinis colligitur ex Ioanne 14. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Vbi multitudo mansionum differentiam significat Beatorum. Secundò ex 1. Corinth. 15. *Stella à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum.* Nam stellæ Beatos referunt. Sicunt ergo inæqualis est claritas stellarum; sic erit inæqualis Beatorum felicitas. Tertiò à priori: quia, licèt omnes idem bonum possideant, scilicet, Deum, ideóque omnes eodem denario diurno Matthæi 20. à patrefamiliâs remunerentur; alij tamen viciniùs, clariúsque; quàm alij, illud contemplantur. Vnde etiam inæqualitas pœnæ damnatorum colligitur. Nam, sicut inæqualitas meritorum causa est inæqualitatis mansionum in cœlo? sic inæqualitas demeritorum est causa inæqualitatis mansionum in Inferno.

2 Tertia conclusio: Beatitudo formalis consistit in

in cognitione intuitiua Dei. Primò ex Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum.* Secundò, quia Deus est summum bonum, quo sumus beati. At hoc summum bonum haberi, & possideri non potest, nisi intuitiua, & per speciem propriam cognitione.

4 Quarta conclusio: De Deo non cognoscit vnus Beatorum magis, quàm alius. Nam omnes cognoscunt ea, quæ ad Vnitatem, & Trinitatem spectant. In Deo autem nihil est, quod ad Vnitatem: & Trinitatem non spectet. Item, ea cognitio Beatorum est per speciem propriam, & intuitiuam, quæ non præscindit ex parte obiecti vnum attributum ab alio. Vnde inæqualitas, & differentia beatitudinis in modo inæquali, & differenti cognoscendi Deum consistit.

5 Quinta conclusio: Inæquale est Beatorum gaudium. Tum, quia inæqualis est cognitio. Tum, quia inæqualis est beatitudo. Inæqualitas autem gaudij sectatur inæqualitatem beatitudinis, & cognitionis. Neque obstat Augustin. *homil. 67, super Ioannem, & lib. Sent. Prosperi, cap. 39.* aiens: *In dispari claritate fore Beatis par gaudium.* Nam paritas gaudij intelligitur ab Augustino quoad obiectum, non verò quoad intensionem affectus: licèt enim omnes de eisdem bonis gaudebunt; tamen omnes impari affectu, & intentione gaudebunt.

6 Sexta conclusio: Omnes homines appetunt beatitudinem in communi, non verò in particulari. Prima pars probatur ex August. lib. 13. de Trint. cap. 4. *Capessendæ, retinendæque beatitudinis vna est voluntas omnium.* Item, cap. 1. *Verum est, quòd omnes homines esse beati velint, idque ardentissimo amore appetant.* Secundò ex Cicer. in Hortẽsio: *Beati certè omnes esse volumus.*

Absit vt hoc falsum esse dicamus. Secunda pars probatur: quia non omnes cognoscunt beatitudinem in particulari. Alij enim eam in honoribus, alij in voluptatibus corporis: alij in virtutibus animæ constituunt. Omnes autem vnanimiter appetere non possunt, quod omnes vnanimiter non cognoscunt. Secundò, quia, cùm Beatitudo in particulari consistat in virtute animæ, & summo Dei bono; omnes tamen non volunt istud virtutis, & Dei bonum. Neque obest, omnes velle secundum delectationem viuere, quod est beatitudo cuiusque. Nam viuere secundùm delectationem non est beatitudo, sed interdum miseria: plures enim delectationes dedecent naturam rationalem: quæ autem dedecent naturam rationalem, non constituunt illam beatam, sed miseram.

7 Septima conclusio: Post judicium maior futura est Sanctorum beatitudo. Tum, quia maius erit eorum gaudium societate iustorum. Tum, quia maior erit gloria corporum. Tum, quia maior erit delectatio animorum: nam eis inest appetitus in corpora, qui possessione corporum conquiescet, præsertim cùm corpora tunc non ad grauamen, sed ad gloriam animabus deseruiant. Tum, quia Hieronymus super Oseæ 6. ait: *Peracto Iudicio ampliorem gloriam suæ claritatis Deus demonstrabit electis.* Quod etiam confirmat Augustinus *lib.* 12. *super Gen. cap.* 35.

QVÆSTIONES.

Quæst. I. In quo consistat nostra beatitudo obiectiua? Hic S Th. *q.* 1. *art.* 2. Bonau. *ar.* 1. *q.* 1. Richard. & Arg. *q.* 3. Dur. & Tarant. *q.* 1. Alij relati *lib.* 1. *dist.* 1. *q.* 3.

Quæst.

Quæst. II. In quo beatitudo formalis, an in visione, an in amore? Hic S. Th. *q.2.* Dur *q.4.* Alij relati *lib.1.dist.1.q.2.*

Quæst. III. An beati videant, viderève possint naturam Dei sine attributis, & personis, aut è contra? Hic S.Th.*q.2.* Alij relati *lib.1.dist.1.q.4.*

Quæst. IV. An visio beata sit inæqualis pro inæqualitate intellectus creati? Hic S. Th.*q.1.art.4.* Bonauentura *parte 1. art. 2. quæst. 6.* Richardus *quæst. 8.* Nos fusè *d. 37. de supernat.* Alij relati *lib.2. distinct.9. quæst.3.*

Quæst. V. An affectu naturali, eòque efficaci possimus appetere beatitudinem supernaturalem? Hic S. Th. *q.1. art.3.* Bonauentura *q.2.* Richardus *art.2.q.1.* Argent. *q.3.art.3.* Tarant.*q.4.* Alij relati *lib.2.dist.28. q.11.*

Quæst. VI. An sit appetitus innatus in beatitudinem supernaturalem? Hic Interpretes proximè relati. Nos fusè *de supernat.disp.9.* Salas *tom.1. in 1.2.tract.2. disp.12.sect.2.* Gaiet. Bannez, Zumel, Nazarius, & alij *1. part.q.12.art.1.* Fonseca *1. Metaphys.cap.1.q.2.* Valentia *tomo 2.disp.1.quæst.5.p.1.*

Quæst. VII. An Beati videre possint in Deo creaturas? Hic S. Th. *q.2.ar.5.* Dur. *q.3.* Alij relati *lib.3. dist.14.q.8.*

Quæst. VIII. An videre possint omnes possibiles? Hic S.Th.*q.2.ar.5.* Dur.*q.3.* Alij relati *lib.3. distinct.14. q.10.*

Quæst. IX. An Deum possint comprehendere? Hic S.Thom.*q.2.ar.3.* Dur.*q.3.* Alij relati *lib.1.dist.35. quæst.4.*

Quæst. X. An sensus Beatorum elicient sensiones in-

intelligi possunt quædam malignitas odij, & voluntatis, quæ tunc excrescet in memtibus reproborum, & quædam obliuio Dei, quia tormentorum doloribus adeò afficientur, & turbabuntur, vt ab illis ad cogitandum aliquid de Deo, vix vel rarò, vel nunquam mentem reuocent; vt qui nimio premuntur pondere, adeò turbantur, vt interim in aliam cogitationem non se extendant. En vnde damnatis contingat impotentia, siue physica, siue moralis, vt afficiantur in bonum, scilicet, ex acerbitate pœnarum eos prouocante ad odium vindicis Dei, & non sinente aliò diuerti.

2 Obiicitur idem Augustinus *in Enchir. c.* 111. dicens, damnatis non esse facultatem peccandi. Respondetur: Augustinus negat facultatem peccandi per meritum noui supplicij: quia in statu damnationis non est locus merito pœnæ, sicut in statu beatitudinis non est locus merito præmij. Alij volunt, prauam damnatorum voluntatem non esse peccatum, sed tantùm supplicium, quia distituti sunt libertate cohibendi malignum affectum.

3 Secunda conclusio: Damnati non agnoscunt, quæ circa suos in hac vita geruntur. Sic Augustinus *super Psalm.* 180. *& lib. de cura pro mortuis, cap.* 14. *&* 15. probans ex diuite cruciatibus addicto, qui proponitur *Luc.* 16. solicitus de salute fratrum, & ignarus eorum, quæ circa ipsos erant. Ex qua narratione colligitur, damnatos ante Iudicium agnoscere eos, qui sunt in gloria, sicut diues ille eleuans oculos vidit Abrahamum, & Lazarum in Beatorum requie Cæterùm post Iudicium id eis non datur, vt Gregorius *homil.* 40. *in cap.* 16. Lucæ testatur, dicens: *Infideles in imo positi ante diem Iudicij fideles super se in requie at-*

QVÆSTIONES.

Quæst. I. An damnati possint benè moraliter operari? Hîc S. Thom. *q.* 2. *art.* 1. Bonau. & Scot. *quæst.* 1. Richard. *quæst.* 3. *art.* 4. Tarant. *q.* 18. Alij relati *lib.* 2. *dist.* 7 *quæst.* 3.

Quæst. II. An Beati tristari, aut compati queant de reproborum pœnis? Hîc S. Thom. *quæst.* 2. *art.* 4. Alij relati *lib.* 2. *dist.* 11. *q.* 5.

Quæst. III. An pœna reproborum futura sit æterna? De quo relati *dist.* 46. *q.* 5.

Quæst. IV. An, & quomodo spiritus torquendi sint igne corporeo? Hîc S. Thom. *q.* 2. Alij relati *lib.* 2. *dist.* 6. *quæst.* 6.

FINIS.

